


6-7-6

8


2a-7-9



163

2 400 40

SATA




R. 3537

FRANCISCI TVRRIANI,  
DOGMATICI CHARACTERES  
VERBI DEI


AD CATHOLICOS GERMANIAE  
ADVERSUS NOVOS EVANGELICOS.

LIBRI IIII.



FLORENTIAE

apud Laurentium Torrentinum  
Typographum Ducis.  
MDLXIII



FRANCISCI TURRIANI  
DOGMATICI CHARACTERES  
VERBI DEI AD CATHOLICOS GERMA-  
NIAE ADVERSUS NOVOS EVANGELICOS.

LIBER PRIMVS.

Nos frater Antonius Cinoctius de Florentia Inquisitor Tusciae Viso ope-  
re ac reuiso Francisci Turriani aduersus novos Euangelicos tanquam ca-  
tholico ei licentiam concedimus imprimendi. In quorum fidem, &c. Flo-  
rentia in aede diuæ crucis, die xvi. Feb. MDLXI.

Loca, quæ in his libris de scriptura vetere recitabuntur, sunt aut  
ex Hieronymi interpretatione, aut ex vulgata lxx. aut ex vtraque si-  
mul, vnus est enim vtriusque spiritus.

Quòd vero non sunt notata numeris capita scripturæ sanctæ, ne  
quis hoc reprehendat, veteres scriptores ecclesiasticos secuti sumus.  
Atqui valere potest hoc ad excitandum studû, & diligentia lectoris.

Quia lectionem tanquam viam aliquam ingressuris  
præmonstrandi sunt erroes. Ecce,

LIBRI PRIM I.	
Errata	Corrigenda
fol. pag.	lege
12. 2. quæ patrem	qui patrem
14. 1. initia quæ	vitia quæ
21. 2. hic erat	hoc erat
22. 2. præstantias	præstantiam
24. 1. auferã inquit	auferam, inquit
32. 2. corona verbo	corona vero
33. 2. locû Ecclesiastic	locû Ecclesiastic
40. 2. tû in eloquentia	tum eloquentia
42. 2. ceciderint terrã	ceciderint i terrã
LIBRI II.	
52. 1. excellenter statû	excellentem statû
59. 1. tradidere illi	tradere illi
63. 1. anachorita	anachoreta
74. 1. magni Cõstantini	secûdi Cõstantini
82. 2. Pectoretus	Pecteratus
93. 1. ad Georgiû presb.	ad Gregoriû presb.
101. 2. fide percipi	fide percipi

LIBRI III.	
Errata	Corrigenda
fol. pag.	lege
137. 2. diaboli eiecit	diaboli eiicie
139. 1. fieri solitum	fieri solitam
144. 1. multos testos	multos testes
147. 2. αἰροντα	αιροντα
159. 1. ὑπερετέμντοι	υπερετεμνοι
ibid. 2. πατδων	πατδων
162. 2. coelestis sapientis	cœlestis sapientie
LIBRI IIII.	
177. 2. recordere	recordare
190. 1. loquatur est	loquatur eum
191. 2. scutã cõfessionẽ	secretã confessionẽ
206. 1. hæc est vindicta	hæc est etiã vindicta
210. 1. sic amdãum	amandum
218. 2. largiri indulgẽtias.	largiri Indulgentias
220. 1. parua, & leuis	parua, & breuis



V M beato Iacobo Apostolo, ei-  
demque fratri Domini spiritus ma-  
nifeste diceret, futuros esse nouissi-  
mis temporibus, qui volentes glo-  
iari, & in hypocrisi mendaces esse  
contra veritatem, veram ecclesiam,  
& purum dei Verbum sibi quidem  
vendicarent, nobis vero vtrunque  
denegarent, diuino consilio chara-  
cteres veræ sapientie, idest, pprias

Verbi dei notas nobis ita expresse delineauit, vt qui in eas ocu-  
lis animi paulo attentius defixis intueretur, vbi Verbû dei esset,  
& vbi ecclesia sancta, facile discerneret. Hos igitur characteres cû  
multum, diuque considerando cum dei Verbo, & dogmatibus  
eius, quæ nostra ecclesia profitetur, item cum Verbo falsi nomi-  
nis, quod Euangelicorum ecclesia, (sic enim se appellant) non ita  
pridem accepit, contulisset, tam apte illos quidem cum illo ipso  
dei Verbo, quod nos docemus, conuenire, ac rursus cum verbo  
Euangelicorum tantopere discrepare, cognoui, & perspicue, vt  
arbitror, probaui, vt suspicari liceat, Martinum Luterum diuina  
ista descriptione diuinæ, cœlestis, & spiritualis sapientie in pri-  
mis cõmotum, totam epistolam beati Iacobi stramineam riden-  
do appellasse, sapientia falsi nominis terrena, animali, & diaboli-  
ca, quam tradebat, cõscientiam eius sceleratã coarguente. Atqui  
de auctoritate diuinæ epistolæ huius catholicæ dictû est in Dog-  
matico nostro de iustificatione. Hoc vero opus vobis (Catho-  
lici Germaniæ) idcirco inscripsi, quòd vobis, quorum sensus per  
dei gratiam non sunt corrupti, neque exciderunt à simplicitate,  
magis profuturû esse sperarem, quàm iis, quos iam serpens scien-  
tiam dei promittendo, vt Euam decepit. Qui suis opinionibus  
inflati, idest, tenebris inuoluti lucem veritatis fortasse nõ sustine-  
bunt. His itaque libris confirmati in statu vestro, vt cõfido, con-

stanter perseverabitis, tam etsi spero etiam, me nonnullos ex deceptis, si dominus voluerit, quasi ex igne, quod Apostolus Iudas præcepit, erepturum. Accessit præterea alia inscribendi ratio, quod Ottoni Truchsen, Cardinali Augustano, optimo, humanissimo, & religiosissimo quantum debeam, & eum colam, cum declarare cuperem, nulla re alia magis hoc præferim tempore id efficere potui, quam hoc opere ad utilitatem vestram, fratrumque vestrorum suscepto. Cuius tanto, & tam incredibili studio, ac desiderio ille tenetur, quantum religio eiusdem singularis, & excellentes pietas postulat. Locus igitur beati Iacobi χαρακτηριστικός Verbi dei hic est, Sapientiam, quæ de sursum est, primum quidē Castam esse, deinde Pacificam, Iustam, Obedientem, Plenam misericordiam, & fructibus bonis, Non iudicari, Non simulatam esse. Huius loci explanationem χαρακτηριστικός, idest, ad notas Verbi dei pertinentem in quatuor libros contuli, quos inscripsi Dogmaticos Characteres Verbi dei, Primum generatim de diuinis, igneisque proprietatibus diuini Verbi puri, casti, & secundum prophetam ignei, cōparata in extremo libri epistola Hieremiæ de Idolis falsorum deorum cum Idolis falsorum dogmatum, cui pictura cum viua forma; Secundum de dogmate castitatis tum corporis, tum spiritus, quod est præclarū in signe Verbi dei, quo sacer cœlibatus sancitus est. de quo toto fere eo libro plenius differam, quàm a me alias scriptum est. In extrema parte de pace Verbi dei, quæ est aliud in signe eius. Tertium de duabus item aliis præcipuis notis apostolicis Verbi dei, iustitia, & obedientia. In quo libro explicabo de iudicio legitimo quæstionum ecclesiasticarū, ad quos pertineat, item de dogmate principatus iudicarij episcopi Romani, & de diuino dogmate obediendi illi, & ecclesiasticis consuetudinibus mysticarum cerimoniarum, & sigillatim de quibusdam sacramentis, de baptismo, eiusque cerimonii solennibus, de oleo mystico, de chrismate, de magno sacramento sanctæ Eucharistiæ, & de Missa. Quartum de dogmate religioſi cultus imaginum ad obedientiam quoque secundum Verbum dei pertinente, & de reliquis notis, siue characteribus Verbi dei, qui sunt, abundare misericordia, & fructibus bonis. In quo libro docebo de dogmate diuino cōfiteſſendi sacerdotibus omnia peccata ad capiendum dei misericordiam, Item de dogmate diuino & naturali satisfaciēdi deo peccatis offenso, & de dogmate remissionis peccatorum secundum indulgentiam pontificis.

Jacobus epistola 3<sup>a</sup>

Partitio operis

iudicari

dis. Postremo explicabo, quemadmodum sicut beatus Iacobus notauit, non iudicetur, neque sit simulatum Verbum dei, quæ erunt velut extrema lineamenta eius. in quo loco attingam strictim dogma euangelicæ libertatis, & dogma fidei veræ, idest, in actione positæ. Quæ sic a me, ut spero, tractabuntur, vt neq; quæ ab aliis bene scripta sunt, reperam, neque quæ trita, & peruulgata, afferam, sed quæ tum ex locis scripturæ sanctæ magis reconditis, & medioeri studio inter se collatis, tum ex propriis antecedentium, & consequentium verborum diuinorum significacionibus eliciantur. Neque vero fastidiosè, & arroganter hoc factum existimari velim, sed potius vt hac scribendi ratione hi libri nostri auidius, studiosius, & vtilius legantur. Vt igitur igneas proprietates puri, & casti Verbi dei aggrediamur, placet ante interpretari Psalmum. xi. quod in eo propheta Dauid tum sapientiam Verbi dei cœlestem, quæ primum quidem casta est, & expers omnis falsitatis, vocat eloquia casta, & argentum igne examinatum, vt in alio quoque Psal. eloquium vehementer igneum vocauit, tum etiam de hæreticis prophetat, eorumque nequitia, mendacijs, dolis, superbia, & cōtemptu dominatoris. ex quibus potissimum corruptio casti Verbi dei existit.

Vt vero ab inscriptione Psalmi ordiamur, inscriptus est, Pro octaua, quod de sermonibus dei castis tractet, qui sunt sermones vitæ, quos qui fecerit, suscitabit eum deus in nouissimo die, vt dominus dixit, cum veniet resurrectio, quam designat octauus dies, qui post curriculum sæculi huius, quod septenis dierū spatijs voluitur, successurus est. Deinde, quia qui sermones dei reliquerint, morientur, vt ait scriptura, idcirco statim petit propheta a deo, vt quia sunt, qui eloquia eius corrumpant, eum seruet, ne cum illis pereat. Saluum (inquit) me fac domine, quoniam dedecit sanctus. Subiungit deinde, diminutæ sunt veritates, quod scilicet amissa vitæ sanctitate, amitti soleat fides dogmaticarū veritatum, vt Apost. de quibusdam dixit, qui repellentes bonā conscientiam, circa fidem naufragauerunt. vt non paucos hæreticorum fecisse videmus, qui tanquam desperati, contempta bonā cōscientia, (quæ, vt ait sanctus Maximus in iii. Hecatontade de charitate, voluntatem dei, & angelorum suggerit, & à sordibus cordis oculis liberat, & fiduciam erga deum animæ tribuit) cū nolent sub obedientia, quam deo, & præpositis promiserant, in monasterijs viuere, nolent ad pœnitentiā, & humiliationem animæ

psal. 9.

text. 9.

p. ad hunc p. d.

mæ

## DOGMA. CHARACT.

ne abstinere à cibis in honorem dei contra saturitatem carnis, nolent à venere, nolent se tum de his, tum de multis aliis iudicari, neque licentiam suam coërceri, veritatem dogmatis de sancta religione votorum hæretice negauerunt, item aliam veritatem apostolici dogmatis de ieiuniis, aliam de cœlibatu, aliam & quidem præcipuam de monarchia Ecclesiasticæ politix, rursus aliam de traditionibus Apostolicis non scriptis, & de multis aliis, ne omnia enumerem. In quorum autem ecclesia est Verbum dei castum, & incorruptum, ibi rursus necesse est, etsi multi peccatores sint non impii, esse tamē alios, qui, vt Apostolus Philippenses monuit, hæc cogitent, & faciant, quæ & didicerunt, & acceperunt, & audierunt, & viderunt in sanctis, quæcunque vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus, quæ (inquit) & didicistis & accepistis, & audistis. complexus est enim doctrinam de scripto, quæ aut per nos legendo, aut ab aliis audiendo percipitur, & doctrinam, quæ per sermonem, sicut in alio loco ait, tradita est nobis. Et quæ in me vidistis, hoc dixit, quia faciebat, & docebat ad exemplum magistri. Ac multi quidem sunt tales in ecclesia nostra, quos ipsi Euangelici oculis suis videre possunt, non modo in aliis terris, sed in sua etiam patria, in reliquiis catholicorum Germaniæ. At in ecclesia Euangelicorum, vbi sunt peccatores impii, vt beatus Iudas de hæreticis ait, huiusmodi character vitæ Christianæ integræ, & castæ, hic summam ab Apostolo descriptus, ne in vno quidem eorum ostendi potest. Tametsi enim transfigurare se in angelos lucis ad decipiendum, & furandum gloriam verorum falsi Apostoli soleant, simulantes ieiunia, vigiliis, continentias, & viuere se extra carnem, tanquam angelos quosdam, hæc tamen noui Euangelici non faciunt, (nisi si qui forte inter Svencfeldianos tales sunt) imo post carnem abire constituerunt non in religione angelorum, vt de quibusdam dicit Apostolus, sed in saturitate carnis. Quomodo ergo Verbum dei castum, & sapientia deorsum pudica apud eos erit? Rursus si hac ratione Verbum dei castum in eorum ecclesia non est, sequitur, vt pars ecclesiæ catholicæ non possit esse, quia non sit casta, & sine macula, ac ruga, qualem generat Verbum dei castum. Macula enim & ruga ecclesiæ hæreses sunt, vt ait sanctus Pacianus Episcopus Barchinonensis in lib. contra Donatist. item sanctus Martyr Methodius in Symposio. x. virginum maculam, & rugam ἀνομιαν καρκινος, idest, absurda, & absona opera carnis interpretatur.

ad p. h. 4. b.

## LIBER PRIMVS.

interpretatur, in quibus qui publice perstant, eiiciuntur secundum Euangelium ex ecclesia, de quibus Apostolus, Manifesta (inquit) sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, hæreses, inuidia, homicidia, ebrietates, comestiones. Quod si hæc eadem rursus obiciant nobis Euangelici, vt facere solent, respondemus, esse quidem in ecclesia nostra multos peccatores, fatemur, sed non peccatores impios, & rursus non paucos, qui sancte viuunt, quæ est ecclesia perfectiorum, idcirco ecclesiam, apud nos sanctam esse, & dici sine macula & ruga, & in ea esse Verbum dei castum, Euangelicorum vero ecclesiam corruptam, & pollutam, habentemque, Vt ait Iudas apostolus, eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam, in qua non est Verbum dei castum, sed adulteratum, & vt Apostolus ait, transuersum, factumque secundum proprium eorum spiritum Verbum diabolicum. Sed de ecclesia plura postea dicemus. Reuertamur nunc ad Psal. sequitur enim, Vana locuti sunt, vnusquisque ad proximum suum. Hæc est alia causa violandi castitatem Verbi dei, si contra præceptum Iacobi apostoli, & beati Pauli fiant multi magistri, & omnes sint prophetæ, & omnes doctores, etiam mulieres. Quod si ille perfectus est, vt ait idem beatus Iacobus, ac proinde rarus, qui non labitur verbo, quanto perfectius, & difficilius, ac rarius erit, recte tractare Verbum veritatis? ita vt is, qui tractet, se exhibeat, sicut Apostolus ait, probabilem deo, operanti inconfusibilem. Tales vero non sunt Euangelici magistri, pleni omni confusione, neque deo, neque hominibus probati, nisi suis tantum, quibus aures pruriunt, semper cupidus audiendi aliquid noui dogmatis de religione, a quibus isti inuicem gloriam quærunt, & ob eam causam vt dominus dixit phariseis, non credunt veritati. In ecclesia vero catholica nulli licet, sic de dogmaticis veritatibus ad proximum suum loqui vana, quæ Apostolus vocauit profana vaniloquia. nec Verbum dei docere, aut tractare possunt, nisi qui idonei, & fideles iudicantur. Imo ad discendum Verbum dei scribit Greg. cognomento Theologus in libro de bono ordine differendi, non esse omnes, nec semper admittendos, sed sicut (inquit) apud priscos Hebræorum sapientes, quidam libri sacri discentibus verabantur, tanquam incommodi infirmis, & teneris, sic non omnibus, nec semper, sed certo tempore sermonem de fide permittendum esse, iis scilicet, qui non essent omnino negligentes.

ad gal. 5. d.

epistola Iude

psal. 9.

epist. Jaco. 3. a.

ca. 3. a.

7

negligentes, & remissi, atque ignaui, neque inexplebiles, & ambitioni, & feruidiores, quam oporteret, ad pietatem, eos enim qui tales essent, ad id studii genus mittendos esse, in quo nec sibi, nec aliis nocerent, iis vero qui in sermone modesti, temperatique essent, liberam potestatem verbi fieri, itaque vulgi multitudinem remouendam esse ab hac via, & ratione, eaque loquacitate, & vitio, quod tunc esset, traducendamq; ad aliud virtutis genus minus periculosum, in quo ignauia & negligentia minus noxia, & nimia cupiditas existeret religiosior. Etenim si ut est (inquit) Vnus dominus, Vna fides, Vnum baptisma, Vnus deus & pater omnium, & per omnia, & in omnibus, sic vna esset salutis via scilicet per Verbi tractationem, & studium, & qui hac via non ingrederentur, a deo essent extrusi & eiectioni, nihil profecto periculosius foret, quam vel hoc consilium, vel huic consilio parere. Sin autem ut in humanis viis, & rationibus multiplex est vitæ, & studiorum genus, maiorum, minorum, nobiliorum, periculosorum, sic in diuinis non est vnum genus tantum salutare, neque vna via virtutis, sed plures, imo quod sint multæ mansiones apud deum, ut est vulgatum in euangelio, non est alia causa, nisi quia sunt multæ viæ, quæ ad illas ipsas mansiones ducunt, aliæ periculosiores, & excellentiores, aliæ ignobiliores & tutiores, quorsum relictis tutioribus ad hanc vnam conuertimur, vsque adeo difficilem, & lubricam, & neficio quo ducentem? an in cibis (inquit) non erit vnus, & idem omnibus salubris, sed alius aliis pro cuiusque ætate, & habitudine corporis, & vita eadem omnibus, & sermo idem conueniet? ego vero (inquit) neque hoc dico, neque si quis dicat, assentiar. Si igitur (inquit) mihi creditis, vobis dico adolecentes, senes, magistratus, subiecti, monachi, plebei, fugite ambitionem, cupiditatemque honoris inutilem, & securiorem genere vitæ, & sermonis ad deum vos applicate. Libenter hunc locum ex Græco conuertere, quod hoc consilium cum omni tempore, tum hoc potissimum valde sit salutare, & necessarium. Nunc enim apud Euangelicos dum omnes scientiam falsi nominis, sicut Apostolus ait, promittunt, omnes Verbum dei ambitiose, & sensu carnis suæ inflati tractant, circa si dem exciderunt, castum dei Verbum adulterantes. Sed persequamur Psal. Labia (inquit) dolosa in corde, & corde locuta sunt mala. Eos significat, quos apost. Iacobus duplici animo vocauit, & Paulus bilingues, cum precepit diaconis, ne essent bilingues, quia enim diacono rum est purgare, ut presbyterorum illuminare, & Episcoporum proficere,

ad ep. 4a

Joa. 14 a

psal. 9

Jaco. 1. a  
1. ad thm. 3. b

cere, ut Dionys. tradit, purgant autem diaconi partim per doctrinam, præcipit ne in eorum sermone de Christo, & de diuinis sit, est, & non, ut Apostolus ait, sed semper, est, sic magnus Atha. intellexisse videtur, cum in libro de decretis Nic. Concilium locum epistolæ Pauli ad Gal. explanat, etsi Angelus de celo aliud euangelizauerit, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit, argumentum est (inquit ille) verorum magistrorum, eadem ἀλλήλους ὀμολογεῖν, id est, eadem inter se profiteri, non inquam discrepare secum, aut cum patribus. vnde gentiles non idem profitentes, sed potius discrepantes, non tenent veram doctrinam. At sancti & veri prædicatores inter se conueniunt, quamuis enim diuersis temporibus existant, tamen eodem spectant, ut vnus, eiusdemque dei prophetæ & euangelistæ. Vnde Paulus res ecclesiæ constituens diaconis prohibet, bilingues esse, nedum episcopis, id est, ne dissentiant inter se, nec a patribus. Hoc didicit ~~Paulus~~ ex Christo, qui dixit, præceptum non nouum do vobis, sed quod audistis a principio. hætenus Atha. Hos appellat beatus Pachomius in regula sua duplicis fidei, quales sunt Euangelici, qui ante xxx. annos aliam linguam, aliud cor, aliam fidem habebant, aliam hodie habent. Hi inquam sunt bilingues, hi in corde, & corde locuti sunt, hi sunt duplici fide, & duplici animo, in his est, etiam, & non. Denique qui sint bilingues nemo melius, nec maiore auctoritate docere potest, quam scriptura diuina Ecclesiastici. Ne subtiles (inquit) in omni vento, & ne ambules omni via. deinde subiungit, sic peccator, qui est bilinguis, quod perinde est, quasi diceret, caue ne sis peccator bilinguis, quæ est denotatio pessima, ut paulo post ait. Is autem est peccator bilinguis, qui transfertur a Verbo veritatis, & in mendaciis nititur. Hic est, qui iuxta prouerbiū Salomonis ventos pascit, & qui, ut Ecclesiasticus ait, ventilat ad omnem ventum, ambulatque in omni via, id est, circumfertur omni vento doctrinæ. Ut si quis existat pastor ventorum, aut si quis ventilet ad omnem ventum, necesse est, ut se vertat, ac circumagat modo in hanc partem, modo in illam, modo in aliam. Item qui omni via ambulat, necesse est, ut se quoquo versus mutet, & transferat, qui est mos hæreticorum. Subiungit deinde Ecclesiasticus, esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & scientia, & sermo tuus vnus. Sic enim est in exemplariis Græcis emendationibus.

ad ga. 1. a

1. ad thm. 3. b  
Ioānes  
1. Ioa. 2.

eclesi. 5. c

eclesi. 5. c

b ribus.

ribus. Sermo vnus est, cum id ipsum dicunt omnes, sicut Apostolus ait, & non est schisma. cum in dogmatibus fidei non est, etiam, &, non, sed semper, etiam. Hæc de bilinguis obseruauimus, vt agnoscamus, Euangelicos istos, & eorum similes esse huiusmodi peccatores bilingues in scriptura notatos. Sumus quidem nos, vt ante dixi, peccatores, fatemur, sed per dei gratiã non sumus peccatores bilingues, vt ii sunt, quos dixit, & notauit Ecclesiasticus. Vnus est enim apud nos sermo fidei, vna lingua, vnum cor, vt beatus Lucas dixit de illa prima Apostolica Ecclesia, cuius nos successionem tenemus, erat multitudinis credentium cor vnum, & anima vna. Non enim loquebantur in corde, & corde, sed potius id ipsum dicebant omnes, perseuerabant enim in doctrina Apostolorum, vt paulo supra dixerat, in qua vsque in hodiernum diem Ecclesia nostra catholica perseuerat, nihil noui ex propriis diaboli, id est, ex mendaciis addens ei, imo Verbum dei castum, quod fuit ab initio, & semper vnum, ac simplex, seruans. At noui Euangelici Verbum dei vt paulo ante dixi, alia lingua, & alio corde ante. xl. annos tractabant, & loquebantur, ea scilicet lingua, qua ab initio tractant, alia tractant modo ex eo tempore, alio corde loquentes, & alia via ambulantes, sermo enim eorum non est vnus, sed alius est nunc, a. xl. annis, & alius fuit antea, in quo illis successerãt, quorum erat cor vnum, & anima vna, qui in doctrina Apostolorum casta, & integra perseuerabant. Sequitur, disperdat dominus labia dolosa, & linguam magniloquam. Proprium est hæreticorum, per professionem propriæ hæresis promittere cognitionem veritatis contra iudicium ecclesiæ, quam quidam promittentes, vt Apostolus ait, scilicet falsi nominis scientiam, circa fidem exciderunt. Et beatus Petrus de eisdem, superba (inquit) vanitatis loquentes, pelliciunt animas in desideria carnis. Item Iudas apostolus describens hæreticos, os eorum (inquit) loquitur superbiam. Sic sunt Euangelici, quorum est lingua magniloqua, in quibus operaturiam mysterium iniquitatis Antichristi, cui dabitur iuxta apocalypsim beati Ioannis os loquens magna, & blasphemias. Hi enim sunt, qui promittunt, ac profitentur ad decipiendum, Euangelium se hæcenus occultum in lucem protulisse, seq; solos Verbum dei purum sequi. Hic est dolus linguæ eorum, hæc magniloquentia. His igitur male precatur propheta, vt

ta, vt Paulus, cum ait, vtinam abscindantur, qui vos conturbant, precatur, inquam illis interitum, scilicet, si non agerent pœnitentiam, quam semper ecclesia nostra Euangelicis optat, & precatur. Sic enim intelligendas esse imprecationes in Psalmis ( vt hoc obiter notemus) admonuit Theophilus Alexandrinus in libro. ii. Paschali, loquens enim aduersus Origenem, qui tradebat regnum Christi aliquando defuturum, de eo, ceterisq; eiusdem falsis sententiis subiungit, verum qui ita se habere contendunt, si tamen non egerint pœnitentiam, pereant, & ad hos zelo fidei, pietatisq; loquatur Moyses, maledictus in ciuitate, maledictus in agro. & in Psal. deficiant peccatores de terra, & iniqui ultra non subsistant. Nisi magis probetur, quod Andreas Hierosolymitanus in commentariis Apocalypsis non semel ait, eã ratione sanctos peccatoribus imprecari solere, vt tollantur peccatores, & leuiore sint illis pœnæ æternæ. Sequitur, Qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? id est, qui decreuerunt superbi esse, & abiicere obedientiam, & contemnere dominationem, vt beatus Petrus de hæreticis ait. Sequitur, Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus, ponam in salutari meo, fiducialiter agam in eo. Postquam Dauid de futuris hæreticis, eorumq; perfidia, nequitia, dolis, superbia, inobedientia prophetauit, subiungit iudicium de eis futurum. Similiter fecit Iudas apof. Postquam enim descripsit hæreticos nouissimis temporibus futuros, quæ descriptio prophetica, si sigillatim omnia cõparentur, nullos magis repræsentat, quàm huius temporis hæreticos, id est, Euangelicos, subiungit etiam prophetiam Enoch de dei iudicio aduersus eos, dicens, Ecce venit dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum. Et dominus ait nunc per Dauid in eosdem, nunc exurgam propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, id est, exurgam, vt faciam iudicium in pauperibus, quos Enoch vocauit sanctos, de quibus in Euangelio dictum est, venturum esse dominum, vt faciat vindictam electorum suorum. hi enim sunt, quos hæretici alliciunt, sollicitant, persequuntur. quorum studium est, vt si fieri possit, etiam electos in errorem inducant, ad exemplum Antichristi,

ca. 5. c

adm. 3. 4 f.

psal. 9.

epis. i. ca. 2.

epis. i. ca. 2.

ad gala. 5. f

den. sero. 28. b.  
psal. 103.

psal. 9.

psal. 9.

epistolam de

sti, quorum mysterium in illis iam operatur, vt de illa tribulatione tempore Antichristi futura dixit dominus. Itaq; vt omni tempore hæresum, quale nunc est, bono animo, & fortes in fide resistamus, promittit deus auxilium propter sanctos, & electos

- » suos, cum ait per Dauidem prophetam, nunc exurgam propter
- » misericordiam, & gemitum pauperum, sicut in euangelio dixit, de persecutione Antechristi, sed propter electos abbreviabitur dies illi. Quod autē ait, ponam in salutari, perinde est, quasi diceret, saluos eos faciam, & ita saluos faciam, vt, sicut idē dixit, nemo de manu eius possit rapere, hoc enim significat, quod addidit, fiducialiter agam in eo, scilicet salutari. Sequitur, Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, purgatum terræ, purgatum septuplum. Docet propheta, ex his, aliisq; vitiis, quæ Apostoli, cum de hæreticis prophetarunt, non tacerunt, corruptionem existere Verbi dei, quod deus dedit, vt esset instar salis ad seruandum nos ab ea, quæ est mundi, concupiscentiæ corruptione, & instar luminis ad dirigendos pedes, & ambulandum in viis domini. Deniq; vt esset ad auxilium, vt dixit Esaias. Legē enim (inquit) dedit ad auxilium, sic enim est apud 70. Deinde subiungit idem Esaias, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, nō erit eis matutina lux. Dixerat autem paulo supra, qui essent, qui non dicerent iuxta Verbum dei, scilicet, de terra loquentes, & vana loquentes, qui de ventre loquuntur. Cuiusmodi sunt Euangelici, hi enim de ventre loquuntur, qui (vt Apostolus de pseudoapostolis loquitur) non vt deo, sed vt suo ventri inferuiant, ea loquuntur, & tradunt, quæ carni sunt iucunda, & suauiua, id est, terrena, & carnalia, vt non esse ad satisfaciendum pro peccatis ieiunandum, non lugendum, non corpus castigandum, Christum enim pro nobis abunde satisfecisse. Quibus euenit, quod Esaias in eodem loco prophetauit non solum de Iudæis carnalibus, qui ipsi quoque Verbum dei non iuxta spiritum dei, imo iuxta suum profitebantur, sed de omnibus, qui nō iuxta Verbum dei castum, sed iuxta sua desideria docent. Veniet (inquit) super vos fortis fames, & cum esurieritis, contristabimini, & maledicetis principi, & patriæ, & suspicient in cælum sursum, & in terram deorsum, & ecce tenebræ, tribulatio, & angustia, vt non videant vlque ad tempus.

Quem locum Cyrillus in commentariis prophetæ huius, his verbis

verbis interpretans, traducit (inquit) sermonem propheta ad inobedientes Israelitas, qui quidem, quamuis institutio legis abunde eis esset ad cognoscendum Christum, tamen noluerunt credere in eū, idcirco venit eis fames, illa scilicet, de qua ait propheta, inducam eis famem non panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi Verbum dei, ab oriente vsq; ad occidentem quærent Verbum dei, & non inuenient. Atqui nulli magis Verbum dei in ore habent, & de eo gloriantur, quàm Iudæi, qui Verbum dei, quod se existimant habere, non habent castum, sed suo sensu carnali corruptum, quod nouis quoq; Euangelicis accidit. Deinde interpretans Cyrillus, quomodo maledicent principi, & patriæ, hoc (inquit) dixit, quia scribæ, & pharisæi semper prouocabant vulgus aduersus Christum, quasi legem defenderent, aiebant enim, hic homo si à deo esset, non solueret sabbatum. Quando ergo (inquit) esurieritis, decepti ab illis, tunc illis maledicetis, & traditionibus eorum, id est, eorum doctrinæ, & mandatis. Quid his aptius, & verius, in euangelicos dici potest? Videtur spiritus sanctus, quæ Euangelici isti, & faciunt, & dicunt, transfigurasse, vt Pauli voce utar, in Iudæis, si se forte velent aliquando ex illis agnoscere, & in illis, ceu in speculo, quales essent, contemplari. Isti enim principi ecclesiæ maledicunt, & populos in Papam Christi vicarium impiis vocibus, & maledictis prouocant, vt in Christum Iudæi, quasi Verbum dei defendant. Aiunt enim, vt illi de sabbato, si Papa, & Papistæ à deo essent, Verbum dei non soluerent. Hoc est enim istorum sabbatum, in quo requiescunt, & vnde cognominantur Euangelici, Euangelium enim Verbum dei est. Sed quando huc delatissimus, alloquamur eos hic obiter, vt Paulus Iudæos de nomine, & lege gloriâtes, Si Euangelicus cognominaris, & requiescis in Verbo dei, tanquam in sabbato, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas meliora instructus per Verbum dei, & confidis te ducem esse cæcorum, eruditorem insipientium, lumen Papistarum (sic enim loqueris) qui tuo iudicio cæco in tenebris sunt, qui ergo alium doces, te ipsum non doces? qui prædicas Verbum dei tenendum, & seruandum esse, non vis seruare Verbum dei expressum; scilicet vt facias, quæcunq; dicunt, qui super cathedram Petri principis apostolorum sedent, imo verò contra Verbum dei cathedram Petri tollis, et tibi assumis iudicium.

psal. 9

ibi

ibi

esote. 3. d.

amos. 8. c.

ioanis. 9. c.



ad hebr. 13. c

cis honorem, & præpositis ecclesiæ non vis obedire, & subiace-  
re sponte, cum tamen expresse dicat Verbum dei, non expedire  
hoc animæ tuæ. Obedite (inquit) præpositis vestris, & subiacetè  
eis, ipsi enim peruigilant pro animabus vestris. Ac ne tu, qui Eua-  
gelicus cognominaris, dicerès, quid si dormiant? Subiungit, tan-  
quam rationem redditori, vt si non peruigilarent pro animabus  
nostris, pro certo haberemus, in die iudicii in illis quidem vindic-  
andum esse non vigilasse, in nobis vero non sponte obedisse.

Quod statim declarat, rationem subiungens, cur sponte obedire  
debeamus, scilicet, vt illi munus regendi, & gubernandi alacrius  
administrent, cum viderint, nos non per vim, sed sponte parere,  
in quo consistit fructus obedientiæ. Vt cum gaudio (inquit) &  
non gementes hoc faciamus. Deinde subiungit, hoc enim non  
expedit vobis. Quod si non expedit animæ, coactè & per vim  
præpositis parere, quanto minus expediat non parere omni-  
no, & obedientiam abiicere? Sed conferamus reliqua illius loci

esai. 8. d.

Esaia, & interpretationis Cyrilli, & maledicèt (inquit) patriæ,  
& suspicient in cælum sursum, & in terram deorsum, & ecce tene-  
bræ, & tribulatio, & angustia, vt non videant vsq; ad tempus.

Quando ergo (inquit Cyrillus) esurieritis decepti ab illis,  
in illa, inquam, fame Verbi dei, tunc doctrinæ eorum, & manda-  
tis maledicetis, cum sursum, ac deorsum lustrantes omnia, non  
videbitis nisi ingentem dubitationem, & tenebras, ita vt non  
possitis videre aliquid vtile vsque ad tempus. Plerisque Euan-  
gelicorum euenisse hoc aiūt, vt, sicut de Iudæis prædixit Esaia,  
falsis doctrinis, & dogmatibus magistrorum suorum maledi-  
cant, cum tantam inconstantiam, & absurdas, ac repugnantes eo-  
rum contentiones de fidei dogmatibus videant, ita vt desperati,  
& quasi furiis conscientia agitati, nunquam conquiescant, quòd  
nusquam videant, quocunque se vertant, nisi dubitationes, mu-  
tationes, discrepantias, discordias, zelum amarum, æmulationes,  
& vt Esaia dixit, circumquaque tenebræ, tribulatio, & angu-  
stia, & non vident vsque ad tempus, scilicet quando Iudæi con-  
uerfi fuerint ad dominum, & hæretici redierint, vnde recesserūt.

Vt igitur ad Psalmum, vnde digressi sumus, redeamus, & iam ad  
eum locum, qui proprie ad institutos characteres pertinet, venia-  
mus, eloquia casta, ac pura instar argenti igne examinati eiusmodi  
eloquia sunt, quæ nullis mendaciis, humanisq; excogitationi-  
bus

psal. 9.

bus admixta esse possunt. Quin potius vt ignis inter ceteras pro-  
prietates, quas magnus Diony. in cælesti Hierarchia diuine no-  
tauit, quæ tum angelorum diuinam similitudinem, tum natu-  
ram Verbi dei, quod per angelos prius, dein de per angelum ma-  
gni consilii dictum est, referunt, hanc habet, aliena vt separet, vt  
plumbum ab argento, cinerem à carbone, idemq; cum nulla alia  
re à natura sua aliena miscetur, sic Verbū dei castum, purumq;,  
& igneum διακρίτων est, vt de igne dixit Dion. idest, valet ad fecer-  
nendum, separandumq; verum à falso, proprium ab alieno, diui-  
num ab humano, cum quo ipsum dei Verbum misceri non po-  
test, est enim instar ignis ἀμυγίς. Quare Verbum Euangelicorū,  
quod cum propriis eorum dogmatibus nouis, ac peregrinis mi-  
xtū est, ac proinde inutile ad discernendum verum à falso, non po-  
test esse Verbum dei. Iure itaque iam olim explosa, & damnata  
est hæresis Ptolemæi, qui in Verbo dei epiplocem ponebat, idest  
mixtionem ex diuino, & humano. aiebat. n. esse in lege quædam  
à Moyse tantum sancita, quem sanctus Epiph. grauiter confuta-  
uit, & illa nō à Moyse, sed à Deo per Moysen constituta esse do-  
cuit. Sic traditiones Apost. non scriptæ, quarum prisca ecclesia-  
rū consuetudo, vt ait Tertul. idoneus testis est, quia diuinæ sunt,  
& non humanæ, vt Euangelici suspicantur, ad Verbum dei perti-  
nent, vt D. quoq; Dion. in eccles. Hierar. proœmio docet, & cū  
Verbo dei miscetur ἀυλοπύρος, vt verbo eiusdem Dion. vtar. i. vt  
ego interpretor, sine materia chartæ, & atramenti, per solum ser-  
monem, quo traditæ sunt. Neq; n. cum Paul. ait, nam ceteris ego  
dico, nō dominus, si quis frater, & quæ sequuntur, ad humanam  
auctoritatem, & non potius ad diuinā referendū est, vt B. Chry-  
sost. in libro de virginitate his verbis interpretatur, hoc inquit  
Paulus, dominum Iesum non per se prius tradidisse, vt alia  
multa, sed per Paulum nunc tradere, & præscribere. Idem dicit  
Theodor. in commen. Prioris epist. ad Cor. Chrysof. & alios pa-  
tres secutus. Sic sentiendum est de iis omnibus, quæ apostoli li-  
ne scripto ἐκφανρομένως, idest, per sermonem ecclesiis tradiderūt,  
ea dominum Iesum per apostolos tradidisse, quare pertinere ad  
Verbum dei. Huiusmodi est, ut ait sanctus Maximus, omnis  
theologia, quæ scripta non est, quæ in verbo dei continetur, vt  
quod ait Diony. traditum esse, Sumpsisse deum totum hominem  
sine sui mutatione, aut confusione, & alia huiusmodi. Sed de  
traditionibus

ignis præfates.

+

traditionibus apostolicis plenius alio loco dicemus. quas cum Verbum Evangelicorum non admittat, consequens est, ut mutilum verbum sit, & mancum, ac proinde hac etiam ratione inutile ad iudicandum, & discernendum verum à falso.


Sed persequamur ignis proprietates, quas diuinus ille auctor eleganter descripsit, quæ sunt multiplices, ut Esse natura sua splendidum, interdum tamen latere, ut in lapide pyritide, nisi collisu eliciatur, Nō posse cohiberi, Ceteris elementis vi, & efficacitate antecellere, Omnia superare, ita ut vel ferrū molliat, quod cetera omnia, ut Daniel dixit, comminuit, & domat. Præterea cōmunicare vim suam cum iis, quæ sunt aliquo modo propinqua, Tum illa, in quibus ingenitus est, mouere ad propriam virtutem, ac renouare calore suo, & facere, ut reuiuiscant, Non posse cum alio misceri, Illuminare splendore, qui aliquando non possit occultari, Non mutari, quandiu natura eius incolumis est, ut mutatur, & ut ita dicam, alteratur terra, aer, aqua, Ferri sursum, Celeriter penetrare, Liberū esse ab omni motu deorsum, Semp eodem motu agitari. Cetera alia calore suo mouere, Nullo alio elemento indigere, ut terra quidem indiget humore, qui partes eius contineat, & glutinet, & aqua indiget spiritu, qui eam agitet, Præterea crescere sensim, & occulte, & nulli materiæ parere, esseq; maximæ efficacitatis, Negligi, cum non apparet, esse omnibus præsentem, & non cerni, Collisu velut quæsitū, de repente tanquam insitum, & ingenitum rei subiectæ, extare, & apparere, & rursus auolare, ut videri non possit, ut sit in scintillis ex lapide excusis. Præterea non posse deficere igni, quæ ipse natura sua cōmunicet, calorem, vstionem, illuminationem.

Similes ergo proprietates induit Verbum dei castū, & igneū, ex quibus probari, agnoscique potest. Est. n. splendidum, & illuminans, sicut scriptum est, lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Quia enim dixerat proximo superiore versiculo, à mandatis tuis intellexi, quasi mandata illa illuminarent ad videndum, quid bonum, quid malum, est enim intelligere, quasi oculis animæ videre, idcirco subiungit statim, lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, idest, attendendo (inquit) sibi, & Verbo dei tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, ut beatus Petrus dixit de prophetico sermone, non offendit anima mea, pedibus enim offendere solemus, qui, ut tradit

dit diuinus Diony. in diuinis Nominibus c. 9. naturam, siue substantiam animæ significat in ænigmate, credo, quod ut pedes, & crura corpus sustentant, sic substantia animæ fundamentum est totius animantis. Itaque non offendit (inquit) anima auxilio verbi dei, quod est etiam lumen semitis, quia scilicet facit, ut (sicut apost. ait) faciamus rectos gressus pedibus nostris, nequis claudicans erret, magis autem fanetur. Item Salomon. Quoniam lucerna (inquit) mandatū legis, & lux, & via vitæ, & increpatio, & disciplina. quem locum imitatus simul, & interpretatus est apost. post. cum docet, vtilem esse scripturam ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia. Cum scripturam dixit, ea quoque intelligi voluit, quæ apostoli sine scripto ecclesiis omnibus tradiderunt, siue ad mysteria vel sacramenta pertinerent, siue ad alia dogmata, quæ licet paulo obscurius, ex scriptura tamen ratione connexi necessario concluduntur, quæ duo, ut diuinus Diony. ait, colligata, & implicata sunt cum scriptura. Idcirco Apost. postquam dixit, tu autem permanes in iis, quæ didicisti, subiungit, & credita sunt tibi, ut tum scripta, tum non scripta comprehensa essent, credita. n. dixit, quæ paulo ante vocauerat depositum. Et rursus in priore epist. ad eundem Timoth. depositum (inquit) custodi, deuitans profanas vocum nouitates. Non enim vocauit depositum aliquid priuatæ, & secretæ doctrinæ, quam non omnes Apostoli omnibus reuelarent, quod hæretici fingeant, ut doctus Tertul. in lib. de Præscriptione hæreticorum notauit, sed potius (inquit) inculcat, nō admittendam esse aliam præter eam, quam audierant doctrinam.

Quod ergo (inquit Tertull.) depositum vocat, illud est, de quo supra dixerat, præcipio tibi coram deo, ut serues mandatum sine macula, quod mandatum? non quidem (inquit) aliquid occultum significat, sed ne aliam doctrinam præter auditam recipeant. Notauit quoque sanctus Maximus in scholiis Diony. c. 1. de Diui. Nom. dictum esse ab Apostolo depositum, quod Diony. dixit traditum à magistris ἐκφωρητικῶς, idest, voce, & sermone. Item magnus Athan. in epist. ἐγκυκλίῳ ad episcopos Aegypti, & Lybiæ, depositum istud interpretatus est charismata, et μαθήματα, idest, doctrinam commissam fidei nostræ. Postremo Vincentius Lirinensis hunc locum Pauli interpretans, custodi (inquit) propter fures, propter inimicos. Quid est depositum?

idest,



ignis p. p. et aliter

p. p. et aliter verb. dicitur in psal. 118.

epist. 2. ca. p.

ad hebre. 12. d.

1. ver. 6. c.

2. ad thi. 3. d.

ibidem.

3. ad thi. 6. d.

ca. eodem. c.

id est, quod tibi creditum, non quod à te inuentum, quod accepisti, non quod excogitasti, rem non ingenii, sed doctrinæ, non usurpationis, sed publicæ traditionis, rem ad te perductam, non à te prolata, in qua non auctor, sed custos esse debes. Hæc ergo de deposito doctrinæ sine scripto apostolus dixit credita, in quibus præter illa, quæ ex scripto didicimus, permanere præcepit, quæ quia ad scripturam pertinent, ut riuus ad fontem, & ad eam pari auctoritate referenda sunt, tanquam ex ea nexa, idcirco subiungit Apost. illa quoque credita complectens, Omnis scriptura diuinitus inspirata, & quæ sequuntur. Itaque cum scripturam dixit, Verbum dei intelligi voluit, siue scriptum, siue non scriptum cum scripto tamen colligatum. Quare, ut redeamus ad conferendum cum Salomone locum Apostoli, quod ille dixit lucem, Paul. vocauit doctrinam, est enim docere quoddam illuminare. Item quod Salomon dixit, legem dei esse viam vitæ, Paulus dixit de Verbo dei, utile esse ad corrigendum. i. ne aberraretur a via, quod magis declarat verbum Græcū ἐπινοήσις. Iam illa duo increpatio, & disciplina eadem verba sunt in Apostolo, cum ait de verbo dei, utile esse ad arguendum, & erudendum in iustitia, iustitiam enim addidit Apost. interpretationis gratia. Sed quis finis verbi dei? quorsum spectat ista eius utilitas? nempe ut sit (inquit) homo dei perfectus, ad omne opus bonum instructus. At verbum Euangelicorum non potest esse verbum dei, quia non lux, sed tenebræ est, non est, inquam, lux, quia inutile est ad docendum, cum sit plenum repugnantibus, cum de aliis, tū de præcipuis capitibus, ut de iustificatione hominis, utrum fiat per solam imputationem iustitiæ Christi, an per interiorum infusionem gratiæ, & de iis, quæ ad hoc caput referuntur, de impletionem legis, de satisfactione, de meritis, in his. n. aiunt, & negat Euangelici, Itē de sacramentis, quot sint, & quæ, & sigillatim de ipsis sacramentis, Baptismo, Confirmatione, Eu. charistia, Pœnitentia, Ordine, Matrimonio, Extrema vnctione, habet. n. in his quoque verbum Euangelicorum, etiã, & non, quia non verbum Christi, sed verbum diaboli est, Item de ecclesia, esse visibilem, & rursus non esse, potestatem habere, & nihil posse, ut possit ferre leges, & non posse, Et de potestate ciuili, quod nullus sit princeps, & rursus quod sit, Præterea de humanis legibus, nullam esse earum vim, cōtra vero, quod eis parere oporteat.

teat. Horum vero repugnantias, & aliorum, quæ longum esset persequi, notarunt inter alios optime Ioannes Cocclæus, & Staphylus Prusensis indicatis libris, & locis. Verbum ergo Euangelicorum cum non possit propter incōstantiam, & secūdis discrepantiam utile esse ad docendum, necesse est, luce carere, quod autem luce caret, Verbum dei igneum, & splens esse non potest. Deinde ad arguendum quomodo eorum verbum utile esse potest, quod tradit, Nullo opere bono opus esse homini christiano ad iustitiam, & salutem? ut docet Lutherus nouus Elias. (sic enim se vocat in Assertionibus de libertate christiana,) & eius Elisseus Philippus in xvi. c. Io. & illud, Quanto quis sceleratior est, tanto citius deus gratiam ei infundit, Quod idem Elias in sermone de Piscatione Petri docuit. Etenim si gratia dei in nequitia, & sceleribus istius Euangelistæ abundat, quid vllus tanquam peccator arguatur? ac non potius ei dicatur, ut cumulet scelera, ut celerius veniat ei gratia? quæ est blasphemia similis, atque illa in Paulum, quasi diceret secundum illorum calumniam, fiant mala, ut eueniant bona, quia scilicet docebat, vbi abundauit peccatum, superabundasse gratiam. Quorum damnatio ut iusta est, sicut idem Apost. ait, sic iusta est damnatio verbi huius, quod Euāgelici profitentur, quod quia ad arguendum inutile est, sequitur, ut non habeat lucem, sed tenebras, quæ enim arguuntur (inquit Apost.) à lumine manifestantur, ac proinde non fit, nec esse possit Verbum dei, quod instar ignis, oculos (ut ait propheta) illuminat. Deinde verbum istud tenebris errorum, ac repugnantiarum plenum, & omni luce ad docendum, & arguendum carens quos fructus tandem pariat, ipsius verbi auctor admonuit, cum in sermone de dominica aduentus velut iratus affirmat, ex Euāgelio Lutheri, id est, suo multo deteriores factos esse homines, quàm vnquam antea fuissent in Papatu, quo nihil vnquam verius dixit. Itaque ut Verbum dei πᾶσι, id est, instar ignis splens, utile est, ut sit homo dei perfectus ad omne opus bonum instructus, sic verbum istorum cæcū, & tenebricosum utile est, ut sit homo diaboli imperfectissimus, & ad omne opus malum instructissimus. Hic fructus, hæc utilitas quinti Euangelii. Sed hic obiiciunt nobis Euāgelici similes tenebras repugnantiarum, ut si fieri possit, in verbo, in quo gloriamur, iueniamur, sicut illi, & illi vicissim in quo

In serm. de bucar  
chiam.

ad roma: s. d.

ad ephes. s. c.

in h. ser. sac. h. ser.

a. ad thi. mo. 3. d.  
pan h. ex salo mo  
mis. ed. cor dia

heretici. om. fra  
ca. to. h. cos.

gloriantur, inueniantur sicut & nos. Obiiciunt, inquam, nobis, quòd hæretice dissideamus, quod est mendacium non intelligentiù, nec quæ loquuntur, nec de quibus affirmant, vt de similibus doctoribus dixit Apost. In hanc calumniam effudit nuper omnes vires sui cerebri Matthias Illyricus, partim mentiendo, vt tradere nos, solis naturæ viribus posse omnia madata dei perfici, partim delirando, vt illud, varia ieiunia habere Papistas, ergo esse hæreticè discordes, Et illud, Papistæ dicunt orantes, Pater noster, & tamen dubitare iubent de gratia patris. Sed huius ineptias abunde satis refellit Staphylus Prusienfis. Sunt alia, fateor, grauiora, de quibus non conuenit inter catholicos Theologos, tamen ita de iis disceptant, vt nemo sententiam suã pertinaciter defendat, neque contra sentientem pro heretico habeat, aut appellet, imo si quando præsertim publice ad disputandum de hoc genere aggrediuntur, profiteri, & contestari solent, in neutram partem disputare se velle, sed ad iudicium ecclesiæ referre, quod quidè ex Apostolo didicerunt, sapere. scilicet ad sobrietatem, id est, vt magnus Dionysius in proœmio de Diuini. Nom. interpretatur, non vltius progredi, quàm quo lumen Verbi dei ostensum pertingit. Quod quidem cum non omnes æquè aspiciant, sed alius plus, alius minus, fit, vt quod huic videtur ex Verbo dei concludi, aliis non videatur, quæ theologiæ pars obscurior, & difficilior ab eodem Dionysio philosophica, & demonstratiua dicta est. Ad hoc genus pertinent illæ quæstiones, An charitas, & gratia iustitiæ sint vna, & eadem res, an diuersæ, An circuncisio tolleret peccatum originale, an non, Quæ de deo dicuntur, vt rum ratione distinguantur, an aliter, et alia huius generis. De his vero, ceterisque huiusmodi liceat Euangelicis, si ita volunt, more nostro inter se, & cum plerisque nostrum disside-re, sed citra defensionis pertinaciã, non erunt nobis hæretici hac ratione, modo in iis Dogmatibus, quæ semper ecclesia catholica ab initio proficitur, imo istorum ecclesia ante. xl. annos profitebatur, idem nobiscum sentiant, idem dicant. Quod quia non faciunt, nec facere volunt, hæretici sunt, iam subuersi, & proprio iudicio damnati.

ad ro. 12. a.

alibi apparet  
ignis

Alia proprietates ignis est, quòd etsi natura sua splendeat, late-re tamen solet, vt in lapide pyritide, nisi collidendo eliciatur. Sic later interdum Verbum dei instar ignis, nisi diligenter excu-tiendo,

tiendo, spiritus, abditi & latentis sensus eruatur. Vnde dominus Iudæos monebat, vt scrutaretur scripturas, quòd, vt Apost. ait, littera, quæ extrinsecus apparet, occidat, spiritus autem, qui intus latet, viuificet. Esse autem aliquando etiam in Nouo Testamento distinguendam litteram ab spiritu, magnus Athanasius pluribus exemplis admonuit, quæ postea commodiore loco commemorabo. Huc illud pertinet, qui habet aures audiendi, audiat, item illud, videte, quid audiatis, quæ dominus, cum parabolas loqui vellet, ad excitandum studium attentionis dicere solebat. Et Paulus magistrum imitatus, intellige (inquit) quæ dico, dabit enim tibi dominus intellectum. Et beatus Petrus quædam dixit esse in epistolis Pauli difficilia ad intelligendum, id est, occulta, & latentia. Rursus Paulus Timotheo monet, vt attendat sibi & lectioni. Verbum autem attendendi, quod Græci fortasse significantius dicunt *προσέχου*, studium accuratum declarat, quo opus est ad bene viuendum, & ad rectè intelligendum scripturas, & virtutem earum. At verbum, quod isti noui Euangelici euangelizant, facile est, vt ipsi etiam iactant, & in promptu, non latens, nec abditum, neque requirens iuxta Esaiam prudentem mystici eloqui, siue vt est apud. lxx. prudentem auditorem, qui habeat aures audiendi, nec vt sit necesse, petere à domino, vt det intellectum. Nolunt enim intelligere, quod scripturæ volunt, secundum spiritum sanctorum doctorum, neque quod per multos testes. i. in ecclesia catholica per Apostolos, & apostolorum successores didicimus, & vsque in hodiernum diem profiteamur, & ecclesia semper, & vno ore, & vno corde, & sub omni cælo docuit. Sed potius qui cuique videtur, is est scripturæ sensus, ibi omnes sunt magistri sui verbi. Cum tamen scriptura dicat, Nolite fieri multi magistri, & illud, ipse dedit quosdam apost. alios autem pastores, & doctores. Ibi propria cuiusque interpretatio afflatus dei putatur, quia scriptum sit, quod idem iactare solent, Spiritus vbi vult spirat, cum rursus moneat beatus Ioan. Nolite omnium spiritu credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt, quoniã multi prophetæ exierunt in mundum. Id est, nolite credere omni prædicationi, & omni scripturæ, sic enim Cyrillus in comm. Esaiæ. hunc locum intellexit, interpretans enim illud, Perperimus spiritum salutis (sic enim vocat scriptura, vt idem ait, euangelicam prædicationem) subiungit, solet enim scriptura appellare

Ioanis. 5. f.  
2. ad cor. 3. b.

In ec. ca. 8. b.

2. ad thimo. 2. a.

1. epist. 4. d.

epist. Jaco. 3. a  
ad eph. 4. b.

epist. 1. 4. a.

predica. 5. pp. 9  
nominali.

pellare spiritum, *πνεῦμα ὁμοιωματικόν*, idest, quorundam scripta, vt cum ait, probate spiritus, si ex deo sunt. Semper enim prædicatio salutaris prædicatur ab spiritu sancto, in spiritu autem mundi dicuntur, quæ cum veritate pugnant. Nos autem (inquit) spiritum huius mundi non accepimus, sed spiritum ex deo. hæc Cyrillus. Sic etiam intellexit Didymus, interpretans enim eundem locum in comment. epistolæ huius, tot (inquit) spiritus esse videntur, quot sunt ii, qui spiritus participant, & fieri quoque potest, vt vniuscuiusq; doctoris disciplina spiritus dicatur, ita enim videtur dictum, non omni spiritui esse credendum, vt falsæ doctrinæ pseudoprophetarum. hæc ille. Vt ergo prædicatio salutaris, & diuina in scriptura sancta vocatur spiritus, sic scriptura, & prædicatio pestifera, ac diabolica spiritus quoque vocari solet, vt hic. Non itaque credendum est omni spiritui, id est, omni scripturæ, aut omni prædicationi. Scriptura enim sancta quatenus in spiritu mundi prædicatur, eatenus scriptura mundi efficitur, vt est effecta scriptura Euangelicorum, quam quisque eorum secundum spiritum proprium, nec deo, neque prophetis eius, nec apostolis, nec ecclesiæ, neque rationi subiectum intelligendam esse credunt, quasi nihil habeat spirituale reconditum, & latens instar ignis in filice latentis, quod excutiendo sit eruendum, sed potius omnibus pateat. Ergo quod apud Euangelicos iactatur, Spiritus vbi vult, spirat, idest, tam zonario, cocco, fulloni, fabro, lictori inspirat verum intellectum scripturæ, quàm theologo litteras sacras diu, multumq; tractanti, digna profecto talibus doctoribus interpretatio, & eorum propria. At de vento loquebatur dominus, qui interdum in scriptura spiritus dici solet, nõ de spiritu dei, alioquin non dixisset Nicodemus, vt veteres obseruarunt, & vocem eius audis, qui nondum credebatur, nec auditu interiore illud verbum spirituale audiebat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto. &c. neque dixisset paulo post, si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si cœlestia dixerò, credetis? in quo quidem significabar, loqui se pro captu nostro, quantum homines mortales ferre poteramus de generatione spirituali, atque diuina cuiusque hominis, quæ fit quidem vbiq; ex lauacro aquæ sensibilis ad trinitatis inuocationem sub sensus subiectam, per occultam, latetem, viuificam, celerem, præpotentem, & infinitam energiam spiritus sancti ad simi-

similitudinem venti similes proprietates induentis, qui vbi vult, spirat. i. in omni regione, vt de eo est in epist. Hieron. dictum in spiritu prædicationem Verbi dei per vniuersam terram significante, Cuius flatus sentitur ille quidem, sed vnde incipiat flare, aut vbi terminetur, nemo videre potest, quæ est proprietas infinitatis diuinæ, & *κρυσταλλῶν* dei. Poterat quidem Nicodemus, si aduertisset, vt debebat magister in Israel, intelligere, quomodo quis, bis filius fieri posset, semel naturæ, & iterum promissionis, & si dei, siue filius Abrahæ, sicut ille fuerat pater contra spem naturæ propter fidem, de quo mysterio satis ipsa ecclesia mater omnium fidelium nos decet, quæ sabbato magno ante aquæ baptismalis consecrationem legit promissionem Abrahæ factam, quod esset futurus pater multarum gentium. Idem docet oratio, quæ tunc adhibetur, Qui per Paschale (inquit) sacramentum Abrahæ puerum tuum vniuersarum, sicut iurasti, gentium efficis patrem, da populis tuis per baptismum digne ad gratiam tuæ vocacionis introire, idest, ad adoptionem filiorum, & ad istam denuo natiuitatem. Deinde, docebat Nicodemum dominus de natiuitate ista spirituali, & quidem exemplo ad infirmitatem humani capitis accommodato, & tamen nondum intellexit, quod eum scriptura vetus, & dominus Euangelii sui prædicator per exempla docebant, quod est facilius docendi genus, & intelligere queat quicumque Euangelicus scripturam sine interprete? & audeat suam magister dicere, satis per se apertam esse scripturam? At Spiritus (inquit zonarius) vbi vult spirat, mihi quidem dicere videtur, nolo interpretem, non curo, quid velit scriptura, sinam me potius circumferri omni vento doctrinæ, vbiunque spirauerit. Iactant præterea Euangelici, se esse doctos a deo iuxta prophetiam Esaiæ, ac proinde nihil latere eos in scripturis. Docuerat quidem deus olim multifariâ, multisque modis, per prophetas suos, nouissime autem docuit loquendo per filium suum, vt Esa. prophetauit, quod non solum Apostolus interpretatus est, sed ipse etiam dominus in Euangelio suo explicauit, cum n. recitasset, quod Esa. prædixerat, Erunt omnes docibiles dei, subiunxit, Omnis, qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me. Deinde addidit, non quia patrem quis vidit, nisi is, qui est a deo, non dixit, esse a deo secundum rationem causæ, sic. n. omnes sumus a deo, sed secundum rationem veræ generationis, a filio igitur

predicamala  
pp. nomina p.

ioanis. 3. b

ibi. a.

A. B.

ad hebre. 9. a

esaias. 54. c.

ioanis. 6. a.

dentere: 6.  
etiam: 200. 4

tur dei naturali, quæ patrem vidit, docti sumtis, sicut deus quoque per Moysen prædixerat, inquit, ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos, quæcunque præcepero illi. & Esai. ego dominus docui te, vt inuenires viã, in qua ambulabis in ea. Ergo erunt (inquit) omnes docibiles dei, nõ dixit, erunt omnes doctores, sed docibiles dei, siue docti à deo, idest, omnes ex deo discent, omnesq; erunt dei discipuli. Deus enim per seipsum docuit Euangelium apostolos, qui ecclesias docuerunt, quod quidem si omnes tunc ex eo audissent, aut audirët nunc, nunquam dominus subiunxisset in Deute. de filio dei, & doctrina eius loquens, Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. Tales itaque sunt Euangelici, quos docuit quidem deus per Euangelium suum, sed, vt de similibus scribit Ioan. quod audierunt ab initio, in eis non permanfit, docetq; nunc eosdem per idem Euangelium, quod in ore ecclesie remansit, sed ipsi audire nolunt iuxta prophetiam Deute. De similibus ait Io. Scripsi vobis de iis, qui seducunt vos, & vos unctioem, quam accepistis a deo, maneat in vobis, & non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, aliquis scilicet eorum, qui vos seducunt, qui nolunt audire verba, quæ dominus loquitur, qui docere non possunt. Huiusmodi sunt Euangelici, qui tradunt, satis per se apertam esse scripturam, nihilq; in ea latere instar ignis in silice latentis, quos vnctio docere non potest, quia in ipsis non manet in incorruptione. In eo enim manet vnctio integra, & omnino incorrupta, qui credit, & agit, quæ Christus, in cuius mortè baptizati, & cuius participes facti sumus, & quos spiritus eius sanctus, quo secundum gratiam in mysterio vncti sumus, credenda, & agenda docuit. Qui autem ea non plene credit, hic nomen quoque vncti, & confortium naturæ diuinæ amifit. Verbum ergo Euangelicorum non est Verbum dei castum, & igneum, cum sit corruptum, & admixtum alienis, nihilq; in eo lateat, sed omnia sint in aperto.

all'appetor.  
ignis.


Rursus alia proprietas ignis est, nõ posse cohiberi, itè ceteris elementis vi, & efficacitate antecellere, & omnia superare, ita vt ferrum molliat, quod cetera omnia, vt Daniel dixit, comiauit, & domat. Sic Verbum dei castum, & igneum, cetera alia sermo num, & scripturarũ genera vi sua, & efficacitate instar ignis vincit, ita vt vel ferreos, & adamantinos, & obstinatissime spiritui sancto

sancto resistentes, aliquando volentes vincat. Quid enim Iudaica obstinatione durius? tamen cum alias, tũ in hac vrbe multi Iudæi per prædicationem Verbi dei, & per gratiam eius ad fidem ecclesie Romanæ quotidie veniunt. Verbum vero Euangelicorum infirmum, & frigidum, quot eorum Catechumenos hactenus fecit, vbicunque a xl. annis ab apostatis prædicatum est? Præterea quid illis tribus gigantibus (sic enim veteres patres appellarunt) robustius, ac durius ad debellandum? concupiscentiam carnis dico, & oculorum, & superbiam vitæ. At Verbum dei castum, ac purum, & igneum hos Gigantes vincit, cum in ecclesia nostra innumerabilibus per dei gratiam ex omni sexu, ætate, & gradu persuadere solet, vt renuncient carni, per votum castitatis, concupiscentiæ verò oculorum, quæ est habendi cupiditas, per votum paupertatis, deinde superbiæ vitæ, quæ est elatio, ambitio, & inanis gloria, per votum obedientiæ, & humilis subiectionis. Apud Euangelicos vero verbum effeminatum, avarum, ambitiosum, & obedientiæ inimicum, non solum nullos tales facit, sed potius docet, nõ esse faciendos. quomodo ergo Verbum dei erit, quod ipsi prædicant? ac rursus, si Verbum dei non est, quomodo ecclesia catholica apud eos est? Præterea, vt ignis naturam suam, & calorem iis impertit, qui accedunt ad eum, sic Verbum dei igneum vim suam cum iis comunicat, qui se ad ipsum applicant. Excitat itaque, et inflammat verbum spirituale, & cœleste ad opera spiritus, charitatem, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, longanimitatem, mansuetudinem, fidem, obedientiam, modestiam, continentiam, castitatem. Verbum autem Euangelicorum, vt animale, & terrenum, ad odia, luxuriam, contentiones, æmulationes, sectas, commensationes, superbiam, avaritiam, & his similia.

Rursus vt ignis illa, in quibus inest, ad operationem naturæ eorum conuenientem excitat, sic Verbum dei ad ea, quæ homini conueniunt, & propria eius sunt, excitat, idest, ad quæcunque vera, quæcunque iusta, quæcunque pudica, quæcunque sancta, quæcunque laudabilia, verbum vero ecclesie Euangelicorum, quia verbum diabolicum est, ad contraria horum prouocat, & incitat.

Deinde, vt ignis vim habet renouandi calore suo, & reuiuifcere facit, sic Verbum dei valet ad deponendum, vt Apost. ait, vete

d rem



ad efe. 1. 4. e.

rem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & induendum nouum hominem, qui secundum deum creatus est, vt viuamus in qua, ex fide per dilectionem operata, qui eramus prius mortui delictis, & peccatis nostris. At verbum Euangelicorum facere hæc non potest, cum solam fidem prædicet, quæ nec renouat, nec reuincere facit, qui enim non diligit, manet in morte, vt beatus Ioan. ait.

opta. p. 3. c.

allia p. 3. c.

2. ad cor. 1. 4. a.

Item alia proprietas ignis est, nõ posse teneri, quin splendeat iis, qui non sunt cæci, aut oculos non claudunt, sic Verbum dei non potest, vt Apost. dixit, alligari, quin currat, & vt idẽ Apost. ait, illuminatio eius fulgeat, tametsi minister eius in vincula coniciatur, vt Paulo euenit. At verbum Euangelicorum alligari potest, & extingui, vt quidem alligatum iam, & extinctum est per dei gratiam in aliquot locis, vbi cæperat diabolus superfemina rezizania hæresis eorum, & in reliquis cito alligandum esse, speramus, & confidimus, vt alligatum fuit olim verbum Ariænorũ Manichæorum, ceterorumq; hæreticorum. Ostendant igitur Euangelici, Verbum dei, quod est in ecclesia nostra catholica, vbi nam; aut quo tempore fuerit alligatum, & an ipsi possint alligare, etiam vbi iidem dominatur, tantum est alligatum, & operum, sicut Apost. ait, in iis, qui pereunt, quorum mentes ex cæcauit deus huius sæculi, ne fulgeat eis illuminatio Euangelii.

2. ad cor. 4. a.

allia ignis p. 3. c.

Alia proprietas ignis est, non posse passionibus alterari, quãdiu natura eius incolumis, & salua est, vt quidem potest aqua cõgelascere, aer crassus fieri, terra figurari, similiter Verbum dei semper manet vnum, & idem a principio vsque ad finem. At vero verbum Euangelicorum quoties mutatum sit, & vt ita dicã, alteratum, & quotidie alteretur, ipsi Euãgelici, & tota eorũ schola testis est, testes sunt tot eorum libri, aliorũ aduersus alios quotidie addentium, detrahentium, mutantium, variantium, contradicentium. In nostro autem dei Verbo semper fuit, est, Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in sæcula, sic sermo eius.

allia ignis p. 3. c.

Est alia proprietas ignis, Petere sursum, & οὐρανὸν esse. i. celeriter penetrare, atque ab omni motu deorsum liberũ esse. Similiter Verbum dei sic nos, nostrosq; mores, ac vitam informat, vt semper ad brauium supernæ vocationis tẽdere debeamus, & cõuersatio nostra in cœlis sit, neque sapiamus vnquam, quæ sunt super terram, sed quæ sursum sunt, quæramus, vbi Christus est

ad cor. 3. a.

in

in dextera dei sedens. Celeritas vero cursus Verbi dei quanta sit, argumento est multitudo illa semel trium millium, qui vno die ad prædicationem Petri principis Apostolorum Verbum dei receperunt, & baptizati sunt, et iterum multitudo adhuc maior. v. mil. qui crediderunt, cum interim fremerent Iudæi, & apostolos in custodiam traderent. Et Paulus quàm celeriter (vt idem in episto. ad Rom. ait) ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuit Euangelium. Item in episto. ad Coloss. testatur, euangelium, quod Colossenses audierunt, iam prædicatum esse in vniuersa creatura, quæ sub cælo erat, imo in Hispaniam inuexit Euangelium, vt Hieron. Atha. & alii affirmat. Et in India, quem nouum orbem vocant, quanta extiterit celeritas cursus Verbi dei, & quàm longe, lateque Euangelium nostrum vulgatum, receptumq; sit, scit cuncta Hispania, & Gallia, atque Italia. At verbum Euangelicorum non est κινωδόν inftar ignis, sed κραιπνόν inftar terræ, idest, non sursum, sed deorsum petens, docens inquam quærere, & sapere terrena, dum libertatem prædicat in occasionem carnis calumniando ieiunia, castigationes corporis, pœnitentias, castrationes virginum, & continentium, & alias mortificationes, ac societatem passionũ Christi ad satisfaciendum pro peccatis nostris, & colendum deum. Deinde βραδυπόδια, idest, tarditas cursus huius Euangelii noui, terreni, & animalis tanta est, vt totis xl. annis, & amplius vix extra locum suum natalem, idest, Germaniam egredi potuerit, imo in ipsa Germania quàm infeliciter promouerit, argumento sunt tot sectæ. xviii. scilicet ex vna, idest, Luterana natæ, inter se inimicæ, & incredibili odio, concertationeque flagrantēs, quas Staphylus Prusienfis auctor eruditus descripsit, & notauit, quarum aliæ alias ecclesias sibi vendicant.

ad huc. 2. ca. 5.

ad huc. ca. 4. a.

secte luterana.

allia ignis p. 3. c.

verbis. 4. d.

Est alia proprietas ignis, esse ταυρκινόν, idest, moueri semper motu eodem, scilicet recto sursum, qui est simplex motus. Sic Verbum dei purum, & igneum nec ad dexteram, nec ad sinistram tendit, sed recta in sublime per vnã fidem, vnã spem vocationis, & per virtutes dei, sicut Verbum dei per Salomonem ait, Oculi tui recta videant, quod quidem de fine recto, qui est charitas in deum, accipiendum est, in quam debet esse intenta mens, qui est oculus animæ. Subiungit postea, non declinabis neque ad dexterã, nec ad sinistram, sic vocauit initia, quæ

d ii sunt

funt extrema a medio recedentia, vt statim explanauit, subiungens, auerte pedem tuum a malo, vias enim quæ a dextris sunt, nouit dominus. Vitiâ dicit, quæ videntur virtutes, & sunt vitia, peruersæ vero planè sunt, quæ a sinistris sunt. Sequitur dein ceps, ipse autem rectos faciet cursus tuos. Virtutes significat medias inter nimium, & parum, quarum auctor est deus, ad quas Verbum dei vtile est, & nos ad eas instruit. Hæc est Verbi dei *πῶς ἑωυτοῦ*. Verbum vero Euangelicorum impurum, & terrenum non per vnâ simplicem fidem, sed per multiplicem, neq; per vnâ spem in charitate dei de corde puro, cōscientiâ bonâ, fide non ficta, sed desperate, oblique, & transuersè deorsum præcipitans, tendit per odium ecclesiæ nostræ de corde impuro, & malis cogitationib. pleno, & de conscientia mala eos reprehendente, tum quia dei cultum catholicum in omnibus ecclesiis ab initio per apostolos prædicatum, traditum, summoq; consensu constanter seruatum reliquerunt, & nouum excogitarunt, & introduxerunt, tum quia vnitatem ecclesiæ sciderunt, & legi patris cœlestis, qui tā clara voce præcepit, obedire præpositis, & se sub iicere eis, non obediunt, tum quia fratres suos, idest, nostram ecclesiam funditus, si possent, delere vellent. Denique finis verbi eorum est odium de immundo corde, peruersa conscientia, fide ficta, quam sine operibus prædicant, quam qui habet, fieri non potest, dum solam habet, vt diligit, qui autem non diligit, manet in morte.

Est alia proprietas ignis, scilicet esse *πυλωπικόν*, idest, comprehendentem; quodammodo enim comprehendit omnem materiam, quatenus nullum prope genus materiæ est, quod non possit ignescere. Sic Verbum dei instar capitis, in quo omnis sensus, & motus, & operationis origo, ac perfectio consistit, & ex quo omnis vis hōrum cœu ex fonte manat, complectitur quæcunque vera, quæcunque pudica, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, quæ (inquit) didicistis, & accepistis, & audistis, & in me vidistis. Doctrina ergo Verbi dei, quæ ex scripto, & sermone constat, omnem voluntatem dei bonam, & beneplacentem, ac perfectam continet, utilisq; est, vt homo dei, quicumque ille sit, quocunque loco, quocunque tempore, in quacunque re honesta perfectus sit, & ad omne opus bonum instructus. hinc factum

Autem, puto, vt scriptura sacra, quæ ipsa cum dei Verbo non scripto connexa est, caput libri vocetur a Propheta Dauid, cum ait, in capite libri scriptum est de me, vt faciam deus voluntatem tuam, idcirco etiam scriptura sancta super caput episcopi, cum ordinatur, vt idem quoque Diony. tradit, imponitur, vt significetur in ænigmate, tum in episcopo, tāquam in capite ecclesiæ potestatem, & scientiam omnis sacri ministerii munere dei residere, tum Verbum dei esse omnium sacrorum anacephalæosim, in ipso enim tanquam in capite partim contineri expressè, partim ex eo nexa esse, & demonstrari omnem, vt ait Diony. theologiam, & omnia opera dei, tum quæ fecit, antequam vere fieret homo, tum quæ fecit factus homo, item omnem modum, quo deus apparuit, extra carnem, in carne, per visum, per somnium, facie ad faciem, per speciem ignis, aeris, nubis, hominis, & aliis modis, Præterea, omne genus sacre sermocinationis personarum variarum in psalmis præsertim, & prophetis, vt domini, serui, patris, filii, iusti, dispensatoris, sponsi, sponsæ, regis, reginæ prophetantis, interpretantis prophetiam, minantis, consolantis, orantis, Deinde omnem sacram operationem euangelizandi, catechizandi, baptizandi, imponendi manus, ordinandi ministros ecclesiæ, consecrandi templa, aras, sacrificandi, remitendi peccata, benedicendi, vngendi infirmos, mortuos sepeliendi. Denique, vt summatim (inquit Diony.) dicam, continet omnes actus sacros, & sermones, qui sunt ecclesiasticæ politicæ a deo tributi. Denique vt ignis, si materia suppetat, omnia depascit, omnem locum occupat, nullis spatiis circūscribitur, sic Verbum dei catholicum, vt Cyrill. Hierosol. in catechesi. xviii. de ecclesia catholica scripsit, complectitur, & docet omnia Dogmata, quæ homines scire oportet, καὶ θεολογικὰς (inquit) καὶ πολιτικὰς de iis, quæ videntur, & non videntur, de cœlestibus, & terrenis. Omneq; genus hominū subiicit religioni, tum potestates, tum priuatos. Et generaliter omne genus peccati curat, quod per animam, & corpus consumatur. Continetque in se omnem speciem & formam virtutis in operibus, sermonibus, & variis charismatibus. Hæc ille de ecclesia catholica, quæ ad Verbum quoq; catholicum, quod ecclesia catholica profiteretur, pertinere necesse est, quæ vim τῆς πυλωπικῆς maxime declarant. Idem auctor paulo post rursus de ecclesia ait, non habere potestatem circūscriptam;

*Alli apparet  
mis.*



ptam, quod est esse ἀπερίληπτον, sed ubique regnare, idem de Verbo dei dicendum est. Itaque Verbum Euangelicorum non est Verbum dei, quia priuatum verbum est, tempori, & loco alligatum, id est, ætatis xl. annorum, ante quod tempus non fuisse verum Euangelium, neque in alio loco, quàm in Germania, tradunt Euangelici. Falsum itaq; est, quod nobis obiiciunt, quasi nos Verbum dei tempori, & loco alligemus, imo nos catholicis esse profiteremur, & omni loco, & omni tempore prædicatum. An hoc est alligare? imo vero ipsi sunt, qui alligant, qui ante xl. annos extinctum fuisse volunt, & ab eo tempore in ecclesiis Germanorum reuixisse. Verbum igitur Euangelicorum non est περιληπτικόν, non enim instar ignis comprehendit quæcunq; pudica, imo tollit pudicitiam sacri ordinis, & pudicitiam sanctarum virginum nullius meriti esse dicit. Neque complectitur quæcunq; sancta, quæcunq; iusta, quid enim iniustius, quàm vota sanctissima, & religiosissima non reddere deo? id est, non præstare deo, quod eidem promiseris, & expectare ab eo, quod ille suis fidelibus, & amicis promisit? Nō complectitur quæcunq; amabilia, & quæcunq; bonæ famæ, cum doceat, non obedire præpositis, neque ab eis gubernari velle, id est, anarchiam, qua nihil peius, neque turpius, neque magis a ratione alienum. Deniq; verbum Euangelicorum non complectitur, quæ didicerunt, & acceperunt, & audierunt ecclesiæ per cunctum orbem, vt sacramenta omnia, & eorum sacras ceremonias, ac sanctarum imaginum cultum, & multa alia, sed potius, quæ didicerunt, & acceperunt, & audierunt per testes paucos apostatas, & quæ viderunt per Germaniam in Lutero, aut Philippo, aut Brentio, & aliis horum similibus. Non est inquam, περιληπτικόν verbum Euangelicorum, cum non complectatur (vt Diony. ait) omnes sacros actus, & sermones ecclesiasticæ politiæ a deo tributos. quare nō est Verbum dei.

Est alia proprietas ignis huic cōiuncta, scilicet esse ἀπερίληπτον, id est non posse contineri, & circumscribi, quin comprehendat, & corripiat materiam, imo ignis sine materia, in qua concipiatur, extinguitur. Vnde veteres aiebant, vt Theophrast. in libr. de Igne ait, Semper ignem alimentum quærere. Similiter Verbum dei non potest contineri, & circumscribi ab homine, quin frugiferum sit, sicut dominus dixit per Esaiam, Quomodo descendit

scendit imber, & nix à cælo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semē ferenti, & panem manducanti, sic erit (inquit) verbum meū, quod egredietur de ore meo; non reuertetur ad me vacuum, sed faciet, quæcunq; volui, & prosperabitur in his, ad quæ mihi illud, scilicet misit, vt ambularem in viis eius, & mandata eius seruarem, quod clarius. lxx. interpretati sunt, cum pro eo verterunt, prosperabo vias tuas, & præcepta mea. Exemplo ergo pluuiæ declarauit propheta illud ἀπερίληπτον euangelii, & quanta esset vis Verbi dei. Vt enim, inquit Cyrillus locum hūc interpretās, cum pluit, aut ningit, nullus potest prohibere, quin propositum eius, qui facit, vt pluat, & ningat, ad effectum perducatur, propositum enim est, vt terra fruges ferat, vt agricolæ cibo, & semine abundant, sic nemo potest facere, vt cesset Verbum dei. Non potest, inquam, vt Gamaliel legis doctor de verbo, quod apostoli prædicabant, dixit, consilium dei, aut opus dissolui.

Misit ergo (inquit) pluuiam quandam spiritualem Euangelicæ legis, qua facta est cuncta terra frugifera, sicut Dauid ait, Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. riuos eius inebria, multiplica genimina eius in stillicidiis eius, & Moyses, descendat (inquit) sicut pluuiæ eloquium meum, & paulo post, fruges (inquit idem Cyrill.) spirituales accepimus, quas Christus suppeditauit mentibus nostris, vt non solum sacrum cibum, vel panem viuificum colligamus, sed semen suppetat feminanti. Qui enim populis præfunt, & ad docendum alios idonei sunt, feminant in cordibus eorum semen, quod prius in cordibus suis reconditum habebant. De virtute vero, & fructu huius pluuiæ, & seminis spiritualis Verbi dei ait idem propheta paulo post, Pro stœbe ascendit cupressus, & pro coniza myrtus, & erit dominus in nomen, & signum æternum. Significat virtute Verbi dei ex spinis, quæ solo inculto, & falso gaudent (cuiusmodi sunt, qui sic viuunt, quasi nullam legem habeant, nullas fruges bonorum operum, sed spinas, & tribulos vitiorum ferentes) existere per dei gratiam sublimes, suauis odore, pulchras, & viriditate perpetua arbores, id est, homines rectos, cœlestes, honestos, optimæ famæ, & exempli, & in spem viuam regeneratos. Igitur, vt τὸ ἀπερίληπτον Verbi dei, quod non potest ad deū reuerti vacuum, comparauit Esaias cum pluuiâ, quæ non potest

ab alio prohiberi, quin descendat, & terram germinare faciat, sic dominus in Euang. comparauit cum igne, cum ait, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat? ad hoc enim misit, ut incendatur, ita ut ubi non est, in quo incēdatur, ibi necesse sit, ut deficiat istar ignis, qui, ut dixi, ubi non est materia, extinguitur. Ex quo fit, ut apud Euangelicos, qui sunt, ut Iudas Apost. de hæreticis ait, nubes sine aqua, non sit Verbum dei, neque esse possit, cum non sit apud eos pluuia spiritualis, quæ efficiat terram frugiferam, ut possit colligi panis viuificus, si quidem plurimi eorum Eucharistiam tollunt, ut sacramentarii, & qui non tollunt, ita falsis dogmatibus terram deprauant, ut hunc panem ferre non possit ad salutē. Quæ igitur sit virtus verbi istorum Euangelicorum, intelligi potest ex fructu ipsius verbi, si cum eo cōferatur, quod ppheta Esa. de fructu pluuie spiritualis Verbi dei, ut paulo ante memini dixit. An. n. saluunca, & vrtica sūt apud istos cupressi, & myrti? id est, ex carnalib. terrenis, & diabolicis, in quibus, ut Apost. ait, radix amaritudinis sursum germinat, & nocet aliis, sunt ne vnquam virtute Euangelii eorum viri spirituales, pudici, continentes, & omnis virtutis exemplum, semper mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferentes, sicut Apost. de se ad nostrā eruditionem, & imitationem dixit? ut eis vere conueniat id, quod idē Esa. postquā dixit de fructu Verbi dei, pro saluunca ascendet abies, pro vrtica myrtus, subiunxit, & erit dominus nominatus, id est glorificatus, scilicet propter istos insignium sempiternum. Signum enim vocat hic, ut ait Cyril. crucem domini, cuius est huiusmodi fructus in æternum permanens. Qui fructus cum non cernatur in Euangelicis, imo vero affirmet Lutherus, ut supra iterum memini, ex Euangelio suo homines multo deteriores extitisse, quàm vnquam antea fuissent in Papatu, sic. n. ait in sermone de duplici aduentu, sequitur, ut ipsi ad nomen, & gloriam crucis Christi non pertineant, sed potius ad vituperationem, & blasphemiam eius, ut qui secundum verbum diabolicū de iustitia ex sola fide, nolint carnē cum vitis, & concupiscentiis crucifigere, improbant es ieiunia, vigiliis, abstinentias, tribulationes, humiliaiones, & ceteras castigaciones corporis. Quæ omnia cum ad Verbum dei pertineāt, & ea Euangelici non profiteantur, fit, ut Verbum dei, quod est instar ignis, in Euangelicis non ardeat, nec incendatur. est ergo

ibi

ibi extinguitur Verbum dei, ut ignis, consumpta materia, necesse est, ut extingatur.

Est alia quædam diuina proprietates ignis τὸ ἀπόσπαστος, id est, nullo alio elemento egere, vnde quidam philosophi *μυροούσιον* appellarunt, aqua enim non generat aquam, neque aer aerem, neque terra terram, ignis vero generat ignem. Itaque ut non satis est, esse aquam, ut aqua ex materia quapiam generetur, sed opus est alio elemento, neque aerem, ut aer, nec terram, ut terra, ignis vero satis est sine aliis elementis, ut in materia quapiam incendatur ignis, quam proprietatem Theophrastus quoque notauit, sic Verbum dei non indiget alio verbo ad ædificationem, consolationem, exhortationem, ut sit homo perfectus, & ad omne opus bonum instructus. At verbum Euangelicorum non est huiusmodi, ut non indigeat alio. indiget enim traditionibus diuinis, & apostolicis, quæ ut dixi, cum Verbo dei connexæ sunt *ὡς σπαστός*, & ab eo inseparabiles, sine quibus necesse est, excidat Verbum dei, quod vsq; adeo est impossibile, ut ne cogitari quidem possit, nisi falsa cogitatione. Quomodo enim non excidat, verbi gratia hoc Verbum dei, Quoniam ex ipso, scilicet deo sunt omnia, si ut Macedoniani, & Ariani volebant, sic dictum accipiamus, ut scriptura dicit, spiritum esse ex deo, & filiū ex deo, ac non potius credamus apostolicæ interpretationi sine scripto traditæ, quàm omnes ecclesiæ catholicæ acceperunt, & tanquam depositum custodiunt, scilicet, omnia esse ex deo *κατὰ χάριν* vel *κατὰ χάριν*, *ὡς ἐστιν καὶ χόρευ*, id est, improprie, vel secundū positionem, & gratiam. Sic enim magnus Atha. in lib. de Arianorum argumentis ad Nemēsinum catholicè interpretatur. Rursus, quomodo non excidat illud dei Verbum, In principio erat Verbum, si, erat, ad tempus referatur, ut cōtendebant iidem Ariani, ac non potius *εἰς ὑπαρξίν*, ut ait idem Athan. id est, ad existentiam. Quod quidem sine theologia illa, quam sine scripto per sermone ecclesia catholica ab Apostolis accepit, & fideliter custodit, nec probare, nec docere possumus. Item si explodendæ essent traditiones Apostolicæ de ieiuniis, de delectu ciborum, de diebus festis, quemadmodum non necesse esset, male intelligendo excidere Verbū illud dei, Nemo vos iudicet in cibo, & potu, aut neomenia, aut in parte diei festi? An non videtur hic locus exercitationes corporales vtilis, & pias, vtilis item, & pias benefici

beneficiorum dei, & exitus sanctorum recordationes improbare? Ergo si Euangelici Verbum dei habent *περὸ θεοῦ*. i. non mācum, & curtum, sed cui nihil desit, necesse est eis, vt traditiones quoq; teneant, quas ecclesia catholica per sermonē accepit, & au diuit, omnesq; interpretationes catholicas, & necessarias ex Verbo dei nexas, quas nos non per paucos priuati sensus, & iudicii, sed per multos testes, ut Apосто. ait, communis, & publici consensu, & vniuersalis iudicii audiuius. Libenter sermonem de traditionibus inculco, quod intelligo, hanc potissimum causam erroris Lutheranorum extitisse, quod illud audire, & sequi noluerunt, State, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram, non dixit solum, tenete, sed state, & tenete, vt intelligeremus, stare nos non posse, imo neq; Verbum dei, nisi traditiones diuinas, quas per Apostolos ecclesia accepit, teneremus.

Est alia proprietas ignis, habere vim augendi se occulte, & sensim, & ostendendi in materia subiecta magnitudinem virtutis suae, scilicet quia vt plus aliquid materiae incensae accedit, ita multiplicata proportione, plus potest vrere ignis, & reliqua materia minus potest resistere vltioni, ita fit, vt sensim suam vim magnam in materia subiecta magis ac magis ostendat. sic est Verbum dei, quod quidem hac ratione ipse Dñs cum grano sinapis *διὰ πύρου*. i. ignei, sic enim Veteres vocabāt, comparauit, quod minimum quidē est in omnibus seminibus, Cū autem creuerit maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres caeli veniāt, & habitent in ramis eius. Similiter Verbum dei principio quidem habitabat in paucis, sensim vero crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde, & in alio loco, ait idem Lucas, fortiter crescebat Verbum dei, & cōfirmabatur. Quid autem efficiat Verbum dei in hominibus, & quantum vim suam in eis ostendat, diuine declarat parabola, ac similitudo sinapis, vt Magnetes antiquissimus auctor in apologia pro Euangelio ad Theosthenem notauit, est. n. (inquit) calidissimum, salubriter purgat cerebri sordes adhibitum familiaribus cibis, scindat crassitudinē pituitae, & humores mali succi, deinde subiungit. Similis est ratio Verbi dei, purgat humores intemperantiae, reprimat *πολλὰ φλυγμονώ, ἀπειροῦ*. i. licentiam, & ardorem viuē sine ordine. educit amaritudinem peccatorum, curat homi-

2. hysa. 2.

Mat. 13.

nem mordens reprehensione, secans doctrina, calefaciens compassione, excitans cogitatione. seminatur in mūdo, & profert fructum supramundanum. seminatur in terra, & terrenos subducit ad sanctitatem. Declarat praeterea virtutem igneam Verbi dei, vt idem auctor ait, alia parabola de fermento. Vt enim (inquit) modicum fermentum totam massam firmat, modificat, maturat, & (quod in vita praecipuum est ad victum) panem perficit, panis enim fermenti expers insuauis est ad gustandum, & ad alendum incommodus, sic Verbum dei (inquit) quod regnū caelorum appellat Euangelium, vitam hominum immoderatā, effusam, & ordine carentem continet, & quodammodo fermentat reducens ad proprium ordinem. Verbum vero Euangelicorum ecquid horū simile habet? an est instar arboris ex illo paruo grano sinapis ignei natæ? quod neque fructus bonorum operum profert, cum solam, & nudam fidem profiteatur, neque folia pulchra, & vtilia, cum ceremonias, & omnem ornatum diuini cultus tollat, nec ramos, cum Apostolos quodāmodo praecidat amputatis, & abiectis eorum traditionibus, neq; radicem firmam, cū solam fidem praedicet, fidei enim firmitas, ac robur sunt opera. *λόγος μὲν ἴσθι* (inquit Magnetes) *οὐκ ἀληθεύει ἢ ἁλάτως, ὁρῶν δὲ πικρὸν ὄντων πῶ φύσιν τῆ περὶ γμάτος, παρεσιδίασε σμινδὸς ἀλλῃ θύσαι τὸν λόγον*, interpretabor latine, sermo enim (inquit) dictus, saepe non est verus, opus vero cum confirmarit naturam rei, facit, vt sermo sit cum grauitate verus. Est itaque opus ipsum velut fidei sigillum, quo cum fides caret, testimonio, & auctoritate caret, & ideo nihil valet in Christo. Verbum ergo Euangelicorum non est simile sinapis, nō enim reprimit humorem ardentem *πῆς ἀπειροῦ*, id est, perturbati ordinis, imo efficit, vt illi omni ordine careant, & immoderate, confuse, & perturbate apud eos ferantur, & agantur omnia. Docet enim eos, vt vitio philarchiae, quod haereticorum proprium est, monarchiam ecclesiasticam tollant, monarchiam, in qua, ecclesiasticam, & hierarchicam Verbo dei fundatam euertant. Deinde non purgat amarum humorem peccatorum, cum magna pars Euangelicorum, quos Euangelici Melächthoniani Antinomos vocāt, quorum princeps, & auctor fuit Islebius, confessionem, & poenitentiam tollat, affirmans interim nihil docendum, praedicandumq; esse praeter Euangelium, & gratiam. Neque fermenti diuini, &

Mat. 13.

apostolici quicquam simile habet, sed potius fermenti Pharisæi, quod est hypocrisis, & doctrina corrupta. Siquidem vitæ hominis perturbatæ, dissolutæ, & incōstanti non moderationem, legem, ordinem, constantiam adhibet, imo sunt omnia inter eos plena contentione, zelo amaro, mutabilitate, monstrum corporis multis capitibus, qualem depinxit Coclæus Septicipitem Luterum omni hydra Lernæa pestilentiolem sed persequamur reliquas proprietates Verbi dei ignei.

Est alia proprietas ignis, esse *πρασιελιον, και δωατον*, id est, efficacem, & valentem, quia calorem, splendorem, & ignem efficit. Sic Verbum dei efficit, sicut ait scriptura, spiritu feruentes, & cor ardens, ac lucem bonorum operum, & ut deus, qui est ignis consumens, habitet in nobis. Præterea Verbum dei ad res certas ritè, & symbolice adhibitum sacramenta efficit, quæ gratiam spiritus sancti operantur, tametsi non vno modo omnia, neque æqualiter, quæ a diuino Dion. theologia *πλεσιπλη* dicitur, ut si nos dicamus sacramentalem, quæ ut ille ait in epist. ad Titum, *πρα*, id est, operatur, vnde illud *πρασιελιον* ignis proprietas. At verbum Euangelicorum Verbum dei esse non potest, quia non potest efficere, ut spiritu dei ad charitatem ferueant, sed potius spiritu animali ad zelum amarum, & contentiones, nõ potest, inquam, efficere, ut in cordibus eorũ ardor charitatis existat, sed potius ardor odii, irarum, contentionum in seipfos, & aduersus nos. Neque enim diligere suos possunt charitate cordis puri, qui nec pietatem in deum, neq; charitatem in nos habent, cum ut B. Petrus docuit, copulanda sit pietas cū charitate fraternitatis, & hæc cum charitate erga omnes. Quomodo autem charitatem erga nos habere possunt, quos semper mordent, ac comedunt? aut quomodo erga deum pii, qui ecclesiam spõsam Christi, quæ est corpus eius, scindunt? qui ex domo dei Vicarium sponsi, & ministros eius, quantum in ipsis est, eiiciunt? dicentes iuxta parabolam Euangelii, nolumus hunc regnare super nos. Deinde non potest efficere lucem bonorum operum, cum tradat, nullo bono opere, imo nec vlla lege opus esse homini Christiano ad iustitiam, & salutem, sic enim eorum propheta in Assertionibus de libertate Christiana docuit, & eius discipulus Philippus in xvi. c. Ioan. Non ergo est verbum Euangelicorum illud, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra

stra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est, nihil enim (inquiunt) personam bonam facit, nisi sola fides, quod autem bonam personam, id est, bonum filium facit, hoc patrem glorificat, probitas enim filii gloria est patris. Quod si verbum Euangelicorum neque ad efficiendum ardorem charitatis, neque ad lucem bonorum operum valet, ergo neque ad hoc valet, ut deus qui ignis est consumens, sit in ipsis, vbi autem deus non est, diabolus est. Verbum ergo, quod in Euangelicis abundanter habitet, non est igneum, cœleste, & diuinum, sed frigidum, terrenum, animale, & diabolicum. Cum quo bene conuenit, quod eius auctor, & euangelista tradidit in Assertionibus, & resolutionibus contra Eccium, hæreticam sententiam esse, affirmare, sacramenta gratiam operari, volunt enim & ita est, ut verbum suum non sit instar ignis *πρασιελιον, & δωατον*, ut est Verbum dei, quod est in ore, & corde ecclesiæ catholicæ. Itaque Verbum dei igneum, & efficacissimum, hoc est corpus meum, apud Euangelicos, qui ita volunt, & ita opinantur, non mutat panem in carnem viuam Christi, non magis quàm posset ignis extinctus mutationem vllam facere in materia subiecta. Sed si Verbum illud dei viuum, & permanentis in æternum, quo per aquam, & igneam virtutem spiritus sancti baptizantur in mortem Christi, regenerare potest, & efficere nouam creaturam, quia hanc efficacitatem, & potentiam dedit ei, cur huic Verbo dei, hoc est corpus meum, suam virtutem negant? cur extinguunt igneam efficacitatem, & potentiam eius? Verum incredulitas eorum fidem dei non euacuauit, neque enim quia illi negant, ideo non erit Verbum Dei efficax, & præpotens apud nos, qui credimus. Atqui Euangelici prophetæ *πνδ μαθφοροϋμενοι* sic interpretantur, ut illis visum est, nos vero interpretamur, ut visum est spiritui sancto, & sanctis Apost. qui hoc ecclesiis omnibus tradiderunt, quod a Christo acceperunt. Quod quidem perspicere potest, tum ex epist. Pauli ad Cor. tũ ex li. vi. Clem. Rom. de doctrinis apostolorũ pro vltima (inquit) cruenta successit tũ rationalis, & incruenta, tũ mystica corporis, & sanguinis Christi, quæ in mortem domini propter symbola celebratur. i. in memoriam mortis, resurrectionis, & ascensionis domini, in spem resurrectionis nostræ, sic enim synodus Nicena interpretata esse videtur, quæ doctrinam apostolorum sequens clarius adhuc de hoc mysterio *οι τρις εκκλησιαστικως*

*συνεὶς διατυπώσεσι*, quæ in actis eius dimidiatis feruntur, sanxit his verbis, Ne in panem in sacra mensa propositum, neque in calicem humiliter, & abiecte intédamus, sed potius (inquit) elevata mente per fidem intelligamus, positum esse in sacra illa mensa agnum dei, qui tollit peccata mundi, qui sine mactatione a sacerdotibus immolatur. Cum autem pretiosum corpus, & sanguinem eius sumimus, credere oportet symbola hæc esse nostræ resurrectionis. Idcirco enim non multum sumimus, sed parum; vt intelligamus, non ad saturitatem, sed ad sanctificationem sumere. hæc syn. Sed de sancta Eucharistia reliquam tractationem in opus proprium, quod componimus, reseruemus. Redeamus nunc ad verbum Euangelicorum infirmum, & inefficax, quod quia tale est, necesse est, vt dissoluatur, & intereat, vt de verbo Theudæ, & Iudæ Galilæi dixit Gamaliel legis doctor. Viri (inquit) Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis; ante hos enim dies extitit Theodas, dicens, se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadrigentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis; & auertit populum post se, & ipse periit, & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Sic euenit Lutero alteri Theudæ iuxta interpretationem nominis, Theudas enim aquam fluentem declarat, sunt autem omnes hæretici cisternæ quædam contritæ non valentes continere aquam, vt ait Hierer. Luterus ergo vsque adeo ad exemplum illius Theudæ dicebat se esse aliquem, vt non fuerit veritus, dicere se prophetam, & euangelistam, vt in lib. de falso statu ordinis spiritualis. Hic autem a diabolo, pmittente deo, occisus est, vt ex horribili casu mortis eius conici potest, eorum vero, qui eum secuti sunt, non pauci iam dissipati sunt, & ad nihilum redacti, & quotidie dissipantur. Post hunc extiterunt alii Iudæ Galilæi professione, & vi nominis, Iudas enim confessionem declarat, & Confessionaria quidem secta orta est ex Lutero tertia post Anabaptistas, & Sacramentarios, cuius princeps fuit Philippus. Huius sectæ studium, & professio ad exemplum Iudæ, qui Christum vendidit, vt occideretur, imprimis spectat ad oppugnandum, & delendum, si fieri posset, vicarium Christi, & potestatem clauium apostolicarum, & omne quod in fide Christiana catholicum est. sed firmum dei funda-

men-

mentum stat, cælum, & terra transibunt; verbum vero domini manet in æternum, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hi igitur Confessionistæ, vt alter Iudas Galilæus, populum post se auerterunt; & vt de illo scriptum est, perisse ipsum, & quotquot consenserunt ei, dispersos esse, sic istis euenit, propè.n. perit Confessio Augustana, cui qui consenserunt, dispersi sunt, & discisi in xviii. sectas, quas Federicus Staphylus in dispersis Euangelicorum disciplinis perdiscendis, & percallendis valde exercitatus, & eruditus, notauit, & enumerauit. Vt iam non longe abesse speremus, & confidamus, vt quia hoc Verbum, & hoc opus nouæ prædicationis ex hominibus est, omnino dissoluatur, sicut Gamaliel de Iuda Galilæo dixit.

Alia proprietas ignis est, omnibus præsentem adesse solere? & non videri, negligique, quia non videatur esse, terendo tamè, & veluti quærendo, naturaliter ex improviso apparere, ac rursus euanescere, cum non sentiatur, hæc euenire solent, cum scintillas in silice latentes terendo, & collidendo elicimus, quod nemo est, quin expertus sit; sic est Verbum dei, quod ipsa sapientia cælestis loquitur stans in mediis viis, vt ait Salomon, quod est, esse coram omnibus Verbum dei. Nihil enim in occulto locutus est dominus, sed palam omnia (sicut idem dixit) in templo, in quod omnes Iudæi conueniebant, vt de eo ipso verbo multos testes, qui audissent, semper interrogare liceret, quoties opus esset. Idcirco eadem sapientia de verbis suis ait apud Salom. in eodem loco, Cû iustitia omnia verba oris mei; nihil in eis peruersum, nec tortuosum, deinde subiungit, omnia præsentia intelligentibus scientiam. Idcirco idem dominus discipulis prædicare in lumine, & sup tecta præcipiebat. i. non in occulto, neque post terga, quod est diffidentis veritati, sed coram cum fiducia, vnde Apostoli modestè, & infirmitatis suæ consci, ad exemplumq; nostrum a deo petebant, vt daret eis cum fiducia loqui verbum. Verbum ergo dei, quod coram omnibus est, non semper extrinsecus secundum litteram videtur, vt ignis ille in silice latens, præfens qui dem est, tametsi sensu non percipiatur. & dū sic Verbum dei non videtur, cōtingit negligi instar illius ignis latentis, per multa sunt huius proprietatis exempla. Vt verbi gratia præfens est, & coram omnibus Verbum dei de cœlibatu sacri ordinis, & monastici, quod tamen quia non cernitur expresse scriptum, negligitur,

neque

neq; esse creditur. Similiter præfens est, & coram omnibus Verbum dei de ieiuniis, & de delectu ciborum, de festis diebus agitandis, de sanctis imaginibus colendis, de ceremoniis symbolicis, de legitima successione episcoporum tenenda, de ecclesia visibili credenda, de sacramentis, de baptismo infantium, de confessione secreta, de satisfactione, de humanis legibus, & de aliis multis, ne omnia enumerem, sed quia verbum de his, aliisque huiusmodi lateat, & non ab omnibus videtur *αἰσθητῶς καὶ ἁπλοῦς*, quia inquam, non est scriptum *ἁπλοῦς*, & expresse, idcirco quod videtur non esse, negligitur, quod tamen terendo, & inquirendo elicitur, & apparet conuenienter naturæ. Vt clarius docebimus, cum de quibusdam dogmatibus in his libris tractabimus. At verbum falsi nominis, quod Euangelici profitentur, non est coram omnibus, imo est in occulto, & apocryphum, ut quod non prædicatur in ecclesia catholica Romana, in quam ceteræ omnes ecclesiæ catholice conueniunt tanquam digiti in manum, ut ait Optatus Afer in libris contra Donatistas, neque habeant Euangelici, quos interrogare possint ex patribus de isto suo verbo, quod nondum habet. xl. annos, aut vix. Deinde, nunquam est *ἀόρατον*, cum vnus disciplinæ eorum locus dogmaticus sit, Verbum dei per se esse satis clarum, & apertum, quare non opus esse subtili scholasticorum disputatione, nec sanctorum patrum interpretationibus, nec conciliorum decretis. Ex hoc loco, & dogmate alium locum, & dogma nectunt, solam scripturam iudicem esse controuersiarum ecclesiasticarum, ut eorum propheta in Assert. & lib. de eccles. & conciliis tradidit. Carent itaque theologia illa demonstratiua, quæ ad Verbum dei pertinet, quam, ut sæpe admonui, diuinus Dion. in epist. ad Tit. cum scriptura sancta conexam, & implicatam esse dicit. Ex quo factum est, ut, dum neque antecedentia, neque consequentia considerant, nec *ὡλοσφως καὶ ἀπλοῦς*, ut idem Dion. ait, ex scriptis non scripta concludunt, in absurdissimos, & grauissimos errores inciderint. Vt quia legebat Luterus in Apostolo, Legem non esse positam iustis, sed peccatoribus, neque credebat Verbum dei in hoc loco non videri extrinsecus, sed latere, ac proinde opus esse ratiocinatione, & inquisitione, idcirco tradidit hoc dogma, quod est primum caput Luteranæ disciplinæ, Nō esse necessaria ad iustitiam, & salutem bona opera, imo legem nō necessariam esse, nisi solum ad

osten-

ostendendum peccatum, saltem ante iustificationem. Vnde illud, quod Apost. ait, per legem cognitio peccati, conuenienter suo dogmati sic vertit Germanice ad decipiendum vulgus, per legem solum cognitio peccati, ut Staphylus Prusiensis eruditus auctor, & ecclesiæ catholicæ miles valde bonus notauit. Islebius vero discipulus magistrum secutus, & sectæ Antinomorum princeps, & auctor peius adhuc legem ab Euangelio prorsus exclusit. Sed quia hoc, ut dixi, caput est, & summa multorum errorum, quos Euangelici profitentur, videamus paulisper, Verbum hoc, lex non est posita iustis, sed peccatoribus, an sit coram omnibus, & tamen lateat, ita ut opus sit inquisitione. Repetamus superiora, dixerat, sicut rogavi te, ut denunciare quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis. Quem locum imitatus, & interpretatus est B. Ignatius martyr in epist. ad Magnes. Nolite (inquit) errare in alienis gloriis, & fabulis antiq; & inutilibus, genealogias vocauit *ἑτεροδοξίας*, id est, alienas glorias. deinde subiungit, si enim vsque nunc secundum legem Iudaicam viuamus, negamus gratiam accepisse. Sancti enim prophetæ secundum Iesum Christum vixerunt, & quæ sequuntur. Iactabant itaque isti habere se patrem Abraham, ad quem genus referebant repetita longa serie maiorum, qui circumcisionem Habraæ, & legem Moyse secundum carnem seruassent, in quo gloriam suam sitam esse falso putabant. credebant enim Habraham ex circumcissione laudem, & gloriam apud deum habuisse, quod erat falsum. Deinde, quia iusserat Apost. Timotheo, denunciare istis, ne aliter docerent, id est, ne docerent Iudaismum coniungere cum Euangelio, quid ergo docere deberent, declarat subiungens, finis autem denunciationis est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, id est, hæc sit tuæ ad illos denunciationis summa, scilicet, ut doceant non quidem legem seruitutis, sed veram dilectionem, & conscientiam bonam, & fidem non fictam, quæ Dominus in Euangelio grauiora legis appellauit, quæ ad decem capita Decalogi Mosayci, tanquam ad decem fontes legis naturalis reuocantur. quæ vno etiam Verbo dilectionis, seu charitatis in scriptura comprehendi solent, ut cum ait Ioan. eodem verbo denunciationis vtens, Hæc est denunciatio mea, ut diligatis alterutrum. Sequitur, a quibus quidam aberrantes voluerunt esse legis doctores, nō in-

f

telli-

telligentes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, reſi-  
 ſtis enim charitate, conſcientia recte factorum, & fide, quibus  
 ſolum ſtudere oportebat, docebant legem Moyſis, vt a deo da-  
 tam, non eſſe reprehendam, ſed defendendam, & ſeruandam,  
 quaſi illam Paulus reprehenderet, quia doceret, antiquatam eſſe,  
 & ceſſaſſe iam. Idcirco. n. ſubiungit ſtatim, ſcimus autem, quòd  
 lex bona eſt, id eſt vtilis, ſi quis ea legitime vtatur, vt quidem legi-  
 time idem Apoſt. vtatur, qui ſe aiebat, per legem legi mortuū  
 eſſe, ipſa enim lex vetus docebat, Venturum eſſe Meſſiam pro-  
 miſſum in lege, & prophetis finem legis in Iuſtitiam omni cre-  
 denti, quod quidem credere, & ita operari, hic erat legitime vti  
 lege. Contra vero, velle adhuc poſt aduentum Meſſiæ legem ſer-  
 uare. ſ. quantum ad ea quæ erant impoſita (ſicut Apoſt. ait) vſq;  
 ad tempus correctionis, quæ veteres patres vocant, τὰ πειραστὰ le-  
 gis, vt de circumciſione, cibis, potibus, variis baptiſmatibus, &  
 aliis iuſtitis carnis, id erat, negare gratiam accepiſſe. De iis ve-  
 ro, quæ dominus in Euangelio grauiora legis appellauit, ad iu-  
 diciū, charitatem, & fidem pertinentia, quæ omnia ad decem  
 capita decalogi Moſayci in corde ſcripti referuntur, & de eorum  
 contrariis ſubiungit, ſcientes, quia lex non eſt iuſto poſita, ſed in  
 iuſtis, & non ſubditis, impiis, & peccatoribus, ſcleratis, &  
 contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, & fornicariis,  
 maſculorum concubitoribus, & mendacibus, & periuris, &  
 ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euā-  
 gelium gloriæ beati dei. Totum hunc locum, & ipſius Apoſt.  
 mētē, ac propoſitum, ne ſine auctore loquar, intelligere licet  
 ex tertio libro apologiæ Magnetis antiquiſ. & grauiſ. auctoris  
 ad Theoſthenem aduerſus Gentiles euangelii calumniatores. In-  
 terpretabor latine, cum (inquit) non erat lex, qua diſcernerentur  
 facta, & quæ tranſgreſſores argueret, cum, inquā, non erat lex,  
 quæ vitam moderaretur, & gubernaret, & quæ cogeret, ὀπι-  
 τειν, id eſt, cōpoſitè viuere, multi, deprauata lege naturali, efficie-  
 bantur miniſtri vitiorum, multi, inquam, ſpeta illa ratione vir-  
 tutis omnibus a natura inſita, quodcunq; ſcelus libebat, com-  
 mittebant, cum hæc ita eſſent, venit lex in quiſitrix, & accuſatrix  
 ac magiſtra, acerbaque increpatrix, quæ peccatum quidem com-  
 miſſum non purgabat, aut excuſabat, ſed potius exaggerabat, &  
 oneroſum faciebat, diſtringendo gladium ſupplicii aduerſus eū,  
 neque

1. Tim. 1.

neque tribuebat miſericordiam deprehenſis, non enim lex do-  
 mina erat, ſed diſpenſatrix, ac voluntatis dei miniſtra. Ita factū  
 eſt, vt cū veniſſet lex, abundaret, vt Apoſt. ait, περισσεύουσα, id eſt, ca-  
 dauer, quia non permittebat viuere poſt peccatum eum, qui pec-  
 carat, ſed potius ſine vlla miſeratione puniebat, atque ita accide-  
 bat, vt eſſet peccatum ſtimulus mortis, ſiue mortiferum, ita vt  
 non viueret homo. Accepit autem hanc vim per legem, quæ  
 prohibebat peccare, & peccantem ibi ſtatim puniebat, ſine le-  
 ge autem nihil poterat. Vt enim ſtimulus, ſiue aculeus occide-  
 re quidem poteſt eum, quem feriat, nihil tamen poteſt efficere  
 ſine eo, qui eum tenet, ſic peccatum ſtimulus mortis erat, ni-  
 hil tamen poterat, cum nondum lex peccatum pœna ſancitum  
 tenebat, ac demonſtrabat, quod quidem Apoſt. ſignificauit,  
 cum dixit, virtutem peccati legem eſſe. Deinde ſubiungit idem  
 Magnetes, vt ergo peccati nocumentum vitemus, & metum le-  
 gis, quæ peccato ad interficiendum vim præbet, declinemus, cō-  
 ſulit Apoſt. vt non ad legem, ſed ad dominum legis confugia-  
 mus. hæc tenus Magnetes. Idem ergo, & eadem ratione conſulit  
 nunc idem Apoſt. ſcilicet non, vt quidam falſo docebant, confu-  
 giendum eſſe ad legem veterem, quæ non iuſtificabat corā deo,  
 & quæ in peccatis depreheſos ſine vlla miſericordia occidebat,  
 ſed potius ad charitatem integram, ad conſcientiam recte facto-  
 rum, & ad fidem veram, hoc eſt, ad Euangelium. quod quidem  
 cum eadem prohibeat, quæ lex decalogi Moſayci, hoc tamē præ-  
 ſtat, quòd lex iram operatur occidens ſtatim tranſgreſſores ſine  
 vlla miſericordia, & neminem iuſtificans qui ex lege ſit, id eſt,  
 qui faciat opera legis timore carnali ſupplicii legis, hi enim ſunt  
 & dicuntur ab Apoſt. eſſe ex lege, Euangelium vero non occidit  
 peccatores, ſed parcit, ſupplicium futuro iudicio referuans, iu-  
 ſtificatque eos, qui ex fide ſunt, id eſt, qui non ſecundum legem  
 ſeruitutis ex timore carnali, ſed ex charitate in deum faciunt o-  
 pera legis, hoc eſt enim eſſe ex fide, quia qui perfecte credit  
 euangelio Chriſti, diligit, & qui credit, & diligit, ſermones eius,  
 quem diligit, ſponte facit. Lex ergo non eſt poſita iuſtis, quia ſci-  
 licet fidem habent perfectā, & ſpiritualem, ex qua viuunt, quæ  
 non eſt a charitate ſeparata. Lex qua fide operantur opera illa le-  
 gis grauiora, non autem operantur quaſi ex lege, id eſt, ex timore  
 ſupplicii, quo lex erat ſancita, ſicut ſcriptum eſt, irritam quis fa-  
 ciens

9 = 0. 1.

eiens legem Moyſis, ſub duobus, aut tribus teſtibus ſine miſeratione moritur. Iuſtis, inquam, non eſt poſita lex ſeruitutis, vt enim ait Clemens Rom. lib. vi. doctinarum apoſtolicarum loquens de lege libertatis, libertatem hominum rurfus liberam reliquit dominus, non præſenti, eademq; breui morte mulctans, vt ſub lege, ſed iudicium in alterum ſæculum reiiciens. Hoc autem magis adhuc idem Apoſt. paulo in fra declarat, cum enim dixiſſet, & ſiquid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati dei, quod creditum eſt mihi, interpoſuiſſetq; ea, quæ proxime ſequentur, ad hanc diſpenſationem ſibi creditam pertinentia, rurfus more ſuo redit ad continuandum proſiſſimum ſubiungens, Superabundauit autem gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum fide, & dilectione, quod perinde eſt, quaſi diceret, ſublata parentheſi, ſcientes hoc, quia lex non eſt poſita iuſto, ſed iniuſtis, & non ſubditis, ſuperabundauit autem gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum fide, & dilectione. In quo quidem docet differentiam legis, & euangelii, ſiue præſtantias potius Euangelii ſupra legem, in eo ſcilicet, quod commune erat legis, & Euangelii, id eſt, quantum ad decalogum. Lex enim decalogi Moſayci iubebat, & vetabat, vita, & morte proſiſſima, quæ ratio iubendi, & vetandi, bona eſt, & vtilis, ſolum tamen conuenit iniquis, & non ſubditis. Nunc autem (inquit) ſuperabundauit gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum fide, & dilectione, eadem enim iubet, & eorum contraria vetat Euangelium, non quidem operans iram, & ſtatim occidens, vt lex vetus, ſed vt Clemens ait, reiiciens iudicium in alterum ſæculum, & hic gratiam, & veniam tribuens operanti non ſecundum legem ſeruitutis ex timore, ſed operanti libere ex fide, & dilectione. Hanc ſuperabundantiam iuſtitie noſtræ ex fide ſcilicet, ac dilectione, requirit a nobis Chriſtus ſupra iuſtitiam Scribarum, ac Phariſæorum, vt idem in Euangelio dixit. Quod ergo de lege ſeruitutis a Paulo dictum erat, hoc Luterus primus Euangelicorum auctor, & magiſter ad legem quoque libertatis pertinere voluit, & quod de operibus ſecundum legem ſeruitutis, ad opera ſecundum fidem, & dilectionem retulit, ita vt doceret, non eſſe opera neceſſaria ad ſalutem, & legem tantum neceſſariam eſſe nunc ad ostendendum peccatum ſaltem ante iuſtificationem, ignorans, nihil aliud eſſe hoc, quam Iudaïſmum cum Euangelio coniungere.

In

In cauſa autem huius erroris fuit, quod ignorauit, vt in multis aliis, hoc Verbum dei, lex non eſt poſita iuſto, ſed iniuſtis, & non ſubditis, eſſe ἀπαιτητὸν ἀοράτως, vt ait Diony. id eſt, eſſe præſens omnibus, & tamen non videri, quæ eſt, vt diximus, proprietatis ignis in filice latentis. Tale quoque illud exiſtimauit, Per legem cognitio peccati, quod quidem de eadem lege intelligendum eſt, de qua illud quoque Apoſtoli interpretati ſumus, Legem non eſſe poſitam iuſto. Lex. n. quæ occidebat transgreſſores ſine vlla miſeratione, vt idem Apoſt. ait, & quæ tenebat obnoxios ſeruituti per vniuerſam vitam timore mortis, ex quo lex ſeruitutis, & erat, & dicta eſt, eo ſpectabat, vt ne Iudæi mandata transgredirentur, cognoscerentque ſaltem per timorem, quid cauere deberent, vnde propter transgreſſionem dicit Apoſt. poſitam eſſe legem, & alias, per legem cognitionem eſſe peccati, ex quo fit, vt homo non iuſtificetur ex lege, cum iuſtitia ſit ex fide ſpirituale, & dilectione, non autem ex carnali timore ſupplicii. Vnde Dauid propheta cum dixiſſet, Deum eſſe portionem ſuam, vt oſtendat poſtea, cum quibus eſſet ſibi communis illa portio, ſiue pars, quæ iuſtitiam, & ſalutem continebat, ſubiunxit, Particeps ego ſum omnium timentium te, Non dixit, timentium legem tuam, quæ propter transgreſſiones occidebat, ſed timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Quod quidem non propter Dauid tantum ſcriptum eſt, ſed propter nos etiam, quorum portio erit dominus, ſi eum timuerimus, & mandata eius fecerimus, Vnde beatus Petrus, In veritate (inquit) comperi, quod non eſt acceptor perſonarum dominus, ſed in omni generatione, qui timet deum, & operatur iuſtitiam, id eſt, facit mandata eius, acceptus eſt illi, hic eſt, inquam, iuſtus eius.

Venio ad aliam proprietatem Verbi dei, quod ſemper manet idem, cum recte tractatur, & comunicatur, nec iota vno, aut vno apice imminuto, aut detracto, ad ſimilitudinem ignis, cuius proprium eſt, τὸ ἀμείωτον, id eſt, non imminui impartiendo aliis vim caloris, & luminis ſui. Itaque in eccleſia noſtra, id eſt, catholica, per cunctum orbem vna omnium fides eſt, eadem fidei dogmata, eadem ſacramenta, idem Verbum dei ſcriptum, eadem traditiones apoſtolicæ, eadem veritates dogmaticæ neceſſitate connexi ex ſcriptura concluſæ. In his eccleſia catholica nullo vquam tempore, aut loco imminutionem, aut diſcrepanciam admittit;



misit, aut conuiuendo dissimulauit, quin statim monuerit, ostēderit, increparit, conuicerit, correxerit, damnarit. At Verbum Euangelicorum non sic est, imo sic vim suam cū iis, qui eo utūtur, communicat, vt communicando, iacturam sui faciat, dum eius professores, alii aliud dogma detrahunt, imo iidem nunc detrahunt, quod rursus restituunt postea, ridicule secū dissidentes, ac pugnantes. Vt cum Lutherus tradit, Legem neque ante iustificationem, nec post, esse necessariam, vt Ioannes Agricola in collectis sententiis Lutheri testatur. Idem rursus Lutherus disputans aduersus Antinomos Islebienfes dixit, necessariam esse. Idem in sermone de Mose docuit, non pertinere ad nos, sed ad Iudæos decem præcepta. Rursus tradit in uisitatione Saxonix, & disputans aduersus Ioannem Agric. diligenter prædicanda esse decem præcepta. An hoc est habere Verbum ἀπειράτον? idest, verbum quod non imminuatur? Detrahūt præterea Verbo dei vitam fidei, qui tradunt non opus esse operibus bonis ad iustitiā, quæ ex fide Verbi dei est, ex qua iustus uiuit. Item detrahunt Verbo testimonium pœnitentiæ stabilis in salutem, qui opera satisfactionis tollunt. Detrahunt Verbo dei memoriam exitus sanctorum, & imitationem fidei eorum, qui cultum, & honorem eis negant. Detrahunt Verbo dei virtutem baptismi & mysterium, cum profitentur, nihil esse baptismum præter signum externum, quod Lutherus in sermone de recumbentibus docuit. Detrahunt Verbo veritatem dei, & potestatem, ac charitatem illam, qua in finem dilexit nos, & spem resurgendi in resurrectionem vitæ per cibum incorruptibilem vitæ insolubilis, qui verum corpus, & verum sanguinem in sancta Eucharistia negant. Detrahunt Verbo magisterium ecclesiæ catholicæ qui contra eius permissum, & auctoritatem sub vtraque specie communicare volunt. Detrahunt Verbo mysticam dei benedictionem, & sanctificationem thori immaculati, qui matrimoniū negant esse sacramentum, sed esse ab hominibus inuentū, vt tradit Luth. in lib. de Capt. Baby. & Philip. in locis. Detrahunt Verbo ædificationem ecclesiæ, & virtutem diuinam apostolicæ in ea prædicationis, ac prophetiæ de ea veritatem in Euāg. impletā qui ecclesiam tradunt non esse visibilem, neq; eā fuisse ante Euāgelium ab eis inuentum, aut in alio loco inueniri posse, quam vbi auditus est sonus Lutheri, & verbum eius. Infinitum esset,

si omnia persequi vellem. Deniq; vt semel multa complectar; minuit Verbum dei, qui ea, quæ necessitate connexi ex eo concluduntur, detrahit, quæ ad interpretationes Verbi dei, quas Euangelici negant, pertinent. quibus Apocalypsis beati Ioānis minatur, inquiens, Si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro Vitæ, & de Ciuitate Sācta. Quod non tantum propter Apocalypsim scriptum est, sed propter vniuersum Verbum dei, ex quo qui aliquid abstulerit, idem ei eueniet, Sicut rursus in Deute. scriptum est, Non addetis ad Verbum, quod vobis loquar, nec auferetis. Minuit itaque Verbum dei, qui illud, cum necesse est, non dilatat explicando secundum doctrinam tum scripturarum, tum traditionum apostolicarum. Ad quod quidem perficiendū dominus dedit quibus, & quatenus, & quando, & vbi voluit, sermonem sapientiæ, Qui, vt ait magnus Basil. in proœmio commen. esaiæ, valet ad explicanda, & dilatanda, quæ sunt obscure, & concise dicta, sicut scriptum est, Extendi sermonem, & non attendistis. Hunc, inquam, sermonem dedit dominus multis doctoribus ecclesiæ catholicæ, quos quia Euangelici, aut omnino contemnunt, aut parum honorant, idcirco euenit eis iusto dei iudicio; quod dominus Iudæis minatus est, Qui quia legem, & prophetas secundū suum spiritum interpretabantur, ideo non credebant Christo, de quo Moyses scripserat, auferam, inquiens, coniectorem, conuiliarium, sapientem architectum, prudentem auditorem. Coniectorem dixit, quales erant prophetæ illi, de quibus ait B. Petr. quod prophetantes de futura in nobis gratia exquisierunt, & scrutati sunt, in quod, & quale tēpus significaret in eis spiritus sanctus. Sicut nunc, cum spiritualis coniector comparat Euangelicos istos cum iis hæreticis, de quibus Petrus, & Paulus, & Iudas apostoli prophetarunt describentes eos, facile intelligit, de istis quoque prædixisse apostolos. Quod quidem Euangelici ipsi neque aduertunt, neque si aduertant, discernere possunt, quia ablati sunt eis coniectores, Vt ablati quoque est Iudæis, propheta, post Christum enim crucifixum signata est Iudæis, sicut prædixit Daniel, Visio, & prophetia. At in ecclesia catholica, prophetas habemus, de quibus dicit Apost. Si omnes prophetent, & intret aliquis infidelis, vel idiota, (sic enim vocat τὸν ἀπίστου, idest, ignarum, & expertem mysteriorum) conuincitur ab omnibus

bus, diiudicatur ab omnibus. Est enim prophetare, ostendere populo præcepta, & legem dei, & cerimonias, & viam, qua ingredi debeant, & opus, quod facere, sicut de Moyse scriptum est in Exodo, de cuius spiritu datum fuit lxx. illis prophetis, pro quibus multos dedit deus in ecclesia catholica, & dat hodie, pastores, inquam, & doctores, qui hæc per charisma prophetiæ, siue interpretationis Verbi dei, faciunt. Evangelici vero potius habent magistros *ἐκβέλλοντες προφητείας λαῶν*, idest, eos; qui eiciunt prophetias linguæ, vt Hieremias de pseudopropheta illis dixit. Prophetias enim linguæ vocauit interpretationes Verbi dei sanctas, & veras. Quem Hieremiæ locum imitatus est Paulus in epist. ad Corinth. vt hoc obiter admoneam. Quid, quæso, aptius, & verius in Evangelicos conuenire potest, quam quod Hieremias de illis dixit? hi enim tanquam pseudoprophetae interpretationes sanctorum patrum, qui in ecclesia dei sancta ad utilitatem, ædificationem, consolationem, & exhortationem prophetarunt, sic explodunt, & eiciunt, vt interdum audeant vocare eas impia sophistarum commenta, vt nuper superbissimus Brentius in quodam libro suo vocauit, suos interim sermones vocant Verbum dei, vt de illis quoque pseudoprophetae scripsit idem propheta Hieremias. Sic enim ait, Quia assumptio domini erit homini sermo eius, ita enim vocant prophetæ Verbum domini, *λήμματα*, quia a deo illud assumant. Vnde statim subiungit, Et peruertitis verba dei viuentis, quod æque in Euangelicos, atque in illos olim, competit. Neque illud minus, quod est in eadem loco, Adulterantes, & ambulantes in mendaciis, & apprehendentes manus malorum, ne conuertatur vnusquisque ad uia sua mala. Deinde habemus in ecclesia catholica admirabiles consiliarios, scilicet synodos, & concilia, monita, ac iussa omni pietate, reuerentia, studio, atque obedientia prosequimur. At Evangelicis ablati sunt huiusmodi consiliarius, vt Iudæis. aut enim synodos, & concilia non tenent, aut integram eis non tribuunt auctoritatem. Sapiens vero architectus est, vt beatus Cyrillus interpretatur, qui scit, ecclesiam dei spiritualiter ædificare *ὁδοῦς, ἢ ἀμωμῶτος μεταρροίας*, destruens fallacias falsi nominis scientiæ, ac muniens dogmatibus veris mentes credentium, qualis erat Paulus secundum gratiam, quæ data est ei, & qualem se ad utilitatem imitationis nostræ dicit esse, Tanquam sapiens (inquit) architect-

chitectus, & quæ sequuntur. Ablati ergo sunt huiusmodi architecti Euangelicis, quorum magistri noua sua, & absurda dogmata, tum super fundamentum Pythagoricum Luteri pseudoprophetae ædificant, idest, *ὡς ἔφα*, quod diabolus per suos ministros, & operarios posuit, vt in apologia confessionis Augustinæ Staphylus noster notauit, tum super fundamentum cupiditatis, & superbiam, & odii in nostram ecclesiam. Itaque ablati sunt Euangelicis architecti, vt sunt Iudæis, qui super fundamentum Talmudicarum traditionum ædificant in sanguinibus iuxta prophetam, idest, in mortem. Postremo sapiens auditor is est (inquit Cyrillus) qui habet discretionem spiritus, qui potest intelligere, quis loquatur in spiritu dei, & quis rursus in Beelzebub. Huiusmodi autem auditores infiniti sunt in ecclesia nostra catholica, qui habent, sicut dominus ait, aures audiendi, & qui vident, quid audiāt, vt idem dominus discipulos monebat, qui siquid audiunt a diuinis, & Apostolicis dogmatibus, & doctrinis ab initio vsque in hodiernum diem per omnes cuncti orbis ecclesias prædicatis alienum, admonent eum secundum Euangelium, qui si monitorem non audit, dicitur ecclesiæ, inquit ritur in eum, & iudicatur. At Evangelicis ablati sunt huiusmodi sapiens auditor, nihil enim audiunt præter nudam litteram verbi, quod sunt ipsi, sicut Hieremias loquens de pseudopropheta illis, vos estis (inquit) assumptio. At non audire spiritum latentem, sed nudam litteram, vt quidem audiunt in omnibus dogmatibus suis, quæcunque per scripturas probare sibi videntur recurrendo, vt Lutherus præcipit, ad solam grammaticam, & vocabulorum significationem, quid aliud est, quam detrahere spiritum verbo dei, & illud iugulare? est enim litteræ corpus crassa intelligentia, spiritus vero intelligentia spiritualis, vt tradit doctus Orig. lib. ii. *πρὸς ἀρχάν*. hoc autem velamen crassæ intelligentiæ tam diu ante oculos positum est, donec quis se ad spirituale sensum conuertat. Non tollimus (inquit magnus Athan.) litteram propter spiritum, sed conseruamus spiritum in littera. Admonet vero idem Athan. in lib. de communi operatione trinitatis non solum hoc in vetere scriptura verum esse, sed in noua, vt illud, qui dixerit verbum aduersus filium hominis, remitteretur ei, si secundum litteram (inquit) intelligamus, vi debetur pugnare secum dominus, qui alias dixit, qui me negauerit

rit coram hominibus, negabo ego eum. Similiter si omne peccatum, & blasphemia remittitur hominibus, & de omni verbo otioso redditori sunt ratione, quomodo qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit geennæ ignis? Quomodo Paulus ait, maledici regnum dei non possidebunt? Et si hoc verum est, quod omne peccatum remittitur, cur accusatur Origenes, qui dixit, finendas esse pœnas? in quo asserit, remittenda esse peccata. Et si blasphemia in spiritum sanctum nõ remittitur, cur accusatur No-uatus, qui pœnitentiam exclusit? & quod est difficilius, si qui dixerit verbum in filium, veniam impetrat, videtur minor esse filius, quàm spiritus, aut pater, at quomodo filius ait, Ego & pater vnum sumus? & qui non honorat filium, non honorat patrem? Et rursus, si qui dixerit verbum aduersus filiũ hominis, remittetur ei, quomodo ait, qui non manducat carnem filii hominis, & biberit eius sanguinem, non habet vitam æternam? & quomodo potest aliquis esse contumeliosus in filiũ, quin sit in trinitatem? Quare opus est, videre in his, quid sibi velit Verbũ dei secundum spiritum. hæcenus Athan. Ergo qui ignem Verbi dei cum alio communicat, vt faciunt, qui alios docent, cauere debet, ne communicando, & docendo minuatur, vt Euãgelici minuant.

Exo. 3.

Hæcenus de proprietatibus igneis Verbi dei, & earum symbolica theologia, de qua nos plurib. locis scriptura sancta admo-nuisse videtur. Huc enim pertinet, quòd olim quinquagesimo die post exitum ex Aegypto, cum lex decalogi data est Moyfi, Vox dei ex medio ignis, vt est in Deute. audita est τῆς φλογὸς εἰς δάλεκτον ἀρβρουμῆνης πῦρ σὺν ἡθῆ τοῖς ἀνθρωμῆνοῖς, vt ait Philon in libro de Decalogo, idest, flamma in vocem auribus vsitatam conformata. Rursus cum venit tempus gratiæ, velletque deus dare discipulis secundum prophetiam Dauid verbum virtute multa ad Euangelizandum, edito prius de cœlo repentino sonitu tanquam spiritus vehementis, apparuerunt dispersitæ linguæ tanquam ignis supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Prius auditus est sonus, vt Greg. Nyss. in comm. Cant. Canticorum notauit, quia fides Verbi dei ex auditu est, sicut Ap-  
post. ait, qualis non est fides Euangelicorum, non enim est ex eo verbo, quod per multos testes auditum est in ecclesia catholica, sed est ex apocrypho, quod in angulis, & ex verbo, quod de ter-  
ra

ra locutus est diabolus. Linguæ vero tanquam ignis, symbolum erant ignei Verbi dei, quod sua veritate, & lumine falsitatem, & tenebras mendacis doctrinæ coarguat, idem quoque significat, quod ait Apocalypsis, Exiturum esse ignem ex ore Enoch, & Helix, cum prophetabunt. Significabant præterea in Aenigmate istæ species quasi soni, & linguarum quòd, vt auris, vt ait beatus Iob, diiudicat sonum verborum, & guttur, ac lingua cibos, sic spiritus dei, qui in specie quasi linguæ igneæ descēdit, diiudicat omne verbum, idcirco per hunc spiritum præcepit beatus Ioannes euangelista probare, vtrum spiritus ex deo sint, idest, an verbum, siue scriptura ex deo sit. multi enim (inquit) prophetæ exierunt in mundum. Quod autem ait scriptura, se-  
disse linguas quasi ignis supra illos, qui Verbum dei acceperunt, significat, secundum idioma scripturæ sanctæ, vt Ammon. Alex. in comm. Actuum notauit, τὸ ἐσπαῖον, idest, stabilitatem Verbi dei permanentis in æternum, quæ nulla est in lingua Euangelico-  
rum, & eorum verbo. Quid enim eo inconstantius? quid mu-  
tabilius? quodnam eorum dogma fixum, & immotum sedit vn-  
quam? Notata est eorum inconstantia, & variatio instabilis ab-  
iis, qui eorum scripta diligentissime legerunt, & eorum discipli-  
nam professi sunt, & ad nos postea redierunt. Ita que quòd om-  
nium linguis loquebatur vnusquisque eorum, quibus eo tem-  
pore primum post diluuium dedit Dñs verbum virtute multa  
per spiritum suum, quem effudit in nos abunde, significabat, omnes, qui Verbum dei tenent, & profitentur, id ipsum sapere, & id ipsum dicere, nec esse schisma, sed vnitatem, in vnumq; sen-  
sum omnia omnium fidelium idiomata, & de Verbo dei sermo-  
nes, ac linguas conuenire. Hoc erat labium electum, de quo So-  
phonias prophetauit, cum enim dixisset, expecta me in die re-  
surrectionis meæ in testimonium, significans, vt ait Cyrill. tem-  
pus redemptionis per Christum, quando ipso resurgente resur-  
reximus iustificati per fidem, & a peccato liberati, subiungit de-  
inde, quia iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam re-  
gna, & effundam super eos indignationem meam, & omnem iram  
furoris mei, iudicium dicit, de quo dominus in Euangelio, Nũc  
(inquit) iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicie-  
tur foras. Deinde subiungit, in igne furoris mei deuorabitur  
omnis terra. Hic est ignis, de quo in Euangelio, ignem (inquit)  
g ii veni

veni mittere in terram, ignem scilicet zeli, quod est Euāgelium, in quo reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatem, & in iustitiam. Postea sequitur, quia tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomen dei, & seruiant ei sub iugo vno, pro quo lxx. verterunt, Quia tunc conuertam super populos linguam in generationes eorum, meminit secundum theorias sensus spiritualis de miraculo illo factō, cum omnes apostoli ad ædificationem fidei per vniuersos omnium gentium populos faciendam, omnium nationum linguis loquebatur, ut omnes quasi vna vterentur lingua in diuersis locis, diuersisque nationibus, vno consensu, & sub vno principe spirituali deum confiterentur, ut iam vel ex eo constet, Verbum dei, cuius est in omnibus ecclesiis catholicis labium vnum spirituale, id est, vna secundum spiritum homophonia, non pertinere ad Euāgelicos, quod eorum lingua, postquam duce nouo Nembroth principe, defectiois sectam ædificare, & os in cœlum ponere cœperunt, ita confusa est, ut sicut de illis priscis scriptum est, non audiat vnus quisque vocem proximi sui, quæ erit aliquando causa, ut speramus, ut a cœpto desistant destruentes, quæ ædificauerunt, ut iam plerique eorum faciunt. Illud præterea probat, non esse apud Euāgelicos Verbum dei castum, & igneum, vnius labii electi, & vnius linguæ spiritualis, quod contra propheticum testimonium esse nolunt sub iugo vno, id est, sub vno Euāgelio in virtute, sub quo antea fuerunt, quod vnam fidem continet, vnum baptisma, vnum sacrificium, vnam ecclesiam, & vnum pastorem vniuersalis ecclesiæ, ut sicut scriptum est, omnes simus vnum.

- » Item Hieremias propheta qui habet (inquit) somnium, narret somnium, & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere, hoc est, quod præcipit beatus Petrus, ne quis donis dei abutatur, vnusquisque (inquit) sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei, deinde subiungit, si quis loquitur, scilicet, sermones dei, loquatur quasi sermones dei, id est, loquatur eos in veritate, sicut ait Hierem. deinde subiungit, quid palea ad triticum? Sic verba mea, nunquid non verba mea, quasi ignis? hoc est tractare recte verbum veritatis, quod Paulus Apost. Timotheo præcepit, scilicet non miscere falsum, quod mutabile est, cum uero, quod est, ueluti paleam, quæ omni uento rapitur, cū tritico miscere

scere uelle, aut paleam cum igne, ut statim subiungit, nunquid non verba mea sunt, quasi ignis? Significat enim non posse mendacium Verbo dei admisceri, quin ipsius Verbi dei veritate, que omnia vincit, coarguatur, ac deleri possit, sicut palea non potest igni resistere. Sic est verbum Euāgelicorum instabile, & vnum instar paleæ, quod non magis cum Verbo dei esse potest, a quo miris modis reuincitur, & falsitatis coarguitur, quam palea cum igne, ut quidē probat non pauci ex iis ipsis, qui aliquando fuerunt, sicut Euāgelici, & postea per dei gratiam ab eis recesserunt quia ex nobis exierant, & ex nobis erant, & idcirco nobiscum permanserunt, quos sciebat deus ab initio nobiscum permansuros. Firmum enim dei fundamentum stat habens signaculum hoc, cognouit dominus, qui sunt sui. Euāgelici ergo, sicut ait Hierem. de pseudopropheta illis, habent quidem sermonem dei, sed non loquuntur eum in veritate, quod est, non habere eum re, & veritate, ac proinde non loquuntur sermones scripturæ sanctæ, quasi sermones dei, ut beatus Petrus præcepit, dum eos secundum somnia sua interpretantur, quod est habere prophetiam non secundum rationem fidei, sed secundum spiritum erroris, & ut Apost. de quibusdam dixit, detinere veritatem in iniustitia, & veritatem in mendacium commutare, sic isti veritatem dei in falsitate detinent, & illud in sua sensu falsa, & peruersa commutant. Præterea Salomon, multa (inquit) quæsiuit Ecclesiastes, ut inueniret sermones voluntatis, & sermones reuerentis veritatis eorum, quæ scripta sunt, in his duobus se ait Salomō diligenti studio laborasse, alterum est, ut sicut Apost. vnusquisque nostrum præcipit, probaret, quæ esset voluntas dei, bona scilicet, beneplacens, & perfecta. voluntatem enim suam deus sine scripto etiam aliquando manifestauit, per sermonem, per visum, per somnium, per naturalem mentis anticipationem scribens opera legis in cordibus, alterum est, ut scripturam dei, in qua dei voluntas plenius patefacta est, recte intelligeret, quod quidem nunquam dixisset, nisi scriptura sancta utpote difficilis studium, & quidem vehemens ad veritatem recte intelligendam requiret. At Euāgelici, scilicet acutiores, & solertiore ingenio quam Salomō, scripturas sanctas satis per se apertas esse tradunt, neque vllis interpretibus egere, sermones vero voluntatis non scriptos, ad quos pertinet traditiones verbi, nullo modo querendos esse iudicant,

cāt, ac proinde voluntatē dei plene scire nolunt. Similiter Apost. postquam dixit, vt probetis, quæ sit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta, pro quo Salomō dixit quæsiuisse sermones voluntatis, subiungit, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere vsq; ad sobrietatem, quod D. Dion. vt supra iterū dixi, ad rectam intelligentiam scripturæ sanctæ in proœmio diuini nominis retulit. Hanc enim audere secundum sensum suum interpretari, ingenii est intemperantis, & lumine Verbi dei abutentis non ad videndum, & recte ambulandum, sed ad hallucinandum, & cadendum. Huius itaque loci auctoritate refelluntur Evangelici, qui præter scripturam nihil quærendum esse putant, & eam quidem non multo studio, vt Salomon, quin potius nullo quærunt, cum omnibus eam patere volunt, & omnes a deo doctos esse, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. At Salomō multa se dicit quæsiisse, vt veritatē scripturæ recte intelligeret, ac ne hoc satis esse existimarem, prius dixit, multa quæsiisse, vt sermones voluntatis dei, scilicet non scriptos cognosceret. Etenim si sermones voluntatis dei scriptos significare voluisset, nunquam profecto statim subiungeret, multum quoque quæsiisse sermones scripturæ. Sciebat ergo Salomon multa deum sine scripto, in formare animis nostris, multa etiam per sermonem tradi, quæ scriptura ipsa, vt diuinus Dionysius scribit, *πρόλεκτικῶς*, & *ἐπισημωτικῶς* docet, ac demonstrat, quæ sunt cum scriptura connexa. Vtrunque vero genus scripti, & non scripti sermonis *λόγον θεῦ*, idest eloquium, siue Verbum dei est, & dicitur. non pœnitet, quæ necessaria sunt exemplo veterum sapientum sæpe repetere, & sæpe facere, sicut Aposto. ait, eadem scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Ad huiusmodi sermones voluntatis nō scriptos, quos Salomon ait, se diligenter quæsiisse, ptinet qđ B. Iacob. appellauit *ἐμφυτον λόγον*. i. insitum verbū, quod potest (inquit) saluare animas vestras, quod quidem in scriptura ipsa continetur partim *δητῶς*, partim *ἐπισημωτικῶς*. Sed persequamur locum Salom. sequitur enim, verba sapientum, vt stimuli bouum, & vt clauis ignei, sic enim legit, & interpretatur Greg. Nyss. in comm. Eccle. ad hoc scilicet datus est sermo dei, tum scriptus, tum non scriptus, vt eo tanquam aculeo quodam armati, & instructi vieissim inter nos ad laborem orationis, & sementis bonorum operum

rum in spem vitæ æternæ faciendæ incitaremur, scientes, quod quisque quæ seminauerit, sicut Apost. ait, hæc & metet. ergo Salomon nōs esse vult, tanquam boues aratores incitatos stimulis, qui more bouum sermones istos dei ruminemus. At Evangelici non boues aratores, sed boues Epicurei, aut Sardanapalici esse volunt, seminantes in carne, vt de carne metant corruptionem, qui sermones dei non rumināt, qui docent nō esse prædicandos terrores inferni, neq; minas geennæ, quod nihil aliud est, quàm stimulos, & ignes detrahere Verbo dei, & dicere, quod illi in Salom. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, vino pretioso nos impleamus, quasi frustra scriptum sit, timete. Itaque verbum Evangelicorum cum non sit aculeatum, neque fodiat stimulis, sequitur, vt Verbum dei sapientissimi esse non possit. Sermones enim (inquit) sapientum, vt stimuli bouum, sapientes vocauit hoc loco Salomon eos, qui spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti dei homines, qui eos libros qui canonici sunt, & dicuntur, scripserunt, vt tanquam clauis ignei essent, quia scilicet, vt Greg. Nyss. interpretatus est, Verbum dei instar clauis ignei penetrat, & omne genus inscitæ cōsumit; de quo Apost. ait, viuus est sermo dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus. Non est tale Verbum Evangelicorum, quod sine stimulo prædicationis geennæ, & sine terroribus ignis inextinguibilis instar clauis obtusi, & frigidi non facile penetrat, ac proinde non est Verbum dei castum, & igneum, sed potius corruptum, frigidum, & commutatum in mendacium, & non in veritate prædicatum. Sequitur deinceps in Ecclesiaste, Qui ex Synthematibus a pastore vno dati sunt, siue (vt est in Latina interpretatione vulgata) qui per magistrorum consilium dati sunt a pastore vno. Vtrunque conuenit in Verbum dei, quod prædicatum, & scriptum est per Apostolos, & Euangelistas, quos princeps pastorum Christus deus noster ecclesiæ dedit magistros. Quod vero lxx. interpretati sunt, ex Synthematibus, significat vim, & vtilitatē Verbi dei, qđ est instar symboli, siue thesseræ, quæ in bello ad discernendos hostes dari solet, quod Græci vocant Attice *συνθημα*, aut *χρῖνός συνθημα*. Cum enim vita hominum militia, & tentatio sit super terram, sitque nobis colluctatio, vt Apost. ait, non quidem aduersus carnem, & sanguinem, idest, non corporalis, ad quam

quam opus sit armis carnalibus, sed spiritualis aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus, (sic vocat suggestiones daemorum, qui inter nos oeconomicè relictī sunt ad tentandum etiam eos, quorum conuersatio in caelis est, quibus semper superbiae spiritus insidiatur) necessaria est thessera Verbi dei ad internoscendos hostes, ita ut qui Verbum dei, sicut illi apud Hierem. non loquuntur in veritate, ii quidem non Christi milites, sed hostes habendi sint, ut nunc Euangelici, qui ut fallant inimicos, idest, catholicos, furantur iuxta eundem Hierem. Verbum dei, commutantes illud in mendacium secundum sensus sui somnium. Sed vos reliquiae sanctae, sicut tunc Hierem. monuit, Nolite audire verba prophetarū, qui prophetant vobis, & decipiunt vos, qui visionē cordis sui loquuntur, qui volunt facere, ut obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorū, quae narrat vnusquisque ad proximum suum. verbum ergo Euangelicorum quia non est vtile instar thesserae bellicae ad dignoscendum, distinguendumq; in hac militia spirituali aduersarios fidei catholicae propter mendacia, & somnia, quae contra vera dogmata addunt, idcirco non est vere Verbum dei. An istorum verbum, quod virginitatem nullius meriti esse dicit, vtile erit ad denotandos hostes Iouinianos virginitatis contemptores? An verbum, quod coelibatū sacri ordinis tollit, vtile erit ad dignoscendos Nicolaitas, qui hoc primum professi sunt? Item verbum, quod tollit sacramentum ordinis, potest ne esse instar thesserae, ac symboli ad diiudicandos Pepusianos, qui mulieres faciunt sacerdotes? Rursus verbum, quod confessionem explo- dit, erit ne vtile ad deprehendendos Iacobitas, qui hoc peccāt? Ad haec, quomodo illud verbum, quod liberum arbitrium negat, ad notandum Manichæos valebit? Infinita alia huiusmodi commemorare possem, nisi haec satis essent. Præterea huiusmodi sermones dicit Salomon datos esse a pastore vno, ab vno scilicet spiritu dei, ex quo fit ut non possit esse in eis, est, & non. At sermones Euangelicorum non sunt a pastore vno, sed a multis, ut Luthero, Zuinglio, Carolo studio, Brentio, Caluino, & aliis similibus, ne omnes enumerem. Ut iam mirandum non sit, neque res ab auctoribus aliena, si in eorum uerbo, est, & non, reperiatur. Deinde, cum dixit Ecclesiastes, sermones dei datos esse a pastore

pastore, satis eo verbo admonuisse videtur, esse quidem Verbum dei spirituale pabulum animarum, & eum, qui huiusmodi pastū adhibere debeat, pastorem esse animarum, cui alias idem Salomon præcepit, cognoscere vultum pecoris sui, idest, animas, ut lxx. verterunt, ecclesiae sibi commissae. At quomodo cognoscere queat, si ecclesia, ut Euangelici tradunt, videri non potest? aut quemadmodum viridem herbam campestrem agnis, & scenum montanum ouibus adhibere poterit, quomodo, inquam, ut in ænigmate idem Salomon significauit, pabulum recens, & molle, ac suaue doctrinae ex planitie noui testamenti collectum infirmioribus, & pabulum asperius, & duriusculum ex scriptura difficiliore veteris testamenti decerptum grandioribus, ac robustioribus apponet depromens iuxta Verbum domini noua, & vetera, ut doctus scriba in regno caelorum, si neque agnos, neque oues sentire potest? frustra ille quidem pabulum Verbi dei parabit, si pecudes, quas pascere oportet, videri non possunt. Ex quo fit, ut verbum Euangelicorum, cuius pastu ecclesiae eorum vtuntur, non possit esse Verbum dei, idest, verum pabulum spirituale, quo tandiu carerere necesse est, quandiu ecclesiam veram forma visibili, & ea quidem non noua, & heri, aut nudius tertius inuenta, sed a Christo, & Apostolis expressa constantem agnoscere non possunt, Verbum enim dei non potest audiri, Vbi ecclesia vera, cui donatum est, non potest videri. Rursus, cum dixit Ecclesiastes, sermones dei datos esse a pastore, satis quoque eo verbo significauit, vtile esse Verbum dei ad arguendū peccata, & corrigendum eos, qui tanquam oues errarent in monte ecclesiae, in qua posuit deus pastores, & doctores, ut hoc curarent, ex quo fit, ut verbum Euangelicorum non sit Verbum dei, cum in ecclesia, cuius est proprium ipsum Verbum dei, idest, in ecclesia, quae est columna, & firmamentum veritatis, quam ponunt in aspectabilem, non possit vtile esse ad haec. Ea enim in ecclesia, cui Verbum dei tributum est, opus est arguere, & in luce Verbi dei tanquam in speculo ostendere, quae in ea turpiter fiunt, sicut Apost. ait, Nolite communicare operibus in fructuosis tenebrarū, magis autem redarguite, quae enim in occulto fiunt, turpe est, dicere, omnia autem, quae arguuntur, a lumine manifestantur. At in illa vera ecclesia, quam isti fingunt, nihil turpe fieri potest. Ad haec, eos item Verbo dei corrigere oportet, qui a via recta recef-

ferunt, vnde pro eo, quod Salomon dixit, legem esse lucem, & viam vitæ, & increpationem, Paulus dixit Salomonem imitatus, vtilem esse scripturam diuinam ad arguendum, siue increpandū & ad dirigendum in viam, siue ad corrigendum, at in vera ecclesia inuisibili, quam isti ponunt, non sunt peccatores, vt ipsi volunt, neque esse possunt, alioqui non esset ecclesia, vt iidem dicunt, sed placet, obiter notare hic, vnde ista de inuisibili ecclesia cœca opinatio nata sit, & quorsum ea spectet. Vtrumq; nobis Calvinus Gallus exposuit, sic enim scripsit in Præfatione Apologetica suarum Institutionū, non vehementer se premi dilemma te nostrorum, quod tale est, Aut fuisse ecclesiam aliquando inter mortuam, aut ipsis nunc cum ecclesia litem esse. Vt autem sibi, & suis videretur, non magnopere premi, hunc exitum somniavit, Nos contra (inquit) asserimus, ecclesiam nulla apparente forma constare posse, sed longe alia nota cōtineri, nempe pura Verbi dei prædicatione, & legitima sacramentorum administratione. Deinde subiungit, fremunt, (nos autem dicit) nisi ecclesia digito semper ostendatur, hæc Calvinus. Ego vero, quia non ecclesiæ, sed Verbi dei notas tractamus, non explicabo nunc illud dilemma nostrorū validissimum, ex Ecclesiasticæ antiquitatis ac successionis memoria, & notitia deductum neq; pluribus argumentationibus Calvinum, & eius sectatores modo premā, faciā hoc fortassis opere proprio, si dominus voluerit. Sed vt ex multis pauca, sint nūc pura Verbi dei prædicatione, & legitima sacramentorum administratio signa ecclesiæ, at prædicari legitime Verbum dei non potest, nisi prædicatores mittantur, sicut scriptum est, quō vero prædicabunt, nisi mittantur? erit igitur in ecclesia, qui mittat, & qui mittendi sint, & erunt, qui audient, & hi rursus partim intus, partim foris erunt, sicut Apost. distinguit, Quid. n. mihi (inquit) de iis, qui foris sunt, iudicare? nam de iis, qui intus sunt, vos iudicatis. Deinde, ad prædicationem quoq; Verbi dei, quæ est ecclesiæ nota, quam ponit Calvinus, pertinet quod idem Apost. ait, Prophetæ autem duo, aut tres dicāt, & ceteri diiudicent, potestis. n. omnes per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortentur, & spiritus prophetarum, prophetis subiecti, seu potius subordinati sunt, vt verbum e verbo & si minus Latine exprimam. Denique conclusit Apostolus, ordinem, & decorum, ac pacem ecclesiæ extrinse-

cus

cus constituens, Omnia autem honeste, & ordinate fiant in vobis. An hæc sine forma vlla apparente ecclesiæ cōstare possunt, in quibus est distinctio, forma, ordo, gradus, decorum prædicationis, audientium, iudicantium? iam legitima sacramentorū administratio multo minus sine forma apparente ecclesiæ cōstare potest, vt vel ex administratione cœnæ Dominicæ perspici potest, de cuius forma, ordine, decoro apparente postquam scripsit Apost. subiungit, cetera cum venero, disponam. Præterea idem Apost. formam ecclesiæ apparentem, idest, sensui subiectam describens, vos autē (inquit) estis corpus Christi, & membra ex parte. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum Apost. secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Denique sicut (inquit) in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nō eundem actum habent, sic multi vnum corpus sumus in Christo, habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine. Profecto qui negare non potest, nisi plane cœcus sit, quin hæc in ecclesia cernantur, & tamen affirmet, ecclesiam nulla apparente forma posse constare, idest, omnino videri non posse, perinde est, vt si dicat iste, actus quidem membrorum differentes videri, sed membra, quorum sunt actus, videri non posse, aut esse quidem actus, sed non membrorum, quo quid delirius dici potest, aut quid rationi, & sensui repugnantius? Rursus Apost. postquam Timotheum docuit, quales esse deberent, qui ordinandi essent episcopi presbyteri, diaconi, & diaconissæ, quæ ad formam ecclesiæ oculis subiectam planè pertinent, subiungit, hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te venire cito, si autem tardauero, vt scias, quomodo, idest, qua forma, quibus regulis, quo ordinet, quo gradu, quo decoro, quo studio, qua sollicitudine oporteat, te in domo dei conuersari. Iam quis hic sensu cōmuni non prorsus carens, neget, dici hæc de ecclesia, quæ forma apparente constet? Sed qualis esset eiusmodi domus dei forma apparente, & visibili cōstans, ne hic cauillentur hæretici, statim explicauit, subiungens, Quæ est ecclesia dei viuī, columna,

h ii &amp;

& firmamentū veritatis, non igitur quia in domo dei, quæ domus, sicut ait Apost. sumus nos, multi sint mendaces, & iniqui, idcirco, vt Calvinus vult, ecclesia non columna, & firmamentū veritatis, sed firmamentum mendacii erit. En, in quod barathrū amens Calvinus præcipitavit, vt se explicaret ex dilēmate, quo se irretitum sentiebat, consilium vero istorum, & mentem non ignoramus, scilicet ecclesiam oculis subiectam negant, vt ecclesiasticam hierarchiam tollant, vt rursus ea sublata, hiercha, quæ incredibili odio prosequuntur, simul sublata sit, atque ita peccat obedientiam, dominetur licentia. quod consilium neque ipse auctor dissimulare potuit. sic enim scripsit. c. 8. de fide art. xxx. ignorans quid scriberet. Nam si ecclesia (inquit) secundum eum modum consideratur, cuius reuereri iudicium, cuius auctoritati deferre, cuius monitionibus parere, cuius castigationibus commoueri, cuius communionem religiose in omnibus colere oporteat, ecclesiam illis (nos autem dicit) concedere non possumus, quin subiectionis, & obedientiæ necessitas nos maneat, addere debuit, nequid dissimularet, sed hoc nos omni studio, & via declinamus. O furiosam, & impiam temeritatem, O cæcamentem. Sed de ecclesiæ visibilis sanctitate, & quod peccatores ad ecclesiam pertineant, quia (vt alios taceam) nuper quidam catholicus auctor de ecclesia, inuitis obrectariis, benemeritis multa grauius, erudite, & vehementer scripsit, adiungam ipse pauca quædam eodem pertinētia, tum ab illo, tum ab aliis prætermissa, & a nobis in scripturis sanctis, magnisq; auctoribus obseruata, ex quibus possint quidem Evangelici, si voluerint, facilius errorem suum agnoscere. ergo magnus Methodius martyr in Symposio decem virginum interpretans anagogicè illam Euæ ex latere Adæ fabricationem, totumq; illum locum Pauli ad Eph. de ecclesia explanans, vt eam exhiberet sibi gloriosam sponsam, non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata (interpretabor ad verbum) latus (inquit) Verbi dei dici potest septiformis spiritus veritatis, ex quo concipiens deus post ecclasiā Christi, id est, post incarnationem, & mortem eius, eidem facit adiutorium, despōdens eianimas, sæpe enim (inquit) vocat scriptura ecclesiam credentium perfectiorum, qui secundum profectum in vnam personam, & in vnum corpus ecclesiæ euadunt. qui enim præ-

stan-

stantiores sunt, & liquidius veritatem hauserunt, hi propter perfectam purgationem, & fidem, exutis absurdis operibus carnis, ecclesia fiunt, & adiutrix Christi virgo, tanquam aptati, secū dū Apostolum, ac despōsati, vt puram doctrinam, & fecundum semen excipientes cooperentur deinceps, adiuuantes prædicationem ad reliquorum salutem. imperfecti autem, & qui discere incipiunt, parturiantur, & formantur tanquam a matribus, donec diti inducem, regenerentur in magnitudinem, & pulchritudinem virtutis. Vt ritem rursus secundum profectum ecclesiæ ad iterum pariendum, & nutriendum filios ministrent, postquam voluntati Verbi dei in receptaculo animæ suæ, quasi in vtero maturitatem attulerint. Sic Pau. cum nondum perfectus, est in Christo, regeneratur, & lacte alitur Euangelizante, & renouante eum Anania per baptismum, postquam autem factus est vir grandis, ædificatus est, & in perfectionem spiritualem reformatus, factusque est adiutor verbi, & semina vitæ excepit, qui per Euangelium (inquit) ego vos genui, hæcenus. Method. Maculam itaque, & rugam (sive vt melius fortassis interpretemur, fordes, non *ρυτίδα*, sed *ρύτιδα* legentes) interpretatus est Methodius *ἀνομήματα σαρκός*, nos interpretemur absurda opera carnis, quæ instar sordium, & rugarum ita scedant animæ faciem, vt turpē & deformem, deique dissimilem efficiant, vt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, hæreses, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. hæc enim Apost. duobus verbis significauit non quidem leuibus, vt aliquis fortassis existimare posset, sed grauioribus, vt vel ipsa interpretatio nominum, quæ etymologia dicitur, satis declarare videtur. *πίλος* enim dicitur *πύλον τὸ πῶν ὕλιν*, id est, a trahendo cæno, quo verbo vltus est beatus Petrus in describēdis scedissimis, & spurcissimis hæreticis, sive ii Simoniani essent, vt quibusdam videtur, sive Carpocratiani, vt Clemens in.iii. lib. Stromatum sensit. Quos enim beatus Petrus propter singularem turpitudinem appellauit *πίλος*, id est, maculas, eosdem, & ob eandem causam Iudas Apost. *πίλος* appellauit. Quem locum interpretans Clemens Alexandrinus, hos (inquit) aiunt, (loquitur autem de Carpocratianis) & alios similes conuenire ad cænas, ac viros simul, & sceminas post saturitatem remoto lumine misceri, quomodo

libeat,



libeat, & cum quibus. Et paulo post, de his (inquit) opinor scriptum esse prophetice in epistola Iudæ, recitat autem totum locum usque ad illud, os eorum loquitur superba. Quis hic dicat superbos, incestos, & sacrilegos hæreticos appellatos esse *αίλους* quasi leui vocabulo, ac non potius graui, & pari cum eorum nequitia *εμπής* quoque; quod nihil differt a *εὐπής*, sicut *αίλος*, a *αίλος*, similiter non paruã, sed copiosam. spurciciem significat dictum *πύξ τὸ ἀρβέν*; quod est haurire. intellexit vim horum verborum sanctus Pacianus episcopus Barchinonensis grauiusimus, & peruetustus auctor. Scribens enim aduersus Nouatianos, ecclesia est (inquit) non habens maculam, neque rugam, hoc est, hæreses non habens, non Valentinos, non Cataphrygas, non Nouatianos. Sunt in his quidam sinus maculosi, atque rugosi pretiosarum vestium ornatibus inuidentes. Ceterum peccator, & pœnitens nõ est ecclesiæ macula, quia quandiu peccat (inquit) & non pœnitet, extra ecclesiam constitutus est. non dicit extra communem ecclesiam, sed extra specialem iustorum, aut de peccatore non audiente ecclesiam sermo est. Subiungit deinde, ubi definit peccare, iam sanus factus est, hæreticus vero vestem domini, ecclesiam Christi scindit, intercipit, vitiat, irrugat. cum enim schismata (inquit) & contentiones sint inter vos, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? sed & sermo eorum quasi cancer serpit, hæc est macula vnitatis, hæc ruga. Denique ubi super his Apostolus loquitur, de amore Christi, & de dilectione, proposuit, sicut Christus (inquit) dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut hæreticos submoueret, quia diligere non nouerunt. Ceterum misero pœnitenti, quia amare optat, & amari, ecclesia est integra Euangeliorum iura custodiens. Hactenus sanctus Pacianus. Et Clemens Rom. libro primo de Doctrinis Apostoli, qui (inquit) peccatores absoluit, is in ecclesiam restituit sanos sine macula, maculam appellauit mortiferam ægri tudinem peccati grauioris. Est ergo ecclesia specialis iustorum, qui ambulant non secundum carnem, sed secundum spiritum, hæc est ecclesia, quæ non habet maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, id est, libera est ab omni peccato mortali, quodcunque illud sit, hæc est corpus Christi *τὴν εὐδραία*, tunc enim efficitur corpus Christi actu, ut sanctus Maximus in Hecatōtade. ii. theologica interpretatur, cum ad similitudinem carnis Christi, quæ

ab

ab omni peccato munda fuit, corruptionem peccati excutimus, hæc, inquam, est Christi sponsa sancta, & immaculata. Est præterea ecclesia, ut ait propheta, male agentium, qui ambulant secundum carnem, habentium eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam, quæ ecclesia corpus Christi est non *τὴν εὐδραία*, sed *τὴν δρωαίμει*. Huiusmodi erat ecclesia Galatarum rugosa, & sordidata, quoniam ad mortiferam legis obseruationem redire volebant, filioli (inquit) quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. formatur enim Christus in nobis, cum sublatis maculis, & rugis, ei conformamur, & similes efficitur. Est etiam ex vtraque harum consociata ecclesia societate vitæ, non sanctitatis, ecclesia, inquam, communis spiritualium, & carnalium. Itaque ut Paulus præcipit viro fidei, ne uxorem infidelẽ dimittat, si consentit habitare cum eo, sanctificatã enim esse mulierem infidelem per virum fidelem, vnde enim scis (inquit) vir, si mulierem infidelem saluam facies? sic ecclesia carnaliũ, quandiu non abiicit obedientiam, manet consociata cum illa spirituali, ut conuictu, & societate eius sanctificetur, id est, ut peccatores iustorum conuersatione lucrifiant. quod si admoniti de maculis, & sordibus abstergendis obedire noluerint, eiiciuntur foras, sicut Esaias de noua ecclesia prophetans, Excoquam (inquit) ad purum scoriã tuã, & auferam omne stãnum tuum: quæ lxx. interpretes non translate, sed proprie interpretati, postquam dixerunt, & igne examinabo te ad purum, quod de baptizatis ex aqua, & spiritu sancto, & igne accipiendum est, ut magnus Basil. & Cyril. acceperunt, subiungunt statim, inobedientes autẽ perdam, & auferam omnes exleges, & omnes superbos. hoc est, quod Apostolus quoque de maculis, & sordibus, quæ in ecclesia communi sunt, præcipit, si quis (inquiens) frater nominatus est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maleficus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi neque cibum sumere, deinde subiungit, quid enim mihi est, de iis, qui foris sunt, iudicare? nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis? auferte malum ex vobis ipsis. Foris quidem sunt, qui extra ecclesiam sunt, intus vero, qui in ecclesia, qui si tales existant, quales ab Apostolo dicti sunt, eiiciuntur ex ecclesia, & habentur alieni, ut ethnici secundum Euangelium, id est, si semel, & iterum moniti, & ecclesiæ denunciati, audire tandem, & parere noluerint. Sic quoque beatus Basil. huc

Esaiæ

Esaiæ locum de auferendis inobediētibus interpretatus est, hoc enim (inquit) sit ab ecclesia, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Sunt ergo peccatores partim quidem foris, id est, extra ecclesiam, vt infideles, & qui se a nobis sponte segregarunt, id est, hæretici, partim vero intus, atque hi quidem rursus partim eiiciuntur foras, vt contaminati, & rugosi, qui ecclesia non obediunt, neque cum ea pacificari volunt deponendo per pœnitentiam sordes, & maculas peccatorum, atque in obediētiæ, qui quandiu non eiiciuntur, sunt quidem in ecclesia, sed nō in pace ecclesiæ, partim vero retinentur, & conseruantur in ea, hi sunt peccatores illi, qui volunt sordes, & maculas peccatorū per pœnitentiam abluere, quibus ablutis fiant secundum profectum ecclesia Christi. Sed quod sit ecclesia communis ex iustis pariter cum peccatoribus constans, quodque hi illos non inquit, neque ledant, nemo maiore auctoritate, neque sapientius, neque elegantius dicere potest, quàm Clemens Rom. is enim libro.ii. de Apostolicis doctrinis, vt è Græco couertam, recipere ergo (inquit) pœnitentes, caue, ne tibi obstant, qui crudeliter, & inhumane aiunt, non oportere, horum conuictu, & consuetudine contaminari, neque colloqui cum eis. huiusmodi enim cōfiliæ sunt hominum deum, & dei prouidentiam ignorantium, & iudicium a ratione abhorrentium, & ferarum, atq; immanium beluarum, non. n. intelligunt, cauendū esse, non quidem, ne sit nobis cum peccatoribus sermonis cōmunitas, sed operū potius, in iustitia enim iusti super ipsum erit, & iniquitas iniqui super ipsum erit. Et rursus, terra si peccauerit mihi, vt iniuriā faciat, extendam manum meam super ipsam, & conteram ab ea firmamentū panis, & mittam in eam famem, & perdam ex ea hominem, & iumentum, etsi fuerint tres viri in medio eius Noë, Iob, & Daniel hi in iustitia sua saluas. facient animas suas, dicit Dominus. Apertissime (inquit) hoc loco significat scriptura, quod iustus conuictore vtens nequam, non peccat in eo. in hac. n. vita ipsi iusti, & peccatores consociati, conuictique sunt communitate vitæ, & sanctitatis. Itaq; iusti, quos deus amat, in hoc quidem nō peccat, patrem enim qui in cœlis est, imitantur, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Quare nullum ex hac communitate periculum iusto imminet, in stadio enim victi pariter cum victoribus sunt, in corona verbo tantum, qui strenue certant.

runt. nemo enim coronatur, nisi qui legitime certauerit. Vnusquisque ergo (inquit) peccata sua confiteatur, ita fiet, vt nō perdat deus iustum cum iniusto, si quidem apud deum qui non delinquit, non dat pœnas. Neque enim Noe in vndis periit, neq; Loth in Pentapolitana illa conflagratione, neque Rhaab in illa deuastatione Hierichuntina, & siquæ ætate nostra contigerunt, scire vultis, nobiscum erat Iudas, & sortem ministerii accepit, quam & nos accepimus. Item Simon Magus sigillum accepit in domino (sic vocat baptismum) vterque tamen factus nequā, ille quidem laqueo se suspendit, hic vero cum volare contra naturam tentasset, lapsus è sublimi corpus fregit. Præterea Noe, & liberi eius in arca simul fuerunt, solus tamen Cham inuentus est nequā, idemq; solus ex filiis Noe pœnas soluit. Ergo patres pro filiis non puniuntur, neq; vxores pro viris, neq; p dominis serui, neque pro propinquis propinqui, neq; pro amicis amici, neque iusti pro iniustis. Sed potius vnusquisque rationes actionum suarum repositur. Neque enim Noe pœnas cuncti orbis luit, neque Loth Sodomitarum, neque Rhaab Hierichuntinorum, neque Aegyptiorum Israel, neque habitare vna iustos cum iniustis iustos condemnat, sed idem cum illis sentire. Non igitur curandum est, quid homines dicant ad cedem prompti, inhumani, criminatores, & per speciem excusationis interfectores. Quod autem verum sit, alium pro alio nō puniri, quin potius vnumquemque catenis peccatorum suorum astringi, testatur alius propheta, cum ait, Ecce homo, & opus corā facie eius. Oportet autem opem ferre ægrotantibus, & periclitantibus, ac labantibus, & quantum possumus, eos homines hortando sanctificare, & liberare a morte, non enim opus habent medico, qui bene habent, sed qui male. hætenus Clemens. Docuit ergo, esse in ecclesia iustos pariter cum peccatoribus, & ad quid, scilicet ad vtilitatem ædificationis fraternæ, neque periculum esse, ne vel polluantur iusti conuictu iniquorum, neue iusti pro iniustis puniantur. Quid igitur si neutrum horum metuendum est, in mentem venit Evangelicis, negare ecclesiam aspectabilem, & subsensum oculorum cadentem, ex iustis ac peccatoribus constantem? nisi quia nolunt esse in ditione, & potestate Pontificum ecclesiæ, quasi non pertineant ad ecclesiam, quorū vitam, & mores non probent ipsi, non distinguentes ecclesiam, neq; quid af-

firmant, intelligentes, qui catholici esse non possunt, quandiu non credunt, ut magnus Athanasius in expositione symboli ait, *εις μίαν μόνω παντή κα. θολικώ εκκλησίαν*. Sed persequamur locum Ecclesiastici, sequitur enim superfluum ex his quod perinde est, quasi diceret, hi sermones, quos dedit deus, utiles sunt, his contenti esse debemus. sicut enim idem Gregor. interpretatur. Contra fecerunt Evangelici, qui non contenti tum scripturis sanctis, tum iis, quæ Apostoli per sermonem tradiderunt, quæ cum scripturis sanctis cōnexa sunt, tum sanctorum patrum interpretationibus, sua somnia addiderunt, quibus ex dei Verbo verbum hominis mendacis fecerunt. Sequitur, filii caue facere libros multos, quoniam non est finis, perinde est hoc, quasi diceret, cum habeamus librum a deo in tabulis cordis carnalibus naturaliter scriptum, tum etiam scripturam diuinitus inspiratam, ad quam pertinent, quæcunque ex ea demonstrantur, & in ea radices habent, ut sacramenta, cum habeamus, inquam, huiusmodi libros, qui non sunt multi, sed vnus, quatenus vnus est eorum finis, qui est veritas, cauendum est, ne præter hæc aliud scribamus, quod iam non vnum, & simplex, sed ut ait Greg. Nyss. *ἁλωξέδης*, idest, dispersum, & multiplex sit, ut cuius non sit finis veritas, in quo genere scribendi nihil utilitatis est præter multam carnis afflictionem. Sic sunt libri Evangelicorum infiniti, quorum finis non est veritas. Libri vero catholicorum theologici non sunt infiniti, neque multi, imo vnus sunt, quatenus vna est veritas Verbi dei, in qua nituntur, & ad quam spectant. ex quo rursus fit, ut verbum Evangelicorum non sit Verbum dei, quia est ut sæpe dixi, finis Verbi dei veritas, quæ vna est in vnaquaque re, ut rursus multæ veritates vnum sunt. i. vnus diuinæ, ac simplicissimæ veritatis participatio. hinc est, quod apud catholicos pauciores de theologia scribunt, & hi ipsi velut vnus scriptor sunt, quia easdem veritates tradunt, & id ipsum dicunt omnes. ordo vero alius, & alia dictio, & character, collocatio, explanatio, tractandi ratio, hæc sunt, & alia huiusmodi, quæ faciunt, ut de re vna non vnus, sed multi auctores, & scriptores, & libri esse videantur. Apud Evangelicos vero non ita, imo omnes scribunt, omnes loquuntur, & infinita, nullum scribendi finem faciunt. quia ex propriis, ut eorum magister Diabolus pater mendacii docuit, scribunt, in quibus tanta est infinitas, & tanta discrepantia, quan-

tam

tam necesse est esse in tractatione mendacii, quod multiplex est, imo infinitum, ut malum. Sequitur, Finem loquendi omnes pariter audiamus, deum time, & mandata eius fac, hoc est omnis homo. Hic (inquit) est finis omnis sermonis dei, & cetera omnia vana præterquam deum timere, ut mala omnia declinemus, & mandata eius seruare, ut sic bona opera faciamus. Hoc (inquit) est omnis homo, idest, vtrunque horum distinguit hominem a terrenis animantibus, deum scilicet timere, & mandata eius seruare. Sic sermo dei ad iustitiam erudit, cum proponit minas sempiternæ mortis, quam quidem vitabit, qui minis istis crediderit, & mandata fecerit, non vitabit, qui non credendo, mandata neglexerit. disciplina enim quæ dolore afficit ex metu, etiam in uitum admonet, esse eum sub dominatu, & potestate, sic Grego. Nyss. hunc locum interpretatur. Docuit itaque deus coniungere cum Verbo dei terrores, & denunciations suppliciorum, cum iussit Ezechieli prophetæ, ut describeret in latere ex terra coacta ciuitatem sanctam Hierusalem, & descriptione obsidionis, aggeris, castrorum, arietum oppugnationem ciuitatis representaret, ut populum symbolice tum de officio suo admoneret, tum de studio, proposito, & munere Ezechielis prophetæ, prophetare. n. eum, ut tanquam magister discipulos informaret, & ex terrenis, ac velut lateritiis sanctos, & spirituales efficeret, ac dignos pacis dei, in quibus ambularet, & habitaret deus pacis. de bellatis hostibus, & vitiis superatis, ædificatisque virtutibus. Iussit deinde ponere sartaginem ferream instar muri inter ciuitatem, & prophetam. quod quidem significabat in enigmate, ut ait sanctus Nilus Anachoreta in libro de Philosophia. Christ. adhibendos esse simul cum Verbo dei, terrores, & tormentorum minas, quarum symbolum esset sartago illa ferrea, ut minæ illæ tanquam propugnacula, & firmi muri a peccatis defenderent. Itaque docebat Verbum dei, neque pugnari, neque ædificari posse, neque vllum vsum esse armorum spiritualium non interposita sartagine ferrea, idest, remotis terroribus, & minis. Qualis ergo erit prophetia, & prædicatio Evangelicorum languida sine minis? qualis eorum ædificatio sine muris? Quomodo Verbum eorum dei verbum erit, si contra dei Verbum sartagine, & ignes non solum dissimulat, sed improbat, ut sicut mos est hæreticis, per dulces sermones, & benedictiones decipiat, imo non opus esse vllis ope-

i ii ribus,

ribus ad salutem, & iustitiam, satis esse solam fidem habere, hanc enim solam operibus conciliare gratiam. Sed redeo ad Ecclesiastam. Sequitur deinceps, quia cuncta, quae fiunt, adducet deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. perinde sunt haec, inquit Theophanes Nicææ episcopus, quasi diceret Ecclesiastes, si non te flectit, & mouet ad viuendum secundum deum imaginis diuinæ dignitas, impellat te ad studium virtutis metus saltem iudicii diuini, & ratio remunerationis recte factorum, quoniam cuncta quae fiunt, adducet dominus in iudicium in omni neglecto, siue bonum, siue malum, idest, vnusquisque secundum propria facta iudicabitur, siue contempta virtute, vitio se dedit, siue rursus vitio, & voluptate contempta, virtuti.

Prædicatio ergo Euangelicorum, qui dicunt non oportere prædicare terrores geennæ, neque futuri iudicii minas, non est vera, & utilis prædicatio Verbi dei, sed potius mendosa, & incommoda. Nā in psalmo vi. Voces sunt (inquit Greg. Nyss.) eorum, qui metu potius, quam amore deum sequuntur, & salui fiunt. Qui enim metu inferni, & iudicii percussus dixit, Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, & illud, in inferno autem quis confitebitur tibi, idem paulo post subiungit, Audiuit dominus vocem fletus mei, qui iuxta prophetiam Esaiæ ex timore concepit, & parturiuit, ac peperit spiritum salutis. & rursus in psal. xxxiii. Venite (inquit) filii, audite me, timorem domini docebo vos. Sed videamus (inquit sanctus Dorotheus in lib. de Timore dei) quo ordine docet propheta timorem, scilicet docet, primum declinare quaedam peccata sigillatim, prohibe ait, linguam tuam amabo, & labia tua ne loquantur dolū, qui enim, vt ait beatus Iacobus, in verbo non offendit, hic perfectus est vir, & potest fræno totum corpus circumducere, idest, omnes passiones, & operationes ratione moderari, idcirco de omnibus statim propheta *ποδὸν ἰκλῶσ* subiungit, declina a malo, quod fit (inquit Dorotheus) timore seruili suppliciorum, qui est isagogicus, & eorum, qui incipiunt *θεοσεβῆν*, idest, deum colere. Hic timor (vt ait sanctus Diadochus. c. xvi. de perfectione spirituali) purgat animam a peccatis, & est cum mediocri charitate coniunctus, & non potest concipi, nisi prius ceteris vitæ huius sollicitudinibus eiectis, cum enim (inquit) anima quietem, & sollicitudinum vacuitatem nata est, tunc subit timor dei, qui

causa

eam

eam purgat *ὡς αἰθρῆς πῦρ*. Gignitur autem hic timor, vt patres dixerunt, ex memoria mortis, & suppliciorum, tum ex studio assiduo fugiendi audaciam loquendi, & faciendi, & ex vsu, ac cōsuetudine eorum, qui timent deum, rursus vero ex iis, quae horum contraria sunt nascitur non timere deum. Hoc timore qui prius toto corde nō timuerit deum, vt idem Diadochus ait, non potest deum diligere. qui sine timore est (inquit Ecclesiasticus) non poterit iustificari. Idcirco scriptura sancta nūc ait, Timete deum omnes sancti eius, nūc vero, diligite deū omnes sancti eius, vt intelligamus (inquit Diadochus) timorem istum cum mediocri charitate eius, qui purgatur, cōiunctum esse. huiusmodi timor, & charitas illa perfecta, quae hunc timorem expellit, iustorum sunt, vt idem auctor tradit. Hunc ergo timorem tam utilem, & necessarium, quo necesse est ex toto corde, cetero omni timore humano, & carnali eiecto, eum timere, qui potest, & animam, & corpus perdere in geennam, cum Euangelici explodant, an non liquet prædicationem verbi, quam exercent, & profitentur, mendosam esse, & mancā? pro isto ergo timore dei, qui purgandi vim habet, & iustorum est, ac mediocriter diligentium deum, quem habere nolunt, nec prædicare, alium timorem miserabilem, & infelicem, qui nihil eis, pderit, velint, nolint, conscientias suis relinquunt, is autem timor est, quo deū sine vlla charitate tanquam iudicem futurū metuunt, ii, qui in peccatis sunt, quos conscientia exagitat. Hunc timorem timere volunt, qui magis peccata sua, & impietatem suam, quam deū diligunt, qui à timore dei purgante abhorrent, ac multo etiam magis ab illo perfectissimo, qui perfectæ charitatis comes est, qui est, vt ait sanctus Maximus, quædam *αἰδοσιμότης*, idest, reuerentia erga diuinam excellentiam, de quo scriptum est, timor domini castus permanet in sæculum sæculi. Hinc ergo omne malum Euangelicorum, quod iudicium dei nō metuunt cum mediocri charitate, neque ignem geennæ cogitare volunt, quorū magistri more illorū apud Hierem. pseudoprophetarum, nihil aliud prædicant, nisi pax erit vobis, & omnibus ambulantes in volūtibus suis, dixerunt, non veniet super vos malum. Sic Euangelici iustitiam, & salutem iis promittunt, qui secundum volūtates suas ambulant, modo credant tantum, cum scriptum sit apud Esaiam, nō est pax impiis, & dominus aperte dicat, mittet filius homi-

homi-

hominis angelos suos, & colligent de regno eius scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. Hæc Dominus in Euangelio suo, hæc omnes ex deo audimus, vt nemo istorum dicere possit, quod pseudopropheta illi pacis prædicatores, & terrorum, ac minarum inimici apud eundem Hier. aiebant, Quis considerauit verbum illius? & quis audiuit? ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Nos ergo Verbum dei considerauimus, & audiuius, & quomodo sit argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatum septuplum, explanauimus, idest, quomodo sit totum cœlestē, spirituale, & angelicum, vt rursus verbum Euangelicorum totum terrenum, animale, diabolicum. De eodem verbo dixit quoque Esai. argentum tuum versum est in scoriam, quod significat, reprobum esse, vt est apud. lxx. & nō esse repurgatum a terra septuplum, sed potius cum mendaciis mixtum, quod statim in alio ænigmate significauit subiungens, caupones tui miscent vinum aqua. Quem locum de falso argento, interpretans beatus Basil. in comm. prophetæ huius, argentum (inquit) vocat doctrinam fidei, quod ex multis aliis locis licet cognoscere, atque ex eo præcipue, quod Dauid ait, eloquia domini casta, argentum igne examinatum, probatum, deinde subiūgit, Scrutamini ergo conclaue cordis, vtrum in eo sit aliqua falsa drachma, idest, dogma adulterinum, non signatum ab spiritu sancto signis veritatis, quæ nobis per Apostolos, & prophetas donauit, hæc Basil. sed quod Euangelici facere nolunt, vt sicut idē B. Basil. monet, scrutentur, vtrum sit in corde eorum, idest, in verbo, quod credunt, & profitentur, aliquod dogma falsum, hoc nos libenter ad eorum vtilitatem facimus, signa veri argenti, & veræ drachmæ inquirentes, & exprimentes, ne quis erret, & qui errarit, vt ab errore reuocetur. Item Cyril. in commen. eiusdem prophetæ eūdem locum explanans, solet (inquit) scriptura τῆς κατηχίσεως λόγους, quos magistri discipulis suis tradunt, argentum vocare, quod instar argenti sonori veritatem mysterii Christi, & dogmatum eius vndique resonet. & dominus in Euangelio regnum cœlorum assimilatū esse dicit homini patri familias, qui peregre profectus, vocauit seruos, & vni dedit quinque talenta, & alii duo, alii vnum. & Dauid eloquia (inquit) domini casta, argentum igne

exa-

examinatum. adulterinum ergo argentum erit doctrina scribarum, & Phariseorum, qui erant (inquit) similes cauponibus, vinum enim (inquit) aqua miscebant, idest, legem interpretabatur admiscentes de suo frigidus, ac dilutos sensus, quos dominus in Euangelio reprehendit, cum ait, deus dixit, honora patrem tuum, & matrem tuam, vos autem dicitis, si dixerit homo patri, vel matri, corbam, quod est, donum quodcunque ex me tibi profuerit, & non dimittitis vltra quicquam facere patri, vel matri, rescindentes Verbum dei propter traditionem vestram, quam tradidistis, & multa huiusmodi facitis. Hactenus Cyril. idem committunt nunc Euangelici hypocritæ. dominus enim dixit de ecclesia catholica, & eius pastore, tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauēs regni cœlorum, & quæ sequuntur, & illud, Pasce oues meas. & Luterus tradit in lib. de falso statu cleri, & de captiui. Babyl. quod ecclesia nullam habet potestatem vel vnus syllabæ constituendæ sup christianum hominem, & quod frustra iactatur potestas papæ, & propter hanc traditionem neque Pontifici, nec ecclesiæ, siue conciliis permittunt amplius obedire. Rursus de potestate sæculari dixit dominus per Apostolum suum, omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & qui resistunt potestati, sibi dānationem acquirunt, & tradit Luterus in lib. de potestate sæculari, nullam esse inter Christianos superioritatem, & propter hanc traditionem nō permittunt Lutherani, obedire potestatibus sæcularibus. Item dominus dixit, in Christo Iesu neque circumcisionem, neque præputium aliquid valere, sed fidem, quæ per dilectionem in actione posita est, & tradit Luterus, nullo opere bono opus esse ad iustitiam, & salutem, & propter hanc Luteri traditionem non agunt amplius penitentiam peccatorum, neque confiteri curant. Ad hunc modum Euangelici Verbum dei adulterant, & cauponantur sicut Apost. ait, quod est miscere tanquam caupones aquam cum vino. Quem locum interpretans idem Basil. vinum (inquit) quod cor hominis lætificat, idest, mentem principem partem hominis, est doctrina scripturarum, quas spiritus sanctus per sanctos Apostolos, & prophetas nobis adhibuit ad lætitiā æternam perfruendam. Huiusmodi (inquit) vinum miscent aqua, qui cauponantur Verbum dei miscentes sensum suum cum damno, & iactura auditorum. dum enim se ad eorum volup-

superbiam accommodant, ad gratiam loquentes assentatorie, aliter eorum morbos, acerbiterque illam, & seueritatem, & acrimoniam, vimque stringendi scripturarum relaxando & diluendo, humanitates quasdam, & imperitas remissiones, temerariasque venias peccatorum audientibus perniciosas concedunt, sicque eorum mentes, qui voluptatibus capiuntur, frangunt, & emolliunt. Hæc Basilii, quæ in Euangelicis istos magistros mirifice conueniunt. hi enim vsque adeo suis temerarie, & pestifere blandiuntur, & indulgent, vt nihil eis præter fidem necessarium esse dicant. Sequitur apud Esai. principes tui non obediunt, participes furum. Principes vocat, qui aut potestate, aut ministerio verbi populum Israel gubernabant, & moderabatur. Vt igitur illi non obediabant, quia fidem Christi (vt ait Cyril.) admittere nolabant, cum tamen tota lex mysterium Christi resonaret, sicut dominus aiebat, ego non accusabo vos apud patrem meum, est qui accusat vos Moyses, in quem vos non sperastis, vt inquam, non obediabant, tum quia legem corrupte interpretabantur, tum quia fidem a lege, & prophetis prædicatam recipere nolabant, sic Euangelici illorum imitatores non obediunt, quia fidem dogmaticarum veritatum, quas ecclesiæ catholicæ per cunctum orbem semper professæ sunt, & vsque in hodiernum diem profitentur, non admittunt, corrupte interpretantes dei Verbum. quibus similiter dominum dicere credendum est, non accusabo vos apud patrem meum, est, quod accusat vos Verbum dei, in quo vos non sperastis, & vt in alio loco dicit idem dominus, sermo, quem locutus sum, iudicabit vos. non enim in sermone Christi sperarunt, sed in suo, quem somniarunt, & tradiderunt. Deinde participes furum vocat, quia non ingrediebantur per ostium, qui erat Christus, vt ministerium magisterii sibi vendicarent, sicut dominus dixit eis, qui non intrat per ostium, fur est, & latro. deinde confenserunt consilio Iudæ furis & proditoris. Sic nunc Euangelici socii sunt furum, & Iudæ proditoris, ac furis imitatores, qui depositum legitimi sensus Verbi dei non custodierunt fideliter, sed potius, vt ex Verbo dei quæstum facerent, & gloriam nominis sibi compararent, mendacia sua miscuerunt, quibus pruritus aurium excitarent. Deinde, an non satis demonstrat, esse eos socios furum, qui docuerunt principes, vt compilarent ecclesias, & ecclesiastica bona, quibus

mini-

ministri dei, viduæ, pupilli, pauperes, & hospites alendi erant, occuparent? vt iam illud quoque in istos conueniat, quod illis veteribus populi magistris, ac iudicibus in eodem loco propheta exprobrat. pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Væ (inquit) potentibus Israel, illis minatur, scribis inquam, & pharisæis, qui poterant, & debebant docere veritatem, & non docebant, qui poterant iuuare pauperes, & viduas, ac pupillos, & non iuuabant, quibus quia multum creditum erat, & eo plus ab eis exigendum, neque tamen quod creditum erat, custodiebant, idcirco potentes vocat, & væ eis dicit. Similiter dicit Euangelicis magistris, neque enim propter illos tantum magistros Israel scriptum est, sed etiam propter eorum similes, vt sunt Euangelici doctores, qui Verbo dei ministrant in falsitate, nequitia, superbia, & auaritia, quos dominus promittit ablaturum se synagogæ Euangelicorum, vt promittit synagogæ Iudæorum ablaturum se magistros illos Israel inobedientes, fallaces, superbos, & auaros. qui cum Verbo dei falsitatem miscebant, tanquam cum argento scoriâ, aut cum vino acinos, sic enim Aquila interpretatus est. & Verbum dei propter traditiones suas scelerate, & superbe relinqui volebant, vt argentum propter stannum, idcirco excoquam (inquit) ad purum scoriâ tuam, & auferam omne stannum tuum, quod clarius verterunt lxx. & igne (inquiunt) examinabo te ad purum, & inobedientes perdam, & auferam omnes iniquos a te, & superbos, subiungit deinde, & restituum iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Fecit hoc dominus, cum sublatis scribis, & pharisæis, apostoli successerunt ex Iudæis oriundi, vt qui erant filii secundum carnem, iidem fierent patres spirituales, sicut scriptum est, pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Hi fuerunt iudices, & consiliarii, quibus potestatem dedit ligandi, & soluendi, & potestatem consilium dandi, vbi præceptum domini non habebat, fuerunt, dico, iudices sicut prius, tunc scilicet, cum secundum deum iudicabant. Simile quid promittit nunc dominus, deletis tanquam scribis, & pharisæis hæreticis magistris populi Euangelicorum, successuros esse ex eis oriundos, qui sint futuri patres spirituales, & iudices, ac consiliarii, & veri apostolorum imitatores, quos ex collegio Germanico, quod Romæ institutum est, aliqui exituros esse speramus, & confidimus, qui sicut prius, Germaniam

k

niam

niam doceant, vt sicut antiquitus, iudicent secundum deum, & consulant, non sicut ii, qui nunc secundum sensum carnis suæ iudicant, & secundum sua desideria consulunt. Tunc (inquit) vocaberis ciuitas iustitiæ, vrbs fidelis Sion. tunc, inquam, vocabitur Germania fidelis, & iustitiæ cultrix, quæ nunc de falsa iustitia gloriatur. Libenter hunc Esaiæ locum persecutus sum, vt reliquias catholicorum Germaniæ bona spe confirmarem, quæ promisit dominus non tantum illo tempore, cum principes illi, & scribæ, & pharisæi Christi fidem oppugnabant, sed promisit, quocumque tempore hærefes essent. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per consolationem scripturarum spem habeamus. Idem promittit hoc tpe dicens, quod tunc dixit, inducam manum tuam in te, & igne examinabo te ad purum, & inobedientes perdam, & auferam omnes iniquos a te, & omnes superbos, & instituem iudices tuos sicut prius, & ab initio, & post hæc vocaberis ciuitas iustitiæ. Superest, vt interim resistatis, & cauti sitis, ac prouidi, ne ab istis Euangelicis decipiamini, quod a deo semper precandum est, vt confidenter cum propheta ei, qui potens est conseruare sine peccato, dicere possitis, quod in psal. xi. quem a principio explanandum susceperamus, tu domine custodies nos, & seruabis nos a generatione hac in æternum. Hæretici enim diligentissime laborant, vt alios opinionibus suis imbuant, in quo studio nostros, idest, catholicos longe superant, qui veritate nixi, & nimium causæ confidentes paulo negligentiores sunt. Sequitur, in circuitu impii ambulat. Hæreticos significat, quos Apostolus Iudas impios peccatores appellauit, quos cum nubibus sine aqua comparat, quæ a ventis circumferuntur. Vt iam in circuitu ambulare impios; nihil aliud sit, quam hæreticos variis doctrinis, & peregrinis modo huc, modo illuc abductos, & delatos ad decipiendum circumferri. Contrarium est, quod Paul. dixit *ὁπὸς ἡμῶν*, idest, recta ambulare ad veritatem Euangelii, & *ὁπὸς ἡμῶν*, idest, recta via tractare verbum veritatis, & non sicut Euangelici, a quibus egressa est pollutio super vniuersam terram, sicut ait Hier. de pseudoprophetis, qui assumunt (inquit) linguas suas, & aiunt, dicit dominus. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait dominus. Qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in erroribus suis, quibus minatur deus dicens, & aliam

ps. 11.

>>

dam

dam

dam

dam vos, & visitabo super virum illum, & domum eius. Idem minatur nunc hæreticis omnibus, sicut beatus Petrus interpretatus est, inquiens, Fuerunt vero, & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sceleris perditionis, & eum, qui emit eos, dominum denegant, superinducentes sibi celerem perditionem, & multi sequuntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. quod quidem ad decipiendum pertinet, & paulo post, nouit (inquit) dominus pios de tentatione eripere, in quos autem in die iudicii reseruare cruciandos. Similiter Dauid postquam dixit impios in circuitu ambulare, quod quidem & errare significat, & id agere, vt alios decipiant, vt Paul. de similibus dixit, errantes, & in errorem mittentes, subiungit, Secundum multitudinem tuam filios hominum feruasti. admonet igitur nullas persecutiones metuendas esse ab impiis propter veritatem, & pietatem, quia potens sit deus liberare ab iis omnibus, sicut idem Apost. de futuris hæreticis prædixit, quem ad modum Ianes, & mambres restiterunt Moyse, ita hi resistunt veritati homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit, scilicet cum nihil proficientibus magis illis Pharaonis, per tot signa, & prodigia, Hebræos ex seruitute illa durissima eripuit deus. Deinde subiungit de se Apost. tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, Lystris, quales persecutiones sustinui, & ex omnibus his eripuit me dominus, & omnes, qui pie viuere volunt in Christo persecutiones patientur, & ex eis, eripiet deus secundum suam præpotentem virtutem, nouit enim dominus, sicut Petrus ait, pios de tentatione eripere. Et Iudas Apost. postquam hæreticos descripsit, subiunxit ad extremum epist. ei autem, qui potens est vos seruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi, soli deo gloria. & in epist. ad Timot. postquam dixit de quibusdam impiis hæreticis, & subuerterunt quorundam fidem, ad denotandum eos, quos deus seruat, subiungit, sed fundamentum dei stat habes signaculum hoc, nouit dominus qui sunt sui.


l ii

quod

quod ergo dixit Dauid, secundum altitudinem tuam, significauit virtutem dei præpotentem ad seruandum, quos vult seruari, quod autem dixit, *ἡ λαλῆσις*, id est, multum seruasti, significat seruare pios a persecutionibus, & a peccato, vt dixit Iudas Apostolo. & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, quod est, ita seruare, vt beatos faciat. hæc est *ἡ λαλῆσις*, id est, multa cura custodiendi, & conseruandi. confortamini ergo, & estote robusti aduersus Euangelicos, qui ambulant in circuitu, vt in peius proficientes errando, & decipiendo, sua, & eorum, quos seducunt, peccata luât. estote, inquam, robusti, deus enim excelsus, & præpotens, secundum altitudinem suam seruat in generatione hac in æternum, quia scilicet illos seruat in iudicium cruciandos, vos, vero, qui permanistis nobiscum, seruat in vitam æternam, & in lætitiâ immortalẽ in aduentu domini nostri Iesu Christi, per quem gloria deo patri, & magnificentia, & imperium, & potestas cum spiritu sancto ante omne sæculum, & nunc, & in omnia sæcula sæculorum, amen.

Nunc vero vt Dogmatici Characteres Verbi dei a me hæcenus in locum B. Iacobi Apostoli & fratris domini, ceu in imaginem sacram, & absolutissimã in tuente, mediocri diligentia adubrari, ac delineari cœpti, comparatione contrariorum paulatim expressiores, illustrioresq; fiant, conferamus cum eis epistolam Hieremias, quam ille ad Iudæos captiuos misit Babylonem. In qua ita belle, & scite idola, deosque falsos representauit, ne ad eorum cultum per errorem, & fraudem Iudæi abducerentur, vt nihil magis falsorum dogmatum, quæ hæretici instar idolorum colunt, proprietates, & notas exprimere videatur. Neque enim illa de idolis tantum, & propter solos Iudæos scripta sunt, sed de idolis quoque, & phantasmatibus hæresum, & propter nos, ne nobis incautis, falsæ species illudant, vt non paucis hoc præsertim tempore illi serunt. Ergo vt Iudæos, qui inter Babylonios habitabant, monuit Hieremias, vt cum viderent deos aureos, argenteos, lapideos, & ligneos in humeris ferri ostentantes metum gentibus, cauere, ne eis, qui a vero cultu dei alienati essent, similes efficerentur, ne ve deos illos metuerent, eodem modo nunc catholicos, qui inter Germanos Euangelicos, nouos Babylonios habitant, prophetice monitos existimare debemus, vt cum audierint noua non vnus generis dogmata sustineri, hoc est enim ferri in hume-

humeris deos aureos, argenteos, lapideos, & ligneos, quæ dogmata religionem quandam falsam, & metum miserabilem iniiciunt profanis, caueant, ne illa sectentur, & si quid interim patiantur propter fidem, beati, timorem (inquit) eorum nolite timere, ne timueritis, & ne conturbemini, dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Deinde subiungit propheta, *Videte* sita itaque turba de retro, & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris, te oportet adorari domine, angelus autem meus vobiscum est, ipse autem exquiram animas vestras. Tamen si videatis vos, o Catholici, septos, & circumdatos ante, & retro turba hæreticorum, ne vos eorum multitudo terreat, neque secum trahat, plures enim vobiscum sunt, quàm cum illis, sicuti Elissæus ministro suo multitudinem hostium metuenti respondit. dicite in cordibus vestris, Te oportet adorari domine, & non idola hæreticorum. i. falsa eorum dogmata, ipse enim ait, angelus meus vobiscum est, Christus est magni consilii angelus, qui dixit vobis, & nobis, ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi. Ipse pater exquiret animas vestras secundum Euangelium Christi, quod ecclesia catholica accepit, & tenuit semper, & non secundum Euangelium quod Babylonii Euangelistæ prædicant, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi, unde se Euangelicos nouo nomine, & a seipsis inuento, & imposito impie, superbe, & nefarie appellat. Cauete ergo fratres, ne visa turba ante, & retro vos terreat, & moueat, quasi probabilem faciat errorem multitudo sequentiũ. interpretabor vobis hic, quæ magnus Athanasius scripsit olim *πρὸς τοὺς πλῆθει μόνῳ κρινόντας τὴν ἀλήθειαν*, sic enim libellum in scripsit, id est, aduersus eos, qui veritatem sola multitudine sic sentiendi diiudicant. Pugnaturo (inquit) aduersus mendacium imploramus deum veritatis, qui nobis eam demonstret, ipse enim nos ex falsa, & mendaci vanitate eripuit, qui nunc quidem clara voce de se ait, Ego sum veritas, nunc vero hortatur ad fiduciam, in quiens, Confidite, ego vici mundum. Quomodo ergo non sunt miserabiles, qui hoc existimant verum, quod sola multitudo sentit, qui non intelligunt, quemadmodum Christus duodecim discipulis simplicibus, illiteratis, egentibus, infirmis, & qui facile capi possent, cum vniuerso orbe dimicaturis animum addidit, sicque duodecim istos præparauit, & instruxit, vt non illi quidem multa millia, sed potius millia multa duodecim discipulos seque-





querentur: qui vero rationem quaestioni propositae non audeat reddere, neque ei suppetunt demonstrationes, & ob eam causam ad multitudinem confugit, iam se iste victum fatetur, tanquam omni spe praesidii careat. Quid enim, o haeretice, multitudinem nobis obicis, quasi alteram turris aedificationem ad exemplum illius insanam multitudinis gigantum deo mineris? Ostende mihi potius veritatem, & continuo cedam, auctoritas multitudinis absque demonstratione terrere quidem potest, persuadere vero minime. Quae enim quaevis multitudo testium innumerabilium persuadere mihi possit, ut diem credam esse noctem? aut aereum nummum pro aureo habeam? aut venenum pro cibo commodo, & salubri? ergo in terrenis, & caducis rebus nihil nos movebit multitudo mentientium, quin verum teneamus, & in divinis dogmatibus solum nutum, & voluntatem multorum sine ratione, & demonstratione sequemur, ab aliis discedentes, quae iam olim magno consensu, ac cum scripturae sanctae testimonio tradita sunt? An non dixit dominus, Multi sunt vocati; pauci vero electi? & rursus, arcta, & angusta est via, quae ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam? Quis igitur sanae mentis, non optet paucorum esse potius, qui arcta via ingrediuntur in salutem, quam multorum qui per latam viam in interitum praecipitant? Quis, si in tempus illud incidisset, cum beatus Stephanus pro fide Christi certavit, non maluisset illius partes sequi, qui solus lapidabatur, & quem solum ridebant omnes, quam illius multitudinis, quae auctoritatem scelerate usurpando, fide se, & auctoritate dignam putabat? Praestat sane vnus vir probus, atque modestus infinitis superbis; qui suo iudicio contenti, alios audire nolint, ut in vetere testamento cum aliquot millia ex populo plaga a deo inflata ceciderunt, solus Phinees stetit in medio, & placuit, & cessavit quassatio. Quod si dicat aliquis, quomodo resistam iis, quae tanto consensu tam multi faciunt? quo refellam contrariam sententiam eorum, qui sic vivendum esse iudicant? hic certe neque strenuus fuerit, neque restinxerit ortum malum, neque reliquis salutem attulerit, neque dei gratiam, & benevolentiam reconciliarit. Praeclara ergo res est, praecelara, inquam, si vnus iuste audeat multorum iniquam concordiam dissolvere. Tu vero qui multitudinem sequi vis, antepone, si ita videtur, Noe saluo, & incolumi, multitudinem eorum, qui in vndis demersi perierunt,

runt, & permitte mihi, ut ad arcam, in qua pauci ferebantur, confugiam, aut rursus adiunge te, si ita placet, ad multitudinem Sodomitarum; & sine me cum Loth proficisci, tamen si a turba discedat solus salutis causa. Est quidem, fateor, multitudo reuerentia, & honore digna, at non quae quaestionem fugit, & inquiri vetat, sed quae demonstrationem adhiberi sustinet, non quae se irate viciscitur, sed quae se paterne corrigi patitur, non quae gaudet nouitate, sed quae paternam haereditatem fideliter custodit. Qualis enim multitudo dicenda est, quae assentatione, & muneribus conducitur? quae inscitia, & ignorantia fallitur? quae metu, & terrore sternitur? quae breuem peccati voluptatem vitae sempiternae anteponeat? Denique ut finiam, qui mendacium, & errorem auctoritate multitudinis confirmat, ostendit ille qui dem grauius esse id malum, quo enim plures in eo sunt, eo est maior calamitas. haecenus Athan. Redeamus ad episto. Hieremiae.

- » Lingua eorum (inquit) polita est a fabro, ipsa etiam inaurata, & argentea.
- » gentata falsa sunt, & non possunt loqui. Talia sunt dogmata gentilium, & haeticorum, sermonem polito, & compta oratione a suis auctoribus tractata, falsa tamen, & quae eloqui non liceat. Coronas aureas habent super capita sua dii eorum, unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & erogant illud in semetipsis, dant autem & ex ipso prostitutis, & meretricibus donant. & iterum cum receperint illud a meretricibus, ornant deos suos. Talia esse solent dogmata Gentilium, & haeticorum, quae tanquam diu coluntur a suis mystis. aurea enim quadam eloquentia composita, & tractata sunt, quam inde postea cultores eorum ad alia scripta turpia, & impudica transtulerunt, & rursus ab his ad illa dogmata. Quam multa enim orationis, & eloquentiae ornamenta a Platonicorum dogmatum doctrina ad poetas meretricios, quorum lingua fauus distillans, & rursus a poetis ad Platonem commearunt. Quam multa item haetici, & hoc tempore Lutherani ex eloquio aureo, & puro sanctarum scripturarum capitibus suorum dogmatum, cum quibus fornicantur, instar coronae attingunt, & innectunt, quae inde rursus foedissime contaminata, & peruersissime corrupta tanquam ex prostibulo meretricio doctrinae corruptae ad verbum falsi nominis, quod colunt, referunt, dicentes, sicut pater eorum diabolus, scriptum est, Verbum dei est: hi autem (inquit) non liberantur ab erugine, & tineas oper-

tis enim illis veste purpurea extergent faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos. Sit licet doctrina istorum instar idoli ornata, & compta tū in eloquentia, tū scripturæ sanctæ gemmis, nunquam desinet tamen terrena esse, animalis, & corruptibilis. Sceptrum autem (inquit) habet, vt homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit, habet etiam in manu gladium, & securim, se autem de bello, & a latronibus non liberat. Sic est doctrina hæreticorum, quæ sic traditur, & tanta fiducia docetur, quasi secundum eam iudicandi sint homines, cum minime sint, & si enim minetur mortem, & pœnas æternas contradicentibus, non tamen interficit, imo quod grauius est, non liberabit, a supplicio sempiterno suos auctores, & sectatores. Vnde vobis (inquit) notum sit, quia non sunt dii, non ergo timueritis eos. Sic hæreticorum doctrina non est sequenda, quia qui eam utpote falsam, & mendacem profitentur, non effugient pœnas. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt dii eorum, constituti illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere a pedibus introeuntium. Oculi idolorum magistri falso rû dogmatû sunt, quos maxime excæcat, ne videant veritatem, tanquam puluis quidam, ipsa multitudo discipulorum propter ambitionem, & inanis gloriæ cupiditatem. Et sicut alicui, qui regem offendit, circumseptæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris, & series, ne a latronibus spoliarentur. Sacerdotes idolorum sunt, qui sacrilega dogmata, quæ & maiestatem dei violant, & odore mortifero homines afficiunt, populis ministrant, & tuentur. quod perinde est, vt si quis reos læsæ maiestatis clausa ianua protegat, aut cadauer in sepulchro clausum defendat. Hoc autem faciunt, ne ista dogmata ab iis expugnentur, & diripiantur, quorum arma non sunt carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. hi sunt sancti, & spirituales latrones, quos hæretici fugiunt, & metuunt, ne ab ipsis spoliarentur idola eorum. Lucernas accendunt illis, & qui dem multas, ex quibus nullam videre possunt. sunt autem sicut trabes in domo. Velut lucernæ quædam sunt auctoritates scripturarum, quas citant multas, quæ quia non magis cum idolis falso-

falsorum dogmatum conueniunt, quàm luci cum tenebris conuenit, idcirco dicit nullam earum ab idolis videri. & vt illa sunt tanquam in domo trabes ab omni sensu alienæ, quæ solum sustentent, quod superædificatum est, sic hæretici vitam ædificat super sua falsa, & a ratione aliena dogmata, velut super trabes quasdam expertes sensus. vt enim habent dogmata impia, impudica, sacrilega, superba, inhumana, & pacis, ac misericordiæ inimica, sic ipsi impie, impudice, sacrilege, superbe, contentiose, & inhumane viuunt. Corda vero eorum (aiunt) elingere serpentes, qui de terra sunt, dum comedunt eos, & vestimenta eorum, & non sentiunt. Serpentes de terra sunt magistri sectarum callidi, & astuti ad fallendum, qui non doctrinam, quæ de sursum est, sed quæ de deorsum est, tradunt, qui enim de terra est, de terra loquitur. Hi aliarum hæresum magistros item callidos, & eorum vitam, & illi hos inuicem mordent, & comedunt, ex quo quidem satis intelligere possent, si vellēt, vel ex eo sua dogmata videri falsa, quæ non solum a catholicis, sed ab aliis quoque hæreticis improben- tur, sed neque hoc sentiunt. Quàm variæ partes Donati extiterunt se inuicem mordentes, & comedentes. Quàm variæ Husterarum. An non lingunt cor Ioannis Hus Vualdenses, Taboritæ, Picardi, Grabenheimeri, & a calice Eucharistiæ dicti Calicenses, & si qui alii sunt ab illo oriundi, & in illum postea tanquam in parentem conuersi? Et cor Luteri an non lacerarunt ex illius terrena, & diabolica disciplina pfecti, velut serpentes de terra, Thomas Munzerus, Bernardus Rotman auctor Anabaptismi, Carlostadius, Zuinglius? vt taceam post mortem eius Flaccos, Osiandros, Sarcerios, Brentios, Caluinos. Sed ne hoc (inquit Hieremias) sentiunt. Repetam hic, quod ait Fridericus Staphylus, qui Euangelicorum disciplinam ad vnguem nouit. res (inquit) plena prodigii est, atque miraculi. nam et si vniuerso orbem innotuit, istos prophetas tam fœda discordia, ac furiosa contentione se mutuo dilaniare, tamen si roges illos in confessorum catholicorum, cur sint in doctrina confessionis suæ ita discordes, negant illi confestim, imo contra aiunt, se vnanimes Augustinam confessionem amplecti, in fundamento conuenire, nihil esse inter se dissensionis. Itaque merito homo eruditus, & zelo fidei incensus clamat hic, o incredibilem impudentiam, meridianus sol tenebras istas coarguit. Præcipui articuli confessionis illius sunt

1 de

de persona Christi, de peccato, de libero arbitrio, de iustificatione, de iustitia dei, de fide, spe, & charitate, de pœnitentia, de bonis, malisque operibus, de sacramentis, atque horum numero, de baptismo, atque cœna domini, de ecclesia, de huius iurisdictione, & ceremoniis, multisque aliis. de his autem dissidere, si non est dissidere in fundamento Christianæ fidei, fateri se (ait Staphyl.) non intelligere, quid sit Euangelicæ doctrinæ fundamentum. At vero (inquit) quid in his articulis Augustinæ confessionis est quod ipsi confessionistæ non in mutua lite ponant, non controvertant, non rapiant iam in hunc, iam in illum sensum? modo alium esse asserentes, modo nigrum. & quid aliud, inquam, est hoc, quàm non videre, imo non sentire, ut Hieremias de eis dixit? nisi græ sunt facies eorum a fumo, qui in domo fit. Iuxta Proverb. Salomonis malitia, quæ mentem excæcat, instar fumi est, qui oculis nocet, ut ergo fumus, qui in domo fit, facies idolorum nigras efficit, sic malitia hæreticorum facit, ut iidem dogmata sua obscurent, inuoluant, implicent, ut neque ab ipsis extricari possint, qui neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, intelligunt. Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues etiam, similiter & catis, unde sciatis, quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. Similiter hæretici, qui super corpus impiæ doctrinæ suæ, & super falsa dogmata, quæ sunt velut capita eius, feruntur, similes sunt noctuis, quæ ut nocte canunt, & volant, sic illi, quia oderunt lucem, & magis tenebras dilexerunt, nocte docere, & volitare solent, præsertim ubi non satis virum collegerunt ad docendum aperte, ut nuper in Hispania deprehensi sunt nocturni conventus, & scholæ Luteranorum, summo studio pietatis, & celeri provisione brevi detectæ, & simul extinctæ, & Hispania tota per dei gratiam repurgata. Similes item hirundinibus, quibus solis tradunt auctores flexuosos volatus esse, & maximæ celeritatis, ut ea sit causa, cur rapinæ aliarum auium non sint obnoxie. Sic hæretici huc, atque illuc tergiversantur, ne capi possint. Et ut hirundines hieme appetente a nobis recedunt, sic isti, qui non erant ex nobis, id est, quia non erant radicati, & confirmati in fide, ad tempus crediderunt, & in tempore tentationis, hoc est, ut alius Evangelista interpretatur, facta tribulatione, & persecutione propter verbum, recedunt. Præterea similes sunt catis, qui dissimulanter, & sensim aubus,

&

& muribus insidiantur, & eos captant, sic hæretici callidissima dissimulatione vtuntur ad decipiendum. Ut iam ex ingenio, & natura, ac more hæreticorum satis intelligi possit, non esse, quam profitentur, veram disciplinam, ac proinde non esse metuendam. Etenim si vera est, cur non loquuntur palam, & in occulto nihil ut magister, & redemptor noster fecit, & docuit? cur tergiversantur fluctuantes, & omni vento doctrinæ huc, atque illuc iactati in nequitia hominum? cur dissimulanter, & ex insidiis adoriuntur, quos captant? Sapiencia enim, quæ de sursum est, sine simulatione est, hæc vero omnia, quæ dicta sunt, sapientiæ terrenæ, animalis, & diabolicæ propria sunt. Aurum etiam, quod habent idola ad speciem, nisi aliquis exterferit erugine, non fulgebunt, neque enim dum conflantur, sentiebant. Sic eloquentia Gentilium, & hæreticorum ad ornanda idola falsorum dogmatum adhibita, nisi destructa erugine falsitatis dogmatum nihil sani sensus continentium, non est splendida eloquentia, sed sordida, & putida, atque obscura. Item auctoritates scripturæ sanctæ, alioqui aureæ, quas hæretici ad sua falsa dogmata construenda adhibere solent, splendorem veritatis amiserunt, cum primùm ex iis ipsis auctoritatibus nihil tale sentientibus falsa dogmata conflata sunt, a quibus nisi separentur, purum dei Verbum neque sunt, neque dici possunt. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis, sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Ut sunt idola varii pretii, alia maioris, alia minoris, omnia tamen in eo paria, atque similia, quod omnia carent spiritu, neque ingredi possunt, sic dogmata hæreticorum, quæ sunt velut premium, & merces deceptæ mentis, alia de maiore, alia de minore re sunt, in nullo tamen eorum est spiritus veritatis, Quo tanquã pede firmissimo niti possint, idcirco pede consistere non possunt. & dum ab aliis sustententur, absurditas eorum, & falsitas proditur. Quobrem confundantur (inquit) qui colunt ea. Quod si quis (inquit Apost.) non obediat verbo, ne commisceamini cum illo, ut confundatur. & alias auferte (inquit) malum a vobis ipsis, scilicet, ut qui id fecit, confundatur, & discat non blasphemare. Sic ecclesia catholica eicit hæreticos, ut confundantur, si forte det eis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Propterea si ceciderint

l ii rint

- » rint terram, a semetipsis non confurgunt, neque si quis, cum sta-  
 » tuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis, humeri  
 illis apponentur. hoc est veritatis proprium, ut tametsi interdum  
 victa esse videatur, quod est cadere in terram, rursus tamen spon-  
 te sua surgat, usque adeo magna vis eius est, & si quis eam defen-  
 dat, non virtute defensionis, sed sua nitatur, contra vero euenit  
 in falsis hæreticorum dogmatibus. neque enim cum semel rue-  
 rint, rursus stare poterunt, neque si quis ea tueri videatur, ideo  
 stabunt per se, non enim suis viribus nituntur, sed aliena defen-  
 sione, iacent enim extincta, ut mortui, si quis ea non suscipiat de-  
 fendenda. Dicant enim Euangelici, quot ante sæculis sua ista  
 dogmata siluerunt, & iacuerunt, & fortasse perpetuo iacuis-  
 sent, nisi filius Belial, & princeps Coritarum Ioannes Hus excitasset,  
 & multo post Luterus humeros ad sustinendum apposuisset.
- » Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur, &  
 » mulieres earum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti  
 » aliquid impartiunt. De sacrificiis eorum scætæ, & menstruate  
 » contingunt. Ut sacerdotes idolorum hostiis, & oblationibus  
 abutuntur, non enim de eis viuunt, & quod superest, egentibus  
 tribuunt, sed potius vendunt, quod pertinet ad auaritiam, quæ  
 est (ut Apost. ait) idolorum seruitus, quia (ut magnus Basil. inter-  
 pretat) amorem, qui erat deo offerendus, ad diuitias conuertit  
 auarus, quarum simulachrum in templo cordis posuit, sic my-  
 stæ, ac magistri hæreticorum dogmatum, qui sunt velut sacerdo-  
 tes, quorum est populùm docere, omnes quæstum ex impietate  
 faciunt, quæ enim superant ex oblatiis, non communicant cum  
 egentibus, neque ipsi, neque vxores eorum, sed potius vendunt,  
 hæc enim duo sunt, quæ in primis omnes magistros hæretico-  
 rum excæcant, auaritia, & cupiditas inanis gloriæ. Deinde ut sa-  
 crificia idolorum scætæ, & menstruate contingunt, ut ait Hiere-  
 mias, sic impuras mulierculas, & omni impudicitia contamina-  
 tas magistri hæreticorum, ut apud Euangelicos fieri videmus,  
 oblationibus istis, quas accipiunt, alūt, imo & ex vestibus sacris  
 » ecclesiarū, ut audio, vestes illis faciunt. Scientes itaque ex iis, quia  
 » nō sunt dii, ne timeatis eos. Existimate vos similibus verbis ab  
 spiritu sancto moneri, cum ex his, aliisque huiusmodi sciatis nō  
 esse ista pia, & religiosa dogmata, superest, ut pro nihilo habea-  
 » tis, neque vllō modo metuenda putetis. Vnde enim vocantur  
 dii?

- » dii? quia mulieres apponunt diis argenteis, & aureis, & ligneis  
 similiter apud hæreticos scæminæ quoque differunt, & tradunt  
 falsa dogmata, quæ sunt varia, hoc est enim apponere idolis ar-  
 genteis, & aureis, & ligneis. Hinc etiam intelligi potest, qualis  
 sit istorum sapientia, quæ scæminis permittit in conuentu viro-  
 rum docere, quod quidem sapientia ecclesiæ catholicæ, quæ de-  
 sursum est, prohibet. Disputare etiam concedit, quin potius au-  
 dio, mulieres ipsas audacius, & confidentius quàm viros expres-  
 sum dei Verbum iactare, plurimosque viros ad fidem catholicā  
 redituros esse, nisi vxores, quas subditas esse oportebat, & siquid  
 discere vellēt, domi fideles viros suos interrogare, magistras suas  
 » & hæreticæ disciplinæ patronas habere mallent. Et in domibus  
 » eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita, &  
 » barbam rasam, quorum capita nuda sunt, rugiunt autem cla-  
 » mantes contra deos suos, sicut quispiam in cœna mortui. Iu-  
 bebat lex Leuitici, ne sacerdotes super mortuum caput, aut bar-  
 bam raderent, aut vestimentum scinderent. quod quidem signi-  
 ficabat in ænigmate, sacerdotes, ad quos pertinet populùm do-  
 cere, cum alii peccant, quos scriptura mortuos appellare solet,  
 debere fortiter, ac viriliter cauere, ne recedant a sana doctrina,  
 quod est non radere caput, esseque perfectos sensibus, & matu-  
 ros, quod est, habere barbam. quod quidem non faciunt sacer-  
 dotes apud hæreticos, non enim solum in mortibus ciuium suo-  
 rum contaminantur, dum erroris, & criminis eorum rei fiunt,  
 sed ipsi etiam lapsi ab statu rectæ sapientiæ, & a perfectione sua,  
 in eandem hæreses præcipitant, facti insipientissimi omnium,  
 quod est habere capita nuda omni ornamento sapientiæ, & sa-  
 ni, atque integri sensus. Habent præterea, quod prius posuit  
 propheta, tunicas scissas, quod quidem significat, corrūpere bo-  
 nos mores, & honestos habitus virtutum, quos antea habebāt,  
 vnde in naufragium fidei inciderunt, ut Aposto. de quibusdam  
 ait, qui respuentes bonam conscientiam, circa fidem naufragaue-  
 » runt. Rugiunt clamantes contra deos suos, sicut quispiam in cœna  
 mortui. Sic sacerdotes isti, & magistri Euangelicorum, qui sup-  
 mortuum caput, & barbam radunt, & tunicas scindunt. i. qui cū  
 populo peccante, & moriente ipsi etiam sapientiam, & fortitudi-  
 nem virilem idem peccando deponunt, cū in dogmata sua, quæ  
 eorum sapientiam, & constantiam abstulerunt, aliquando fre-  
 mant,

mant, similes sunt iis, qui cœnam ex mortuo in exequiis capiūt, & tamen in deum murmurāt, qui illum mori voluit. Vestimenta eorū auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas, & filios suos. Sicut enim fidelis, & prudens sacerdos debet primū domui suæ bene præesse, & filios habere subditos in omni castitate, qui enim domui suæ nō scit, bene præesse, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? sic sacerdos infidelis, & insipiens, quomodo potest ecclesiam dei negligere, & corrumpere, nisi prius domum, & familiam corrumpat? ergo isti Euangelici sacerdotes prius opinionationibus falsorum dogmatum ceu vestibus idolorū vxores, & filios suos induunt, deinde ad corrumpendum ecclesiam dei procedunt. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere, neque regem constitutere possunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Ergo neque illud scandalo nobis esse debet, si quæ fortasse videantur hæreticorum respublicæ florere regnare, opulentæ esse, item si videamus non paucos hæreticorū dominari, potentes; ac diuites esse, eos vero afflictos, & iacentes, qui fide stant, hoc inquam scandalo esse non debet, non magis, quàm si idolorum cultores omnibus bonis, quæ fortunæ dicuntur, auctos videremus. vt enim idola cultores suos remunerare non possunt, neque violatores vlcisci, sic dogmata impia, & diabolus, qui eis colitur, neque patronos, & defensores suos remunerare valent, neque oppugnatores, & inimicos male afficere, neque diuitias, neque potentiam dare, aut auferre. Siquis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. Deos mortuos esse idola, vel illud maxime declarat, quod vota illis facta, si non soluantur, dii isti non curant, neque vlciscuntur, sic falsas, impias, ac mortiferas esse sectas Euangelicorum, vel illud maxime ostendit, quod vota deo a monachis facta pro irritis habent & non esse soluenda profitentur. Conuenit cum Hieremia propheta Dauid, qui vt præceptum de fide, & religione votorum metu diuini supplicii sanciret, & confirmaret, admonuit, deum non esse idoli similem, vt instar idoli non requirat fidem voti facti, neque vlciscatur, quasi aut nesciat, cui alioqui confitetur, & patet omnīs cogitatio hominis occulta, imo vestigia, & extremæ reliquiæ cogitationis sunt ei in publico, & aperto, aut quasi nō curet, qui tamen etiam quid homo cogitet, scire vult, aut quasi infirmus

infirmus sit ad vlciscendum, qui est alioqui terribilis, & aufert spiritum principium, ita vt vna nocte clxxxv. millia Assyriorū occiderit, de qua strage propheticè psalmū illum cecinit Dauid. Sed de lege diuina seruandi votorum religionem scripsimus libros duos. Redeo ad epistolam Hieremiæ, quæ diuinè docet, similem esse idoli eam disciplinam, quæ si quis votum fecerit, & non persoluerit, neque requirat, neque requirendum putet. Hominem a morte non liberant, neque infirmum a potentiore eripiunt, hominem cœcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt, viduæ non miserebuntur, neque orphanis bene facient. In his quoque similis est idolis Euangelicorum disciplina, & secta, vt enim illa vt mortua, hominē a morte non liberant, vt infirma, non eripiunt a potentiore, vt cœca; non restituunt visum, vt egena, non liberant a necessitate, vt sensus expertia, non tanguntur misericordia erga viduas, & pupillos, sic istorum disciplina, vt mortua, imo mortifera, non habet promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ, vt quidem habet secundum Apostolicam catholicæ disciplinæ pietas, vt in firma, & egena, non liberat ab aduersario, neque a miseris, vt cœca, & tenebricosa, non illuminat, sed in nocte detinet, vt crudelis, & immittis, non miseretur viduæ, neque benigne facit pupillis, est enim sapientia terrena (sicut ait beatus Iacobus) sine misericordia, & fructibus bonis. Lapidibus de monte similes dii illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei, qui autem colunt ea, confundentur. Vt sunt idola, quacunque materia sint, similia lapidibus duris, carentibus omni sensu, & motu, sic hæreticorum disciplina instar lapidis insensata est, vt ita dicam, & omni duritia, atque superba obstinatione plena. neque enim percipere vult, quæ percipiunt omnes, quicunque aliquo sensu præditi sunt, & qui non sunt pœnitentis excordes. quare vt ii, qui idola colunt, confundentur, qui non honorant deum, sic qui disciplinam hæreticorum sectari voluerunt. Quomodo ergo existimandum est, aut dicendum est, illos esse deos? quippe cum sint lapidibus similes, adhuc ipsis Chaldæis non honorantibus ea, quia cum audierint mutum non posse loqui, postulant ab idolo Beli, vt loquatur, quasi idola possint sentire, & ipsi cum intellexerint, nō possunt relinquere ea, quia sensum non habent. Similiter faciunt hæretici. ipsi enim se, & disciplinam suam irrident, & infamant, quia cū audie-

audierint, non posse eam loqui; neque respondere poscenti rationem, tamen postulant ab ea, ut loquatur, & respondeat, quasi qui mutus est, loqui possit. Atque hæc quidem cum intellexerint, tamen non possunt hæresim relinquere, quia sunt insensati, & ut Apostoli verbo utar, sunt fascinati, ne credant veritati. Mulieres autem apud istos circumdatæ funibus in viis sedent, incendentes ossa oliuarum. Cum autem aliqua earum attracta ab aliquo prætereunte, dormierit cum eo, exprobrat proximæ, quod non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. Ut mulieres honestæ, & castæ, ac fideles domi sedent, & si quid dubitant, iuxta præceptum Apostoli viros suos interrogant, sic animæ, quæ sponso cœlesti subditæ sunt, si quid discere volunt, domi suæ, id est, intra ecclesiam ecclesiæ pastores, & doctores interrogant, quæ autem non sunt tales, sedent in viis, per quas transeant, qui eis zonas soluant, id est, qui eas corrumpant, & sedent quidem nocte, hoc enim tempus significat, quo infimæ mulierculæ ossa oliuarum in viis loco lucernæ accendunt, tunc enim hæretici suas coitiones ad decipiendum rudes, & infirmas animas facere solent, donec tantum virium collegerint, ac numerus eorum ita auctus sit, ut palam, ac publice hæresim suam profiteri audeant. Postquam vero aliqua istarum animarum decepta, & corrupta semen hæresis exceperit, gloriari incipit de suo vitio, & exprobrare proximæ, quod non sit ipsa digna habita sermone, aut epistola huius, aut illius hæretici, neque sit facta, aut Luterana, aut Zuingliana, aut Lascana, aut Brentiana. Omnia autem quæ in illis fiunt, sunt falsa, sicuti, quæ fiunt, in idolis, omnia falsa sunt, non enim verus cultus est, qui illis adhibetur, neque vera religio, neque virtutes, & bona opera, quæ propter illa fiunt. ad hunc modum falsæ, & hæreticæ disciplinæ religio, falsa religio est, & quæ videntur fieri a disciplinæ istius cultoribus bona opera, non sunt bona, sed scelerata. Quomodo existimandum, aut dicendum est, Deos esse? a fabris autem, & artificibus facta sunt, nihil aliud erunt, nisi quod volunt esse sacerdotes, artifices etiam ipsi, qui faciunt, non sunt multi temporis. Hoc etiam declarat, disciplinam Evangelicorum falsam, & impiam esse, quod ab architectis dogmatum istorum secundum libidinem eorum ab heri, & nudius tertius inuenta, & excogitata sit, ita ut vel recens inuentum, & nouella excogitatio fati eam arguat falsitatis.

Num

Numquid ergo possunt, quæ fabricata sunt ab impijs, dii esse? Si militer dicere licet de hæresi Euangelicorum, nunquid vera esse potest disciplina, quæ ab impijs istis inuenta est? nostra vero dogmata, in quæ Christiani iurauimus, diuina sunt, & apostolica, non ab hominibus, neque per hominem cõflata. Reliquerunt autem falsa etiam opprobrium postea futuris. Sic solet infamia hæreticorum ad posteror eorum manare. Nam cum superuenerit prælium, & mala, cogitant sacerdotes secum, ubi se abscondant cum illis. quomodo ergo sentiri debeat, quod dii sunt, qui neque de bello se liberant, neque de malis se eripiunt. Hoc quoque euenire solet hæreticis, cum adhuc pauciores sunt, & nondum catholicis potentiores. cum enim in eos inquiritur, hoc enim est bellum, & hæc mala, statim fugitant, & latebras quærunt, ubi se cum hæresi sua cœlent, & occultent. quod est etiam non leue argumētum, & proprium eorum præiudicium de peruerfitate, & errore disciplinæ suæ, in quam ecclesiastica exercetur inquisitio, quam ipsi latendo, & fugiendo declinant. in quo quidem, quanquam se euangelicos appellare non verentur, euangelistas tamen, & apostolos non imitantur. illi enim, cum erat tempus testimonium veritati tribuendi, neque fugiebant, neque latebant, neque doctrinam suam cœlabant. Neque vero fugam excusare possunt, quasi solum eorum capitibus, & bonis, ut nobis exprobrant insidiamur, & tanquam hostes de medio tollere velimus, qui ex Apostolo didicimus, quod & facimus, ut si quis a uia veritatis aberrer, non existimemus eum quasi inimicum, sed corripiamus ut fratrem, imo iudices ipsi nihil aliud magis laborant, quàm ut erudiendo, & hortando a falsa sententia ad veritatem traducant. Nō itaque quæruntur ad necem, sed ad vitam, id est, ut respiciant, & sanentur. qui merito fortasse fugere viderentur, si audire eos, & docere, & ædificare iudices nollēt. Nā cum sint lignea, & inaurata, & inargētata, scietur postea, quia falsa sunt, ab vniuersis gentibus, & regibus, quæ manifesta sunt, quia nō sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum dei opus cum illis. Omnes gentes, & omnes reges gentium, qui ne perirent, deo seruire maluerunt iuxta prophetam Esaiam, qui ait. omnes gentes, & reges, qui non seruient tibi, peribunt, hi (inquam) omnes idola eiecerunt, quia cognouerunt, non esse deos, sed opera manuum hominum, imo cognouerunt, nullum dei opus esse cum illis, id est, nullas dei virtutes.

M tes.

» res cum idolorum cultu coniunctas esse posse. Vnde iterum sub  
 » iungit. Quis ergo ignorat, quia non sunt dii, sed opera manuum  
 hominum, & nullum dei opus in ipsis est? Similiter docet spiri-  
 tus sanctus exemplo idolorum hæreticas disciplinas ab omnib.  
 gentibus, & regibus, vt videmus, id est, a catholica ecclesia cogno-  
 sci falsas esse, & vt commenta hominum explodi, imo nullam  
 » perfectam virtutem, quæ opus dei est, in hæreticis reperiri. Regē  
 » regiōni non fuscitant, neque pluuiam hominibus dabunt, iudi-  
 » cium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab ini-  
 » iuria, quia nihil possunt. Regem appellat scriptura, vt Dionys. in  
 diui. nom. notauit, eum, per quem alii, quisque in ordine, & gra-  
 du suo munera dei varia participant. quorum multiplicem varie-  
 ratem rex quatenus omnia prouidet, in se vno colligit. Idola er-  
 go varia, quia totidem dei putantur, ac proinde totidem reges,  
 non efficiunt ipsa, vt regni vnus rex vnus sit, per quem omnium  
 munerum distributio secundis, & tertiis, ac deinceps ordine fi-  
 at. neque enim in idola inuentes, regem vnum gentiles cōstitue-  
 bant, de Deo autem scriptum est, per eum reges regnare, & ip-  
 sum transferre regna. Similiter hæreses, quæ instar idolorū sunt  
 diuisionem regni, sicut idola, machinantur, vnde periculum im-  
 minet regibus, qui in suis regnis hæreses esse patiūtur, ne vt qui-  
 dam grauis auctor scite dixit, registas, & non registas introdu-  
 cant, sicut papistas, & non papistas introduxerunt. sicut nostra  
 etiam memoria imperium, quod vnum est, distrahere, & scin-  
 » dere conati sunt hæretici Hieroboamitæ. Neque pluuiam ho-  
 » minibus dabunt. Vt hoc quoque testimonium est, nō esse idola  
 ista deos, quia non bene faciunt de cælo dando pluuias, & tem-  
 » pora fructifera, quod Deo conuenit, vt beatus Paul. dixit, sic  
 hæreses non pertinere ad veram, & catholicam disciplinam, te-  
 stimonium est, quod non dant hominibus pluuiam spiritualem  
 id est, spiritualiter non fœcundant, viuificant, augent, perficiunt  
 quæ sunt, vt Dionys. tradit, proprietates pluuiæ. Vnde a beato  
 Iuda nubes sine aqua appellantur hæretici, & a beato Petro fon-  
 tes sine aqua, quis enim factus hæreticus ex carnali factus est spi-  
 ritualis? aut si spiritualis erat, factus est spiritualior? At scientia,  
 & disciplina catholica ad hoc utilis est, vt sit homo dei, qui eam  
 percepit, perfectus, & ad omne opus bonum instructus, quam  
 vtilitatem quotidie per dei gratiam in nostris videmus & expe-  
 rimur

» rimur. Iudicia quoque non discernent. Quia enim multa sunt,  
 quæ idolorum cultores licere existimabant, vt fornicari, quod  
 est non discernere iudicium boni, & mali, similiter euenit hære-  
 ticis, corrupte enim iudicant de iis, quæ secundum hæreses suas  
 iudicant, vt nullum esse crimen in non persoluendis votis, nul-  
 lum in tollenda ecclesiastica hierarchia, nullum in nō discernē  
 dis neque cibis, neque temporibus, neque locis, neque personis,  
 neque officiis. itaque vbi hæreses sunt, ibi ordinem, & munerum  
 est perturbatio, vita carnalis, corruptum iudicium boni, & ma-  
 » li, postremo impunitas iniuriæ. vt de idolis statim subiungit,  
 » inquit, Præterea infirma sunt ad liberandum ab iniuria, quia  
 » nihil possunt. Sequitur deinde, sicut corniculæ inter medium cœ-  
 » li, & terræ. Idola quia multis sæculis durare solent, & in locis præ-  
 cellis, atque editis collocari, & quia eorum cultores verbosi, & lo-  
 quaces sunt, deinde quod maius est, quia qui rationē, quæ instar  
 viri est, amisit, nō efficitur vir eius Christus, qui sibi vni viro vir-  
 ginem castam despondet, non autem eam, quæ est cum ligno, &  
 lapide fornicata, idcirco idola cum infirmis corniculis, garrulis,  
 in aère suspensis, & libratis comparauit, quæ, vt physiologi scri-  
 bunt, diutissime viuunt, & cum primos coniuges amiserunt, cū  
 eis alii non coeunt. Sic hæretici verbosi, & vaniloqui similes sunt  
 corniculis loquacibus, qui, vt Apost. ait, postquam astutia serpen-  
 tis, qui Euam seduxit, corrupti fuerunt sensus eorum, & excide-  
 runt a simplicitate, quæ est in Christo, amissa iam ratione sanæ  
 doctrinæ, velut extincto viro, non iam Christus, sibi vni vi-  
 ro virginem castam in vnam fidem despondet, sed potius reman-  
 » nent velut viduæ corniculæ garrulæ. Etenim cū inciderit ignis  
 » in domum deorum ligneorum, & argenteorum, & aureorum,  
 » sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur, ipsi vero  
 » dii, sicut trabes in medio comburentur, regi autem, & bello nō  
 » resistent, quomodo ergo existimandum, aut recipiendum, quia  
 dii sunt? Similiter euenire solet idolis hæresum, fugiunt enim ea-  
 rum magistri, & professores, qui sæpe fuga salutem, & incolumi-  
 tatem sibi pepererunt, at eorum disciplina, quia fugere, & elabi  
 non potest, manibus enim vt dici solet, eius falsitas tenetur, neq;  
 potest resistere rationi veræ doctrinæ, neque catholicæ disputa-  
 » tioni, quin reuincatur, idcirco damnatur, & flammis digna iudi-  
 catur. Quomodo ergo a sanæ mentis hominibus existimari po-  
 M ii test

» rest veram esse huiusmodi disciplinam? Non a furibus, neque a  
 » latronibus se liberabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inar  
 » gentati, quibus iniqui fortiores sunt. Vt hoc quoque satis argu-  
 » menti est, idola deos non esse, quod ea furentur homines, neque  
 » se illa possunt a furibus defendere, sic quoque hæreticorum disci-  
 » plinam falsam esse, satis declarat, quod eam non modo fideles, &  
 » probi homines conuincunt, & diiudicant, sed etiam prauis & ne-  
 » quam, alioqui credentes, ergo facilius, & grauius homines fide,  
 » & virtute præditi conuincunt, & diiudicabunt. Itaque aurum (in-  
 » quit) & argentum, & vestimentum, quo operiti sunt, auferent illis,  
 » & abibunt, neque sibi auxilium ferent. Aurum quidem, & argen-  
 » tum, & vestimentum idolorum sunt varia dogmata hæreticorum,  
 » latrones vero ii, qui non ingrediuntur ad disserendum, & docen-  
 » dum de diuinis rebus per ostium vitæ sanctæ, quos spiritus san-  
 » ctus per os Dauid increpat, cum ait, peccatori autem dixit deus,  
 » quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os  
 » tuum? Quod si neque ab huiusmodi latronibus, qui fidem mor-  
 » tuam habent, se defendunt hæretici, quomodo ab iis, qui fide, &  
 » virtute munitissimi sunt, se defendent? Quare ut sunt isti ad ma-  
 » ledicendum prompti, si quando nonnullis nostrum prauos mo-  
 » res, & vitam turpem exprobrarint, a quibus alioqui reuicti diri-  
 » piuntur, perinde mihi facere videantur, ac si querantur, quod  
 » a latronibus diripiantur, non intelligentes de ignauia, & impru-  
 » dentia, atque imbecillitate damnare se, qui neque sciunt, neque  
 » valeant ab iis, quos latrones esse dicunt, se liberare, nedum ab ar-  
 » matis, & bene instructis militibus. Esto ergo, simus eorum iudi-  
 » cio fures, & latrones, esto, male audiamus ab eis, modo ut eorum  
 » fragmenta, & falsas opiniones diuicemus, & diripiamus. Itaque  
 » melius est, esse regem ostentantem fortitudinem suam, aut vas  
 » utile in domo, in quo gloriabitur, qui possidet illud, aut ostium  
 » in domo, quod custodit, quæ in pace sunt, quam falsi dii. Docet  
 » hic spiritus sanctus in ænigmate, similiter melius esse perficere  
 » legem regalem de charitate erga deum, & proximum, quæ est ca-  
 » put, & fons omnium mandatorum, & esse vas mundum ab omni  
 » forde nequitiae, & malitiæ, ut sit utile domino, id est, habere men-  
 » tem, & conscientiam non inquinatam peccatis, item custodire  
 » instar ostii domicilium, ac dignitatem suam, id est, custodire cor,  
 » & depositum talenti crediti, melius, inquam esse, hæc facere, scili-  
 » cet

» cet charitatem seruare, conscientiam repurgare, facultatibus a  
 » Deo, & natura tributis non abuti, quàm his neglectis falsa, & im-  
 » pia dogmata colere, ut faciunt Euangelici, qui neque legem re-  
 » galem charitatis seruant, imo zelum amarum, & contentiones  
 » inter se habent, neque mundant conscientiam, qui sunt vitiiis ple-  
 » ni, neque depositum facultatum, quas à deo, & natura acceperunt,  
 » custodiunt, imo eis abutuntur. Sol quidem, ac Luna, & sidera cum  
 » sint splendida, & emissa ad usum hominum, obediunt, similiter  
 » & fulgur, cum apparuerit gloria, perspicuum est, similiter & spiri-  
 » tus in omni regione spirat, & nubes, cum imperatum eis fuerit a  
 » Deo, perambulare in vniuersum mundum, perficiunt, quod im-  
 » peratum est. Ignis etiam missus desuper, ut consumat montes, &  
 » sylvas, facit, quod preceptum est ei. Hæc autem neque formis, ne-  
 » que potentiis similia sunt, quare neque existimandum, neque di-  
 » cendum est, Deos esse, cum non possint iudicium iudicare, neq;  
 » hominibus benefacere. Si hæc (inquit) sol, luna, sidera, fulgura, vē-  
 » ti, nubes, quæ sunt tam vtilia cuncto orbi, non sunt dii, sed ille,  
 » qui hæc fecit, & terminos eis diffiniuit, eisq; imperat, & cui  
 » illa obediunt, quomodo dii erunt idola, quæ nulli horum simi-  
 » lia sunt, neq; possunt iudicare, neq; benefacere? Similiter doctri-  
 » na catholica, quæ est ad omne opus bonum utilis, & obediens, &  
 » est, ut Salomō ait, incorruptum lumen legis, & ut Dauid, præceptum  
 » domini lucidum illuminans oculos, atque ut Apostolus ait, est illumi-  
 » natio euangelii, cuius prædicatio exiit in omnem terram, hæc,  
 » (inquam) doctrina catholica similis est soli, lunæ, sideribus, quæ  
 » in cuncto orbe lucent, & salutaria sunt, & Deo obediunt, & ful-  
 » guri, quod exit ab oriente, & apparet usque ad occidentem, &  
 » vento vitali, qui in omni regione spirat, & ideo vox eius vbique  
 » auditur, & nubibus fecundis, quæ perambulant vniuersum or-  
 » bem iussu dei, & igni missa desuper ad consumendum montes,  
 » & sylvas. sic enim dominus de euangelio suo dixit, ignem veni  
 » mittere in terram, quid volo, nisi ut ardeat? Sic ignis euangelii  
 » montes superbiæ, & sylvas innumerabilium peccatorum laten-  
 » tium consumit. Hæreticorum autem disciplinæ, ut Euangelico-  
 » rum nihil horum conuenit. non enim est vniuersalis, neque vti-  
 » lis, neque obediens, imo particularis secta vnius, aut alterius re-  
 » gionis, inutilis ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum  
 » in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instru-  
 » ctus



ctus, inutilis, inquam, ad ista, cum propter alia, tum in primis, quia tradit sola fide hominem iustificari, neque opus esse charitate, aut ullis bonis operibus ad iustitiã & salutem. Sic enim docet ministri ecclesiarum Saxonicarũ. inobediens, & repugnans Christo, & ecclesiæ catholicæ, similis soli obscurato, lunæ mutabili, & deficienti, sideri erranti, satanico fulguri cadenti in terram, vento pestilenti, qui in vna, aut altera regione spirat, nubibus sine aqua, igni mortifero ipsius malæ linguæ, & similis flammæ elationis, ac superbiæ. Quare non est existimanda, neque dicenda diuina istorum disciplina, quandoquidem non potest iudicium iudicare, neque bene facere hominibus, sicut idola. Cum enim disciplina ista terrena & animalis non sit obediens, & iudices tollat, fit, vt iudicare non possit, lex enim iudicat per iudices, qui sunt lex loquens, sicut rursus lex iudices muti, vt quidam in Politicis de lege, & magistratibus dixit. neque potest hominibus bene facere, vtilisq; eis esse. quare nihil habet diuinum. Hæc. n. sunt duo illa, quæ se ait propheta audisse, & quod dei est potestas, potest enim semper, & omnibus, & vbique benefacere miserando, & quod reddet vnicique secundum opera sua quod ad iudicium pertinet. Quare si non potest esse diuina, quia nõ potest benefacere, quod est dei proprium, neque potest iudicare, vt puniat, aut remuneret, quod est etiam aliquid diuinum, relinquitur, vt sit terrena, & animalis, ac diabolica. Scientes itaque, » quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. Similiter disciplina, » quam Euangelici pro euangelica habent, & colunt, ac prædicat, » non est timenda, neque curanda. Neq; enim regibus maledicet, » neque benedicent, signa etiam in cælo gentibus nõ ostendunt, » neque vt sol, lucebunt, neque illuminabunt, vt luna. Minor a maiore benedicatur, aut maledicatur, nemo autem maior rege præter deum, quare deos esse oportet idola, si regi possunt benedicere, aut maledicere, aut rursus si non possunt, sequitur, vt dii non sint. Similiter hæreticorum euangelium, idest euangeliũ Christi ab eis transmutatum, & falsis dogmatibus permixtum, quia nõ est diuinum, non potest benedicere, neque maledicere regibus, idest, iis, qui legem regalem, vt Iacobus ait, secundum scripturã perficiunt, ac proinde non est metuendum, neque curandum nõ magis quàm idola. Ac rursus vt idola non dant signa in cælo in fidelibus, quales sunt gentes, neque lucebunt, vt sol, aut luna, sic etia

etiam neque virtus euãgelii Babylonici, & satanici miracula operabitur, nisi quale miraculum non ita pridem in Polonia in pago Biethzame non longe a Cracouia hæreticus concionator edidit, qui cum vellet euangelium, quod prædicabat, signo sequenter confirmare, pactus est pecunia cum Matthæo, sic enim appellabatur, vt simularet se mortuum, & funere elatum profectus est fletu, & eiulatu funus vxor artificii nefarii conscia, & pecuniæ particeps. hic concionator postquam satis tonasset, tandẽ vt figmenta sua ad extremum nouo portento comprobaret, surge inquit, Matthæe, in nomine Christi, cuius euãgelium prædico, cũ vero ille non surgeret, rursus altius in clamans, vt fortassis arctiore somno captum excitaret, surge (inquit) Matthæe. cum ne sic quidem euigilaret, itur ad feretrum, retegitur facies velata, & deprehenditur reuera mortuus, qui se tanto aliorũ periculo mortuum simulare voluerat, & vxor, quæ lachrimas, & lamenta finxerat, vere iam lachrimans, & in concionatorem, tanquam in scophantam grauissime inuecta, euãgelium eius detestari cœpit. huiusmodi sunt miracula hæreticorum. simile aliquid ferunt a Caluino instructum Geneuæ, & rem eundem exitum habuisse. Sed hoc de Caluino. non affirmo pro certo, quod auctorem grauem, qui sciret, & asseueraret, non habui. idem quoque olim Polychronius Monothelita tentauit, vt est in Synodo vi. act. xv. Bestiæ præstantiores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, & prodesse sibi. nullo itaq; modo nobis est manifestum, quia sunt dii. Vt idolo nihil est sibi inutilius, & infirmius, neque enim vel occultare se potest, vt incolume sit, quod bestiæ possunt, quæ vel hac ratione idolis sunt præstantiores, sic nullum vitium minus latere, minusque dissimulari potest, quàm hæresis. ita vt si quãdo in vita callide dissimulata sit, sæpe fuerit tamen post mortem deprehensa, & iudiciis librorum, consuetudinum, & præteritorum sermonum, aut alio modo patefacta. Itaque potest, qui vitio gulæ sit vultur, artificio fallendi vulpes, parricidii studio vipera, inquinamento vitæ sus, potest, inquam, huiusmodi bestia simulatione, & hypocrisi tegi, hæreticus vero non potest. Hi. n. se continere non possunt, quin per dulces sermones seducant corda innocentium, nesciunt quiescere, vt qui sint, sicut beatus Petrus ait, nebula turbini bus agitata, audaces, sibi placentes, instabiles, qui sectas non metuunt introducere, blasphemantes, quorum

quorum proprium est, velle fieri magistros, & minime inter ceteros homines meminisse, quod Ecclesiasticus omnes monuit, si est (inquit) in te prudentia, responde proximo, si nō, sit manus tua super os tuum. quod quidem hæretici præstare non possunt. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentum, & ceterorum, vt ait beatus Iacobus, domatur, linguam autem nullus hominum scilicet impiorum, quales sunt hæretici, domare potest, piorum enim (inquit Ecclesiasticus.) lingua non dominabitur. non dominatur autē, cum iā domita est. deinde subiungit idem Eccl. qui derelinquunt dñm, incident in illam. maxime autē derelinquunt dominū hæretici, hæretici ergo sunt, qui in primis sunt blasphemī, & dei desertores, quorū lingua infernus est melior, vt idem ait, quia scilicet illic cessabit blasphemare, quæ hic nō potest, quia eos iugo ferreo, vt ait scriptura, & vinculis æreis confritos tenet. Nam sicut in cucumerario signum nihil custodiens, ita sunt dii illorum lignei, & de argenti, & in aurati. Præterea vt idola, quamuis nihil sint in mundo, terrores incutiunt superstitiosis instar eorum signorum, quæ posita sunt ad terrendas aues, quamuis nihil sit, quod custodiant, sic etiam hæretici metum iniiciunt, quo dogmata sua custodiant, quamuis omnifructu careant. Eodem modo, & in horto spinæ albæ, super quam omnis avis sedet, similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dii illorum lignei, & in aurati, & in argenti. Similiter hæretici arbores sunt, vt apost. Iudas ait, sine fructu instar spinæ pungentis, & vulnerantis, quibus insident omnes potestates aduersariæ, & spiritualia nequitias instar auium. Similes item cadaueri in tenebris, id est, bis mortui, vt idem Iudas ait, semel cum fide amiserunt, & iterum morte secunda, ad quam sunt damnati in æternis tenebris, & suppliciis, qui enim non crediderunt, iam iudicati sunt. A purpura quoque, & murice quæ supra tenent, scientis, quia non sunt dii. Hinc quoque intelligi potest, doctrinam Euangelicorum, vt ceterorum hæreticorum non esse doctrinam spiritus, quia in doctis, & persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, quæ pereunt, & non in ostensione spiritus, qui permanet, docent, & prædicat hæretici. huiusmodi enim cultum sermonis, & sapientiæ animalis splendorem, ac nitorem designat purpura, quæ quidem doctrina ecclesiæ catholice, quæ est doctrina spiritus, neque querit, neque requirit. Ipsi etiā postremo.

stremo comedentur, & erunt opprobrium in regione. Id est, ad extremū ipsa quoque dogmata gentiliū, & hæreticorū interibūt, & delebūt, ita vt probum, atque infamia sint. quod euenisse quidem videmus in infinitis dogmatibus tum gentiliū, tum hæreticorum. quid enim magis infame esse potest, quàm Pythagoreū fuisse, aut sententiæ Epicuri, aut Arianum, aut Marcionistam, aut Manichæum? idem fore speramus in Euangelicis, Sacramentariis, & Anabaptistis, & reliquis memoriæ nostræ hæreticis. Melior est homo iustus, qui non habet simulacra, nam erit longe ab opprobriis. Vno verbo summam rei complexus, cōclusit epistolam, admonens, præstare iustitiam facere, qui enim iustus est, iustitiā facit, facit autem iustitiā, qui seruat fidem dei, & mandata eius facit, qui idola (inquit) non habet, id est, qui nō mutat fidem, quod euenire solet, cum bona conscientia, id est, iustitia non relinquitur, quam quidam repellentes, vt Apost. ait, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus, & Alexander, & Luterani, Zuingliani, Brentiani, & reliqui hæretici; hic nāque erit longe ab opprobriis, hic, inquam, qui fidem non mutat, longe aberit ab infamia, & probro hæreticæ prauitatis. Vt nos longe per Dei gratiā absumus, quicumque in fide virtutem subministramus. In quo studio & Vos catholici, qui inter Euangelicos novos habitatis, vsque ad extremum fortiter laborare debetis, lucentes tanquam luminaria in medio nationis prauæ, scientes, quia non est iniustus dominus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis vestræ. Teneamus itaque fratres charissimi integram, & incorruptam fidem, quam ab ecclesia catholica accepimus, quam apostoli per cunctum orbem eidem prædicauerunt, & tradiderunt. Et superædificemus huic fidei aurum, argentum, & lapides pretiosos, id est, grauiora illa legis, quæ dominus in Euangelio dixit, iudicium, & misericordiam, communicantes quæ quisque habet, & potest, cum iis, qui nostra egent opere, vt faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, sicut dominus præcepit, vt cū defecerimus, recipiāt nos in æterna tabernacula. quod apertius dixit Ecclesiasticus, fidem serua in paupertate cum proximo, vt in bonis illius lateris, in tempore tribulationis permane illi, vt in hæreditate eius cohæres sis. Vnde dominus in Euangelio, Venite (inquit) benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Hæc enim

est hæreditas, hoc est recipi in æterna tabernacula, ac in cœlestes illas mansiones. Deinde subiungit subleuationem tribulationis hæreditatè regni remunerandâ. Esuriui. n. & dedistis mihi mâdu care: sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes erâ, & collegistis me. Nudus, & cooperuistis me. Infirmus, & visitaſtis me. Incarcerare erâ, & venistis ad me. Cû hæc fratrib. facimus, amicos, eos i Christo facimus, cuius gratiâ, & amicitia in eis nobis cõciliamus. Quâ diu. n. (inquit) fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Sic ergo oportet amicos facere de mammona iniquitatis, subleuando in Christo eorum miseriam, & relaxando debita; & vincula, & colligationes impietatis, ac fasciculos deprimentes, vt ait Esa. sic, inquam, oportet villicum iniquitatis iuxta Euangelii parabolam sanctè, & prudenter imitari. Is autem serpens est cûctis animâtibus terræ callidior, qui callide subleuat peccatores, sed in malum eorum, quo magis premat, & oneret, quod iamdiu per Euangelicorum magistros callidissime facit. Quod pulcherrime mihi depinxisse videtur. S. Gaudentius episcopus Brixiensis, vir sanctitate vitæ, & scientia scripturarum excellens, cuius ordinationi beatus Ambrosius interfuisse scribitur. Is ergo interpretans parabolam villici iniquitatis in sermone, quem de ea rescripsit, diabolus (inquit) intelligendus est, qui in sæculo relictus est, vt immanitatem huius villici fugientes ad pietatem dei suppliciter curramus. Hic dissipat facultates domini, quando in nos grassatur, qui possessio dei sumus. Hic excogitat, quomodo valeat debitores domini, idest, peccatis inuolutos, non solum aperto prælio persequi, sed sub obtentu fallacis beneuolentiæ, blanda fraude decipere, quo magis eum in domos suas falsa benignitate seducti recipiant, Cum ipso in perpetuum iudicandi. Hoc enim putat diabolus magnum esse sui supplicii solatium, si multos habeat pœnarum socios. Hic debita conferuorum suorum relaxare se falso promittit, dum vel in fide, vel in opere peccantibus vanam pollicetur indulgentiam. Quid potuit dici aptius, & conuenientius istis nouis magistris, & iniquis villicis, qui iam diu per omnes ecclesias catholicorum diffamati sunt, quod bona domini dissiparint? Deinde subiungit reliqua. Perſuadet (inquit) non imputari ad peccatum, quæ ipsi, qui peccant grauiam esse non ignorant. Conſitentur enim debiti sui quantitatem, cum ex integro obnoxios se esse Deo pro fide contempta,

& opere

& opere neglecto negare non possunt. Qui autem reddût, quæ dei sunt, deo, iam debitores non sunt. Neque mirum, si promittat delictorum remissionem, qui Christo ausus est dicere, hæc omnia tibi dabo, si cadês in terram adorauerisme. Et quid aliud, quæſo, hæretici magistri quærunt, quàm vt in sapientiam illam terrenam, animalem, diabolicam, impudicam, pacis, æquitatis, obedientiæ, ac misericordiæ inimicam, quam tradunt, præcipitati homines, adorent eos, & sequantur? prosequitur deinde Sanctus Gaudentius parabolæ explanationem. Triticum inquit, in hac parabola fides Christi est, vitæ Christianæ principium, oleum bona sunt opera, quæ non habentes quinque virgines fatuæ extinctis animarum suarum lampadibus in tenebris mâserunt. Non enim satis est, virgines, & integros esse in fide, sed etiam oleum bonorum operum secum portare. Sicut enim corpus sine anima mortuum est, sic fides sine operibus mortua est. Quod vero centum coros olei, idest, operum, in quinquaginta transcribi fecit, & centum tritici, idest, fidei, in octuaginta, significat hæc fraus, prætractos ab idololatria homines variis erroribus pncio forum dogmatum inuoluit, summam salutaris fidei minuendo, & ab iniquis actibus remotos, bonisque operibus insistere cupientes pestifera iactantia supplantet. Nam conatur fidem nostrâ & opera nostra a centenario numero perfecto, & in dextra constituto, ad sinistra partis doloſum compendium deprauare, apostolicam fidem sinistro hæreticæ persuasionis sensu puerrens, & merita bonorum operum ad sinistros mores plerunque deducens. Quam hæc conueniunt in Euangelicos? an enim non supplantantur isti iactantia pestifera a magistris suis, iisdemque satanæ villicis iniquis, cum ab eis docentur, sola fide iustificari, & p fidem solam de gratia certum habere? ac merita bonorum operum nulla esse? Subiungit vero deinde Gaudentius. Neq; illud ociosum est, quod maior numerus deperit domino in oleo, idest, in operibus, quàm in tritico, idest, fide, minor enī turba est, quæ a fide recta, quàm quæ ab operibus cõgruis diaboli fraude subtrahitur saluatore testante, quid mihi dicitis domine, domine, & non facitis, quæ ego dico vobis? Hi sunt Euangelici, qui per fidem dicunt, domine, domine, passio Christi, passio Christi, tamen opera, quæ Christus pro nobis passus nobis præcepit, tradunt, non esse necessaria ad iustificationem. Deinde Gaudentius.

N ii. laudat

laudat (inquit) astutiam, non nouitatem villici, laudat, inquam, minaciter simul, & prouidenter, minaciter quidem, dum vocabulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat. prouidenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes confirmat, ut omni cautela, atque prudentia discipulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat. prouidenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes confirmat, ut omni cautela, atque prudentia discipulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat. prouidenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes confirmat, ut omni cautela, atque prudentia discipulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat. prouidenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes confirmat, ut omni cautela, atque prudentia discipulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat.

Dogmat.



QVEM AD MODVM doctrina verbi Dei, quæ de sursum est, primum quidem pura, castaque esset, & symbolice ignea, falsamque doctrinam tanquam vanitatem idoli redarguens, arbor mediocriter expressum, & tanquam in tabella pictum libro superiore. Sequitur nunc, ut hoc etiam genus castitatis persequar, quod secundum Dei verbum ad corpus pertinet. Cui tertium genus excellentissimæ castitatis spiritualis adiungendum erit. Extremus locus erit de pace verbi Dei. Est igitur celestis doctrina Verbi dei non solum casta secundum dogmata, sed casta quoque secundum carnem, utilis scilicet, ut is continentiam seruet, cui non licet ducere uxorem, aut prius ducta amplius uti, vel etiam si liceat, malit tamen, sic permanere, id est, continens esse, utilis, inquam, quia ipsa, ut ait S. Sixtus pont. in libro de castitate, exemplum non nubendi volentibus tradit, ipsa spadonibus cælorum regna promisit, ipsa per apostolum loquitur, bonum esse homini, mulierem non tangere, & velle se, omnes homines esse, sicut seipsum, ut & qui habet uxorem, sit tanquam non habens, & bonum esse homini, sic esse, & illud in Apocalypsi, hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Sed videamus prius, quid hæc sapientia pudica, quæ de sursum est, in ecclesia catholica per Apocalypsim de statu virginum doceat, quæ Evangelici contemnunt, & quem Deus beato Ioanni ad nostram doctrinam in spiritu ostendit, ut ille rursus quæ vidit, nobis ad nostram ædificationem, consolationem, & exhortationem prophetaret, ut per scripturam huius consolationem spem virgines habeant. Et vidi (inquit) & ecce agnus stabat supra montem Sion. De Christo dicit agnus immaculatus, & incotaminatus, cuius sanguine redempti sumus, qui idem est victima, & idem, ut Apost. ait, sacerdos magnus super domum Dei, in quo est tota nostra fiducia collocata, montem vero Sion, vocat hanc ecclesiam catholicam, in qua per dei gratiam sumus, quæ communionem spiritus vna est in cælo, & in terra, quod Apost. docuit, cum comparans ecclesiam catholicam, & eius bona, cum ecclesia Hebræorum, ut excellentiam nostram ostenderet,

stenderet Non (inquit) accessistis ad tractabilem motem, & quæ sequuntur, quæ ipsam legē, & ubi, & quomodo data esset, & per quem, & qualis illa congregatio, siue ecclesia, cui data est, significat. Deinde subiungit, Sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui cōscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorū perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperionem. Nunquam profecto dixisset, accessistis, nisi de vna in terris ecclesia catholica loqueretur, quæ quia est eadem etiam in cœlis, qui ad hanc accessit, idem ad multa millia angelorum, & beatorum spirituum accessit. Sic Synodus Nicena prima in quodam Canone, cuius veteres meminerunt, interpretata est, *μία* (inquit) ἡ ἐκκλησία ἐστὶν ἐν οὐρανόσιν αὐτὸ καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν ταύτη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπαναπάνεσται. Vna, inquam est ecclesia in cœlis, & in terra, & in hac requiescit spiritus sanctus. Deinde subiungit, Hærefes autem, quæ extra hanc sunt, quas habent hominæ, non sunt doctrinæ saluatoris nostri, neque Apostolorum, sed sathanæ, & patris eius diaboli. hanc sententiam secutus est etiam pater Augustinus. Is enim collatione iiii. contra Donatistas, probant (inquit) catholici patres, non esse aliam ecclesiā a regno dei, sed vnam, & eandem, quæ nunc aliter est, & aliter postea futura. Theophanes vero episcopus Nicææ luculētius & copiosius hūc locum in lib. contra Iudæos explicauit, interpretabor latinē. Accessistis ad montem Sion, & ciuitatem dei uiuentis, & quæ sequuntur. Hæc (inquit) ciuitas, non est, vt illa in Palestina, nō inquam locus est ex muro, & lapidibus, & calce ædificatus, plenus hominibus, sed potius cœtus naturæ rationalis piæ, tum incorporeæ, tum corporeæ, quæ Christum deum habet artificem, auctore, regem, pōtificem, iudicem, gubernatorem, patrem, nutricium. Verum hic cœtus beatus, qui ecclesia Christi dicitur, non est totus in cœlis, imo parua eius pars in terra breui tempore, aliis alio tempore sibi succedētibus, versatur. Propterea quod capere generationem secundum spiritum, & secundum ætatem eius p̄ficere, & perfici, hoc quidem tantisper liceat, dum in carne sumus, ingredi vero in trauelum ad regalem thalamum, id est, in cœlum, non nisi perfectis. Hoc enim domicilium, & habitaculū mundanum, quod est apud nos, beatæ huius ciuitatis, & ecclesiæ,

eclesiæ, tanquam domus quædam est ædificata, & constructa, vt in ea viuant, & alantur generati secundum Christum, & gymnasium quoddam puerorum ætatis Christi, ubi docetur, & traditur omnis spiritualis sapientiā, cœlestis autem domus perfectorum spirituum, regisq̄ aspectu, & splendore, ac lætitiā fruuentium, thalamus est. Vt enim olim imperatoribus locus quidam erat ad generādos filios separatus, quem *ῥοφύραν* appellabāt, & in eo loco natos *ῥοφωρογενήτους*, erantque rursus aliā sedes ad nutriendum infantes, ubi paulatim ætate proficerent, & omnem disciplinam regalem, & imperatoriam sub magistris, & pædagogis caperent, postquam vero ad perfectionem & ætatis, & disciplinæ peruenissent, in ipsum regalem, siue imperatorium Thalamum admittebantur, cum rege, & patre regni versaturi, bonisque paternis vsuri, ad hunc modum filiis regis cœlestis mūdus hic noster velut quædam domus ab ipso rege ad ortum, & educationē, omnemq; spūalem disciplinā, & institutionem præparata est, ex quo sic nati, & alti, atq; educati, & eruditi, p̄prie appellari poterunt purpurati, nō quidem quasi solā purpurā regalem, & paternā induti, sed potius regem ipsum totū cum vestitu eiusdem rubro ex sanguine. Quicunque (inquit) in Christo baptizati estis, Christum induistis, cuius pulchritudinem olim admirati angelicuri (inquiunt) rubra vestimenta tua? Quando igitur qui hic geniti sunt, bene iam educati, & instituti filii regis cœlestis occurrerint in mensuram plenitudinis Christi, ingredientur deinde intra velū cœlestē, quo præcursor Christus ingressus est, vt regno eius fruantur. Quia igitur qui in Christum crediderunt, non in cœlis tantum sunt, sed pars quædam eorum in terra versatur, idcirco non sunt diuisi loci interuallo, sed potius totus cœtus vna ecclesia est, & vna ciuitas, ratione p̄fecti, & imperfecti differens. Et paulopost, hæc igitur vna, eademque admirabilis ciuitas, & ecclesia, Sion, & Hierusalem in vetere, & in noua scriptura appellatur, p̄pterea quod illa in terris Hierusalem, & templum, quod in ea erat, quæque in eo fiebant, typi, & vmbra erant beatæ huius, & æternæ ciuitatis, & eorū, quæ in ea fiunt. Hæc tenus Theophanes. Neesse habui, pluribus verbis, & testimoniis hunc locū Pauli explanare, ne quis excellēter statū virginū beato Iohanni in spiritu ostēsum nō in hac ecclesia catholica sensui subiecta, sed in cœlo solum ponendū esse existimaret, aut in illa, nescio, qua inuisibili,

inuisibili, & in spiritu occulta ecclesia, quam Euangelici fingunt, quæ, ut volunt, credi possit, videri non possit, de qua factis dictum est libro superiore.

Redeamus nunc ad Apocalypsim. Et vidi (inquit) cum eo cxliiii. millia habentes nomen eius, & nomen patris eius. Totum numerum virginum significat, qui ingens est in ecclesia catholica, numerus enim mille vniuersum, & totum designat in scripturis sanctis. Ergo ex semine verbi diuini a singulis Apostolis, qui doctrinam vnius euangelii a quatuor deinde euangelistis scripti, postea tradiderunt duodecies seminato (singuli enim id ipsum, quod reliqui apostoli, docuerunt) & millicuplum fructum ferente extitit numerus cxx. millium. deinde quia ista vbertas sementis euangelicæ ex veteri & nouo testamento existit, quod significabat xxiiii. seniores, id est, duodecim patriarchæ, & totidem Apostoli. omnis enim scriba doctus in regno cælorum profert noua, & vetera de thesauro suo, idcirco ad illa cxx. millia aliis xxiiii. adiunctis, existit plenus numerus cxl. millium. hoc eodem numero, & eadem ratione idem Ioannes in alio loco reliquias Israel ex xii. tribubus per prædicationem duodecim apostolorum saluandas notauit. Quod vero ait Apocalypsis, habere nomen agni, & nomen patris scriptum in frontibus suis, significat eos, qui verè virgines sunt, semper dei meminisse ad faciendum voluntatem eius habereque eum semper ante oculos, quod mihi beatus Ignatius in epist. ad Philadel. significasse videtur, cum monens virgines, solum (inquit) Christum, & patrem eius præ oculis habere in animis vestris illuminatæ ab spiritu sancto. Aut hoc significat, quod Esaias propheta de eunuchis secundum euangelium prophetauit, inquit, dabo eis in domo mea, & in muro meo locum, & nomen melius a filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Quem locum explanans beatus Cyrillus, & si enim generare (inquit) filios positum erat in benedictionibus, tempore ita postulante, tamen nihil nocebit ei, qui non generet. Quomodo enim damnari possunt, qui ante tempus, & ante nuptias mortui sunt? aut quid perderit peccatoribus, habuisse multos filios? ne igitur tristis sit eunuchus. Deinde subiungit, magis autem necessarium est, meminisse nunc eorum, qui se castrauerunt propter regnum cælorum, quibus valde conuenit, quod hic ait dominus, dabo eis in domo mea, & in muro meo locum nominatum,

nominatum, ecclesiam in terris designat, in qua cernuntur homines castitatis studium colentes maiore cum gloria, quam si multis liberis abundarent, hos manet æterna gloria. hoc enim significat nomen non interiturum. Et non deficiet (inquit) eis gratia à deo, sunt enim eximia, & præcipua præmia continentium. hæc Cyrillus. Itaque quem hic dixit Apocalypsis montem Sion, Esaias dixit domum dei, & murum. Ecclesia enim catholica murus est, & quidem munitissimus, ac firmissimus ad protegendum eos, qui intus sunt, & ad resistendum externis hostibus, estque ciuitas supra montem posita, quæ secundum euangelium abscondi non potest, licet Euangelici latere eam dicant, quia eam videre nolunt. Subiungit deinde Esaias. Dabo eis nomen melius a filiis, & filiabus, & non deficiet eis. scilicet significat, habere eos maiorem gloriam, & honorem, quam si haberent filios; & fierent patres. & si enim non generant secundum carnem more aliorum hominum, generant tamen ἀπαθῶς, & ἀπερθεῶς, id est, sine passione, & fluxu ad similitudinem dei patris. mulier enim innupta, & virgo cogitat, quæ dei sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. huiusmodi grauiditates, & partus spirituales affert illa vacuitas solitudinis, & distractionis mundanæ. Qui enim cum vxore est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Ergo in frontibus dixit habere nomen agni, & patris eius scriptum, ut significaret tum memoriam dei, quam semper habent, & perpetuam de eo cogitationem, tum etiā τὸ ἐν παρρησίᾳ, id est, fiduciam, quam habent, qui se castrauerunt propter regnum cælorum, vtrunque enim denotat frons. significauit præterea honorem spiritualis generationis, & immortalem ex ea gloriam, hoc enim fortasse significat, habere nomen filii, & patris eius, quod nunquam deficiet. Vbi ergo sunt noui Euangelistæ, vel potius noui Iouiniani magistri luxuriæ, qui docent virginitatem non præstare coniugio? immo nullius meriti esse, cum dominus promittat eunuchis melius nomen a filiis, & filiabus? cum quo satis conuenit, quod Paulus scripsit, Qui iungit virginem suam matrimonio, benefacit, qui non iungit, melius facit, & de vidua, beatorum erit, si sic permanferit. Sequitur in Apocalypsi & audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum magni. Hymnos, & laudes voce canora, & modulata sonantes significat, quas virgines in ecclesia catholica vsque a temporibus

poribus Apostolorum per monasteria exercent, vt perspicere potest ex libro Philonis Alexand. quem *ἡ ἀποκάλυψις* scripsit, id est, de primis illis monachis Marci euangelistæ discipulis apud Alexandriam. Dicit autem Apocalypsis, auditam esse in cælo horum vocem, quod vt iam eorum cõuersatio, sicut ait Apostolus, in cælis est, sic etiam eorum cantus, & hymnus in cælo performant. Et vocem, quam audiui quasi citharæ eorum citharizatiuum in citharis suis. Quia cithara ex parte inferiore cantum edit, solum est corpus, nerui autem, qui pulsati sonant, symbola sunt sensuum. Quod ergo isti cithara canebant, significat eos, qui vere virgines sunt, cogitare, sicut Apostolus ait, quæ dei sunt, quomodo placeant deo, & non esse diuisos, ac proinde vnum eos concentum in suis corporibus, & animi operationibus seruare, ita vt nihil a dei voluntate in eis discrepet, sintque corpore, & spiritu sancti, qui vero vxores habent, aut nuptæ sunt, non possunt vt in fidelibus, omnes neruos æque contentos, aut incontentos habere, dum alium ad voluntatem dei, alium aliter ad voluntatem, & studium vxoris temperare cogitant. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & quatuor animalia, & seniores. Cantus psalmodum, & hymnorum, vt magnus Athanasius ad Marcellinum scripsit, index est temperationis, & harmoniæ motuum, ac cogitationum animi. & canere cithara dei laudes, significat recte temperata esse instar neruorum membra corporis. Canebant autem ante thronum, quod significat maxime acquiescere deum in virginibus propter vacuitatem sollicitudinis mundanæ, & carnalis. canere etiam coram quatuor animalibus, & xxiiii senioribus, significat eos esse potissimum expeditos ad cogitandum, & operandum quæ dei sunt, quæ continentur in Euangelio a xii Apostolis prædicato, & contento in veteri testamento Hebræis dato, quorum principes fuerunt xii patriarchæ, & a quatuor euangelistis scripto, quorum Symbola erant illa quatuor animalia, quæ Ioannes vidit in circuitu throni plena oculis ante, & retro. Quod quidem significabat vt ex diuino Dionysio didicimus, multam illuminationem, quam in oculos mentis obedienter, celeriter, pure, & sine passione ad scribendum Euangelium acceperunt, sicut oculus corporis magna celeritate, & sine vlla resistentia, & passione lumen admittit. Quod vero dixit nouum canticum, significat, pertinere hæc ad tempus noui testamenti, cuius est propria

propria hæc virtus, quæ nunc est frequentissima, vt in lege erat rara. Sequitur. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa cxxxiii millia. his enim datum est à deo, quia scilicet isti voluerunt, & non alii, & ideo non est datum aliis. Sequitur, qui empti sunt de terra. Vocat eos emptos de terra, qui non sunt amplius solliciti, quæ sunt mundi, idque propter Christum, cuius sanguine redempti sunt. Subiungit deinde Apocalypsis, Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hunc locum idem Sixtus in libro de castitate interpretatur. cum ait, vt non hoc de adulterio potius, quàm de matrimonio dictum arbitraris, subiungit, virgines enim sunt. Ceterum si de adulterio, vel de fornicatione egisset, ita eum loqui cõuenerat, hi sunt, qui cum meretricibus non se inquinant, nec laude dignos iudicasset a tanto crimine continent. hæc tenus Sixtus. Hi sequuntur agnum, quocumque ierit, quia scilicet intenti sunt semper ad cogitandum, & implendum voluntatem dei, & non sunt diuisi, vt Apostolus ait, nec in varias cogitationes, & studia distracti, sed copulati cum deo. Hoc est sequi agnum, quocumque ierit, vtpote vnitos cum eo. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo, & agno. quod fit in agris, vt ait Chrysostomus in homilia de ascensione, cum quis paucis spicis consecratis, totum agrum benedicit, hoc Christus fecit, vt totum genus nostrum per carnem eius tanquam per primitias benediceretur. Non sunt (inquit ille) primitiæ, si quis deo primum fructum offerat, & dedicet, cum sit tenuis, & infirmus, vt esse solet primus fructus terræ, sed si maturum, & perfectum. quod quidem ex lege, ait, intelligi posse. Si ingredieris (inquit) terram, quam dabit tibi dominus, & plantaueris in ea lignum ad edendum, mundabitur immunditiam eius, fructus eius tribus annis erit immundus, non comedetur, quarto autem anno omnis fructus eius sanctus erit domino. Tribus annis iubeat lex fructibus parcere, quia erant arbores infirmæ, ac fructus tenuis. nec permittebat lex edere ex eis tribus illis annis, ne priusquam primitiæ deo libarentur, homo gustaret, neque permittebat offerre, quia fructus ille indignus deo erat. sic ergo non primus adam oblatas est, tanquam primitiæ, vtpote factus obnoxius peccato, sed potius secundus Adam, qui erat liber ab omni peccato, oblatas est deo, tanquam primitiæ, vt in illis primitiis, & propter offerentis. & propter oblati dignitatem deo acceptissimis, naturæ

Leuit. 19.

illi, cui dictū fuerat in Adam, terra es, & in terram ibis, postea dicere-  
 tur, sede ad dexteram meam, haecenus Chrysostrōmus. Ad  
 similitudinem ergo, & exemplum harum primitiarum, ii qui  
 vere virgines sunt propter sanctitatem corporis, & spiritus, & p-  
 pter maturitatē, & perfectionē fructus, sunt taquam primitiæ  
 quædam oblatae deo, & ex hominibus electæ, vt præcipuæ, ante-  
 cellunt enim coniugibus, & viduis. Conuenit cum his primitiis  
 virginalibus, quod multi patres centesimum fructum Euangeli-  
 cæ parabolæ ad excellentiam gratiæ, & meriti virginalis referen-  
 dum esse putauerunt. quorum interpretationi perhibet ( inquit  
 Aug. in lib. de sancta virginitate) præclarissimum testimonium  
 ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notū est, quo loco mar-  
 tyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramentum  
 recitentur. Dicit itaque emptos esse primitias deo, & agno, quia  
 fructum centesimum, idest, perfectum, & maturum fructum san-  
 ctæ suæ virginitatis deo obtulerunt ppter charitatem Christi,  
 cuius sanguine redempti fuerunt. sequitur, Et in ore eorum nō  
 est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronū  
 dei. Significat, vere virgines esse, idest, sanctos corpore, & spiritu,  
 vt Apost. ait, illæ enim virgines fatuæ, quæ iuxta parabolam euā-  
 gelii, non sumpserunt oleum secum, vt haberent lampades ardē-  
 tes, virgines quidem se dicebant, sed falso, non enim erant veræ  
 virgines, quōd lucem & testimonium honorū oprum non ha-  
 berent coram deo, idest, secundum iudiciū dei, qui cor intuetur.  
 hoc enim significat, ante thronum dei, licet coram homini-  
 bus, idest, secundum iudicium hominum, qui vident ea quæ ap-  
 parent, virgines essent secundum carnem. Hæc est doctrina pudici-  
 ca, & casta ecclesiæ catholicæ de virginibus, quam dominus bea-  
 to Ioanni in Apocalyp. sua reuelauit. Cum qua quanta sit Euā-  
 gelii, & apostoli Pauli, & Esaiæ conuenientia, nemō est, si pau-  
 lum aduertat secundum spiritum, qui non intelligat. Illud præ-  
 tera hic obseruauimus, vt de hoc quoque obiter admoneam, quōd  
 statim sequitur in Apocalypsi de altero angelo viso volare per  
 medium cœli, & habere Euangelium æternum, vt euangelizaret  
 sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, &  
 linguam, & populum, dicente magna voce, Timete deum, & da-  
 te illi honorem, valde conuenire cum illo ipso Esaiæ loco de eu-  
 nuchis. postquam enim prophetauit de eunuchis, sic nāq; voca-  
 uit

uit virgines, statim quoque, vt Apocalypsis, subiunxit de voca-  
 tione gentium, dicens, Omnes bestię agri venite ad deuorandū,  
 omnes bestię saltus. Bestias enim appellat omnes gentes, vt po-  
 te non mitigatas cultu legis Mosaicæ, nec seueritate eius sub-  
 actas, & domitas. Inuitauit vero ad deuorandum nempe agnum  
 illum mysticum, de quo pauloante in Apocalypsi meminimus,  
 quod non ego primus sic interpretandum esse duxi, sed ante me  
 Cyrillus, quem libenter sequi solemus. Significat ergo (inquit)  
 datam esse vocatis ex gentibus omnem copiam charismatum, ap-  
 positamq; illis esse mensam viuificam. Comedunt enim ipsi ip-  
 sam vitam, facti participes Christi, & concorporales τὸν ἀγνον, a-  
 gnum ergo mysticum, idest, eucharistiam intelligit, quæ in scri-  
 pturis sanctis, & apud sanctos patres τὸ ἀγνον, idest, sancta dici so-  
 lent. Sed haecenus de Apocalypsi. Differamus deinceps de aposto-  
 li Pauli ad Corinth. epistola, in qua diuina quædā de cōtinētia, &  
 virginitate scripta sunt. Sed quia hic quoque, qui se Euangeli-  
 cos appellant, scripturas legūt, & quæ ab apostolo Paulo de Vir-  
 ginitate, & continentia coniugum scripta sunt, ad suam ipsorū  
 perditionem deprauant, libet multis aliis prætermisis, ( multi  
 enim tum Græci, tum Latini sanctissime, & sapientissime hunc  
 locum in commentariis suis tractarunt) ex vnus Sixti, cuius pau-  
 loante meminimus, sanctitate, & scientia sanctarum literarum excel-  
 lentis libro de Castitate loci huius recitare tractationem, quæ  
 tota in interpretatione Pauli versatur, vt saltem erubescant no-  
 ui magistri Euangelici, cum sensu suo sine auctoritate vllius ca-  
 tholici patris contra tantum, tam sanctum, tam grauem, tam eru-  
 ditum, tantæ antiquitatis auctorem Paulū interpretari audent.  
 Huius vero auctoritate, & interpretatione potissimū vsus sum,  
 quod sic apostoli epistolam hac sua de castitate epistola interpre-  
 teretur, vt ante ceteros Pauli interpretes in hæreticos virginitatis  
 & continentia inimicos, & Pauli deprauatores in loci huius tra-  
 ctatione intueri videatur. Is ergo, (vt inde recitare incipiam, vn-  
 de quæstio, & dubitatio Corinthiorum orta fuit) dico, (inquit)  
 Apostolum in prima sua ad Corinthios prædicatione non aliam  
 magis, quàm virginitatis, & pudicitia annunciasse doctrinam,  
 & hoc præcipue demādasse, vt nouæ legis cultores noui aliquid  
 exercerent, & in Christo credentes; Christus passus est pro no-  
 bis,



bis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius. Quæ causa postmodum fecit, ut Corinthiis apostolum, necesse esset, consulere, dum quidam per incontinentiæ calorem, pudicitia viderentur refragari doctrinæ. Nam, ut superius dixi, si nihil aliud audierant, quid opus erat, eis de re manifesta aliquid interrogare? semper enim antea matrimonii copulam exerceri licebat. Sed dicis, cur hæc Apost. non ante prævidit, & ita doctrinæ suæ modum temperavit, ut nihil reliquissè videretur ambiguum? Sed etsi prævidit, hoc boni doctoris fuit, rem, quæ infirmis debebatur, non tam ultro offerre, quam rogatum indulgere. Prudentem fuisse architectum putem, qui ad cõualescentis iam ægri commodum præcipiat ei, ut ab omnibus se penitus abstinere: et si æger ille tantæ fragilitatis noluerit habere patientiã, ut ab omni se pomorũ genere abstinere, necesse erit medico, ne infirmus graviora præsumat, eidem leuiora cõcedere, tamen quod suum fuerat, voluit eum perfectæ abstinentiæ securitate gaudere. Ita & beatus Apost. pudicitia, & castitatis amator optat primũ potest fidere omnes, quod bonum est, sed si quis reclamauerit, ne illicita contingant, licita concedit, & velut inuitus indulget. Sed ut eum incontinentiæ licentiam non sincera uoluntate præstitisse, manifestiore voluntate clarescat, ipsius iam verba ponamus. De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem nõ tangere. Hoc primum scribendo tradit, quod iam docendo tradiderat, & puto dubium non esse, idem voluisse, quod & in prima sententia posuit, & bonum esse professus est. Sed de qua muliere illum dixisse, credendum est? de aliena non puto, neque. n. Corinthii tam vecordes erant, ut hoc Apostolum interrogarēt, an eis aliena liceret matrimonia violare, quod citra vilius disciplinæ interdictum, etiam ipsa natura damnabat. Hoc propter eos dixi, qui nimio ardore libidinis scripturarum veritatem peruersa nituntur interpretatione subuertere. Si ergo ratio nõ concedit, ut de aliena dixerit, restat ut de propria dixisse credatur, quod inde etiam probat, quod in secunda parte ait, dico autem non nuptis, & viduis, quibus si iam superius fuerat locutus, superuacuum fuit iterare sermonem. In tertia autem de virginibus. Sed reuertar ad primam, in qua non viduis, & virginibus, ut quidam imperite existimant, sed matrimonio iunctis propriè scripsisse manifestum est. Bonum est homini, mulierem nõ ducere, quia

quia de iis qui iam duxerant, disputabat &c. Et paulo post, deinde cum dicis, bonum est homini, mulierem suam non tangere, videris ostendere, malum esse, si tangat, nihil enim bono contrarium est, nisi malum. An hoc more malum accipiendum est, quod etsi absque peccato incontinens esse poterit; multo inferiore gradum teneat? malum est enim cuiquam nõ esse, quod melius est. Etsi bonum est hominis, susceptam in matrimonio iam feminam non contingere, quanto melius est omnino susceptam non esse? facilius enim quis quod non habuerit, nec cogitarit, quam quod habuerit, spernet, nemo enim iuxta ignem positus extraneus est a calore. Deinde sequitur, propter fornicationem autem vnusquisque uxorem suam habeat, habeat dixit, non ducat, propter fornicationem, inquit, ostendit, quod existente necessitate, eius rei licentiam indulerit, a qua superius voluerat abstinere, fornicationis scilicet. Et cum causam monstrat, propter quam matrimonium illis haberi permiserit, videtur ostendere citra eam, propterquam conceditur, non licere, in quantum. n. illud causa interueniente concessisse dignoscitur, in tantum eadem causa vacante, propterquam concessisse visus est, denegasse censetur. Et paulo post, sequitur, mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Quid est hoc, nisi quod prouocante altero, & vim quodammodo altrinsecus inferente, nullus vnquam corporis sui motum casta valeat patientia custodire. Et dum nunquam continentes existunt; semper orationis, & communicationis bono, mutuo fraudentur instinctu, quod præcipue continentibus habere conceditur, eodem Apostolo dicente, Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, id est, paruo tempore continentes estote, ut largiore spatio orationi vacare possitis, & iterum ad id ipsum reuertimini. Post orationis scilicet continentiam ad matrimonii usum redire permittit, si tamen incontinentiam necessitas exegisset, ne & tentet vos sathanas propter incontinentiam. Et paulo post, aduertat ergo prudentia tua, quale bonum sit, quod ab oratione retrahit, quod Christi corpore ad tempus remouet. Nam quod communicatione incontinenti non expediat, hoc manifestissime declaratur, quod etiam oratio illi quodammodo interdicitur, quam communicatione minorem esse ex hoc manifestum est, quod non omnibus orantibus communicare licet, omnibus vero etiam non comunicat.

nicantibus orare permittitur. Sed & hoc in vetere testamento euentius declaratur, vbi scriptum est, Omnis mundus manducabit carnem, & qui manducat carnem sacrificii salutaris, quod est domino, & immunditia eius super ipsum, exterminabitur anima illa &c. Et paulo post, Lex tantum incontinentiæ sacrificia abstulit, gratia vero ipsam etiam orationis instantiam, vt hic etiã illud videamus impletũ, nõ veni soluere legẽ, sed adimplere. Et paulo post interpretatur illud Ioannis, hi sunt, qui cum mulieribus non secoinquinarunt, dictum esse de matrimonio iunctis, sequitur enim, virgines enim permanserunt. quod si de adulterio, aut fornicatione egisset, ita eum loqui conuenerat, hi sunt, qui cum meretricibus non secoinquinarunt, nec laude dignos iudicasset, a tanto crimine continentes esse. Et paulo infra, sed vnusquisque (inquit) proprium donum habet, alius quidem sic, alius vero sic. Quid agis Apostole? donum dicis, quod vix potiri concedis? si donum est matrimonii copula, ergo & pagani dono dei gaudent, & si donum dei est, quomodo bonum est homini, mulierem non tangere, nõ quid bonum est homini dono dei carere? Similiter, si Virginitas dei dono potius cõfertur, quam propria hominis voluntate seruatur, ergo præmio caret, nullum enim donum est, quod mereatur donum. Nam & oculi nobis, & manus, & cetera membra donata sunt, non tamen pro eorum possessione aliquo præmio munerabimur, nisi ea pro arbitrii nobis libertate concessa proprio motu, & voluntario nisu ab omnibus malis actibus retrahendo ad bonorum operum formemus officia. Et si dei ordinatio hæc est, vt alios virginitatis, alios matrimonii donatione disponat, quomodo Apostolus aliud se velle profitetur, id est, omnes esse sicut seipsum, si hoc omnino fieri non poterat? si diuersis necesse erat, possidere dona diuersa? aut nõ quid Apost. aliquid aduersus dei dispositionem voluisse credendus est? vel cur ab omnibus exegit, quod in dei pendebat arbitrio? Quod si hoc stare nullo modo potest, quomodo ergo intelligendum est, vnusquisque proprium donum habet a deo, propriæ scilicet voluntatis, iuxta quam illi non modo nubendi, & non nubendi conditio, verum etiam boni, & mali, mortis & vitæ electio datur, scriptura dicente, Ante hominem bonum, & malum, vita & mors, quod placuerit ei, dabitur illi. Postea sequitur, dico autem non nuptiis, & viduis, bonum est, si

sic

sic permanserint, sicut & ego, cur hoc illis dicit, si ipsorum proprium non erat? quod si non se continent, nubant, non dixit, si hoc eis deus non donauerit, nubant, quod eum dixisse conuenerat, si hoc non spontaneæ voluntatis sciebat esse, sed doni. Melius est nubere, quàm vri, inde nubere melius est, quia malũ est vri, suspitiosum bonũ est, quod graui pœna melius existimatur. De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do. Nunquid leue putas, dei saltem aspernari consilium? nam sicut præceptum non dedit, quod non habebat, ita consiliũ non dedisset, nisi hoc a domino accepisset, ergo quod habebat, dedit, qui non dedit, quod non habebat, consilium, scilicet, & nõ præceptum, quod inferius manifeste ostendit, cum ait, beatorum autem erit, si sic permanserit. Et paulo post, si iterum tibi dicat, quid facimus? quia alio loco boni consilii præuaricatores esse quodammodo prohibemur, scriptura dicente, Noli contemnere consilium bonum, constringet te, aut negare, bonum consilium dedisse Paulum, quod nullus sanæ mentis audire patiatur, aut cognoscere, illicitum esse, contemnere. Existimo autem hoc bonum esse, propter instantem necessitatem, id est, præsentem, hæc autem præsens necessitas est noui testamenti, ni fallor, cuius nobis ampliorem gloriam adipisci volentibus, hæc prima necessitas est, vt in integritatis perseverantia Christi viuamus exẽplo. Deinde, vt ab omnium negotiorũ sæcularium exuti curis, eius per omnia mandata facilius obseruemus. Et paulo post, & quia dixerat, existimo, hoc bonum esse propter instantem necessitatem, ne cui existimationis sententia videretur incerta, statim subiunxit, & prioris dicti ambiguitatem sequentis definitione restituit, dicens, quoniam bonum est homini, sic esse. Seruat Apost. per omnia suum gradum, & nequaquam sententiæ suæ ordinem mutat, id etiam virginibus affirmans, quod & viduis dixerat, & maritis, bonum esse illis, in castitatis perseverantia permanere. Sequitur, Alligatus es vxori, noli quærere solutionem, solutus es ab vxore, noli quærere vxorem, nemo euentis sententiæ intellectum falsa interpretatione corrumpat. Et paulo post, de virginibus hoc loco, non de matrimoniis tractabat Apost. Denique ita exorsus est, de virginibus autem præceptũ domini non habeo, cõsilium autem do, igitur quicquid in hac causa dixerit, ad virginitatis exhortationem referendum est. Cũ di-

P

cit

cit ergo, alligatus es vxōri, nōli quærere solutionem, & solutus es ab vxore, noli querere vxorem, non ad aliud, quàm ad cœlibatum doctrina pertinet. Sed in sequentibus, in quies, Sententiã suã mutauit Apost. dicendo, Si acceperis vxorem, non peccasti, etsi nupsit virgo, non peccauit, si bene intelligis, nō mutauit, nefas est, nos eum variũ, & mutabilem suspicari, quem diuinã sapientiã credimus grauitate fundatum. Dicendo enim, solutus es ab vxore, noli quærere vxorem, de illis proprie loquitur, qui esse poterant continentes, scilicet de illis dicit, qui facile possũt, quia minus tentari soleant, vt ex iis, quæ sequuntur, intelligi potest, statim enim subiungit, recogitans iterum, & morem suum erga illos seruans, qui de incontinentia querebantur, repetit dicens, etsi acceperis vxorem, non peccasti, idest, incontinens, nequid deterius facias, etsi nupsit virgo, non peccauit, inter nō peccare enim, & laude dignum agere, infinita distantia est. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, Quid boni in nuptiis remaneat, nescio; quando in illa substantia tribulantur, in qua sola videbantur habere lætitiã. Ego enim vobis parco, Vide qualis cōditio sit, quæ sibi parci desideret. Hoc autem vobis dico fratres, tempus breue est, Breuitatem temporis opposuit, vt vel sic nuptiarum desiderium excluderet. Et paulo post, & nequis diceret, quomodo ergo stare poterit mundus; præuenit in sequentib. dicens, præterit enim figura huius mundi, Hoc est dicere, Nolite de eo solliciti esse, qui præterit, Volo vos sine solitudine esse, Debemus & nos velle, quod Paulus. Qui sine vxore est, sollicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat deo, qui autem cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Interrogo te, cui potissimum placere desideras, vxori, an deo? si vxori, videberis deo præposuisse luxuriã, si deo, vxorem habere quomodo poteris? quam qui habuerit, non ita, vt cœlebs deo placere posse. Apostolo dicente sentitur, si vxori, & deo, ineptam, & difficilem, & non secundũ Apostoli definitionem videberis protulisse sententiã, & te cœlibi præposuisse, qui deo tantum placet, si tibi, & vxori, & deo similiter placere possibile sit, nihil proderit nō accepisse vxorem, si accepisse nihil oberit. nihil enim obesse poterit, si deo tam vxoratus, quam cœlebs placebit. Et paulo post, nam illam sententiã, quam ignorantibus proferre moris est, qui nubit, bene facit

cit, & qui non nubit, melius facit, nusquam Apostolum dixisse inuenies. Sed neq; fieri poterat, vt alibi nubentem laudaret, qui dixerat alio loco, bonum est homini, mulierem non tãgere. Dic plane bene facere patrem, qui luxuriosã filiam nuptũ tradit, nequid deterius exerceret, pater ergo laude dignus est, qui filie incontinentiã prouiderit, quomodo & Apostoli erga incontinentes laudanda prouidentia est, illi vero laudandi nō sunt, qui, quod erat melius, perdiderunt. Sic nobis intelligenda est scriptura, ne alicubi videatur sibi contraria, nusquam enim inuenies Apostolum sponte, & non aliqua causa, vel necessitate cogente nuptias indulgisse, quod per facile probare possem, nisi longum esset, si per omnes eius epistolas currere vellem, quibus magis ingerit in præsentì tempore mortificari nos cum Christo debere, quàm carnis expetere voluptatem. Qui sunt (inquit) Christi, carnem suã cum vitiis, & concupiscentiis crucifixere, sollicitè artende, & animaduerte concupiscentias a vitiis segregasse, vt ostenderet, ab iis, quos Christi esse determinat, tam peccatorum vitia, quàm nuptiarum concupiscentiam, quæ immunditiã potius, quàm peccato reputãda est, debere crucifigi. Et paulo post, quomodo stabit mundus? quomodo humani generis origo cōsisteret, si procreationis causã non fuerit? Satis prouide, & rationabiliter, & pudenter, hoc ergo Christus non vidit, quando omnibus voluntati castitatis generaliter maximum præmium promittendo, omnes sine dubio esse tales optauit. Neque gratiosus, aut personarum acceptor fuisse credendus est, vt eius præmii, cuius aliquos dignos esse voluit, non omnes optauerit. Sed forte dum nimio castitatis occupatur amore, mundi, & creaturæ suæ statum oblitus est. O si illo in tempore tales, quales nũc sunt, cōsiliarios habuisset, quid faceret? putas, credendo doctrinã suã reformaret? & quod castitati pollicitus est, nubentibus promississet? O nimia, & intolerabilis humanæ sapientiæ audacia, quæ vsque eo prorumpis, ut te sapientiozem deo iudices. Et paulo post, quæ stoliditas est, non magis homines simpliciter seruare, quod sciunt, quàm arguere, quod nesciunt? Deinde, quid tantum de mundo sollicitus es, in quo hospitis more peregrinã agere iuberis uitã? qui si uere Christianus es, odio mundi uiuas, necesse est, dicente domino, Si de hoc mundo fuissetis, mundus, quod suũ erat, diligeret, quia uero de mundo non estis,

sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Quo- modo enim de mundo non es, qui pro mundo sollicitus es? vel quomodo te, ut alienum odisse poterit, cuius procurator existis? eritis (inquit dominus) odio omnibus hominibus propter no- men meum, Quibus? mundanis, ni fallor, atq; carnalibus, qui nos idcirco odio habent, quia videmur aspernari, quod diligunt. & quomodo non diligit mundum, qui malit præmium virgini- tatis amittere, quàm mundi statum deperire? Et paulo post, sic dicis, quomodo stabit mundus? quasi æternitatem eius legeris, aut ita a deo constitutum scias, ut perseverare perpetuo possit, aut si certus es, eum quandoque finire posse, quid de eius stabili- tate sollicitus es? Et paulo post, sed ne dubites, finiendum esse, au- di scripturâ, Sed tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt, tu autem permanes. & in euan- gelio, cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transi- bunt, volens nos de verbis suis, magisquam de transeuntis mun- di statu esse sollicitos, & Apostolus, præterit figura huius mûdi, & Ioannes, qui idcirco mundi noluit nos habere dilectionem, quod in brevi eius terminum nosset, nam cum dixisset, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, in sequentibus ait, & mundus transibit, & concupiscentia eius. Sed etsi certus esses, mundum in æternitate debere persistere, nihilominus tamen domini tui implere debueras voluntatem. Sed quando deus vo- luerit, inquit, dissolvendus est mundus, si quando ille voluerit, nihil ergo proficiet tua cura. Et paulo post, illud autem quale est, quod in oratione tua regnum dei celerius venire postulas, p- cuius statu nuptiarum causa sollicitus es? Vnde intelligi datur, quod aut oratio tua infidelis est, aut cura tua superflua. Sed ha- ctenus de continentia, & sancta virginitate, de qua non quidem omnia, imo neque multa, sed pauca quædam tum nostra, tum aliena scripsimus, quæ vero consulto prætermisimus, ab iis peti- tur, qui de virginibus, & virginitate libros eruditissimos com- posuerunt, qui sunt non pauci, tum Græci, tum Latini auctores hoc tantum, quàm breuissime potui, volui ostendere, dogma de excellentia virginitatis secundum carnem, & spiritum, proprium esse Verbi dei, pertinereque ad eius Characteres, expressasque notas. ex quo efficitur, ut non sit Verbum dei, verbum euange- licorum, qui hoc dogma negant, imo tradunt, non licere, votum  
facere

facere perpetuæ virginitatis, quasi nihil sit in nobis, quod ad eam seruantiam efficere possimus, de quo dicam in extremo loco de cœlibatu, cum ad hoc respondebo. Nunc vero quid factio opus sit, ut seruetur, admonuisse videtur Esai. in eo loco, quem paulo ante obseruauimus, & cum Apocalypsi contulimus. Hæc (in- quit) dicit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint testamentum meum. Hæc scilicet sunt, quæ faciunt, ut quis se, iuuante deo, castrare possit, p- pter regnum cælorum, primum quidem temperantia, vnde Paul. nolite (inquit) inebriari vino, in quo est luxuria. Qui enim in- dulget ventri, quod euangelici nauiter faciunt, & castitatem pro- fitetur, similis est, ut quidam dixit, ei, qui dicit se vim ignis in sti- pula cohibere. Deinde non vagari, neque curiosum esse, neque loqui, quæ non oportet, id est, continere pedes, oculos, linguam. Vnde Apost. de viduis illis dicitis deo, impudicis, & sacrilege nu- bentibus dixit, circuire domos, curiosas, & verbosas, & loquen- tes, quæ non oportet. Et apud Salom. impudica mulier describi- tur de fenestra prospiciens, vaga, quietis impatiens, neq; valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Item Dina filia Lia egressa, ut videret mulieres regionis illius virginitatem amisit. Hæc igitur qui ca- uet, is quidem mystice agitatur vetus sabbatum, in quo non lice- bat, cibos coquere, quod temperantiam in ænigmate docebat, neq; licebat, ut est in Exo. egredi de loco suo, sed apud semetip- sum manere, lex iubebat, quod erat, alienum esse ab omni curio- sitate vagandi, videndi, loquendi, & a vitio obsequendi volunta- ti suæ. Est aliud præterea necessarium ad superandum naturam, & sustinendum eunuchismum, scilicet apprehendere testamen- tum Christi, id est, ut Christus dilexit ecclesiâ, & tradidit semetip- sum pro ea, ut illam sanctificaret, ac mundaret, sic oportere velle nos ad exemplum eius tradidere illi, & ita placere, ut simus casti corpore, & spiritu. Hæc facere, qui non vult, non est ei da- tum, ut continens sit, qui vero vult, datum est, velle autem hæc quemadmodum, & quatenus sit proprium voluntatis nostræ, explicabo, ut dixi, cum ad calcem tractationis de cœlibatu per- uenero. Nunc agrediamur cœlibatum sacri ordinis, & diuinum de eiusmodi cœlebatu dogma ab Apostolis traditum, & prædi- catum ex scripturis sanctis, id est, ex Verbo dei, si possumus, cõ-  
clu-

cludamus, ac demonstramus, incipiam ergo a Deut. in quo Leuiticam, & sacerdotalem noui testamenti professionem, & castitatem diuina auctoritate sancitam, descriptam esse, non negabit, nisi qui simul neget, benedictiones illas Moyses spiritum prophetiæ in historia continere, neque credat Apostolo, qui ait, omnia in figura contigisse illis, scriptaque esse ad nostram admonitionem. Ergo Moyses benedicens Leuiticæ tribui, in cuius locum, ut ait Clem. Rom. in lib. vi. de Doctrinis apostolicis, optimi qui que cuiusque generis ad sacerdotium eligendi successerunt, in quibus non maculæ corporis, sed vita, & religio spectaretur, benedicens, in quam, **Dare** (inquit) Leui manifestationes eius, & veritatem eius viro sancto. Rationale significat, quod erat in epomide summi sacerdotis circa medium pectoris, in quo rationali, ut in Exodo, & Leuitico scriptum est, iussit dominus ponere manifestationem, & veritatem textiles, quæ doctrinam significabant, quam in episcopis, & presbyteris Apost. requirit, quos esse vult ad docendum idoneos, ut possint in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt arguere, sicut Moyses ex genere Leui multitudinem arguit ad aquas contradictionis, cum dixit, **Audite rebelles, & increduli, & quæ sequuntur.** Ut enim de hoc admoneret, subiunxit statim, **Quem** tentauerunt in tentatione, & conuertiati sunt ad aquas contradictionis. Sequitur deinde, **Qui** dicit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nesciuit filios suos. Significant hæc, sacerdotes, & Leuitas debere, non esse sollicitos, quæ sunt mundi, sicut Apost. ait de innuptis, & virginibus, quod si nõ debent esse solliciti, quæ sunt mundi, consequens est, ut neque debeant, dare operam coniugio, qui enim cum vxore est, ait Apost. cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Idem docuit Dionys. Areop. de episcopis, & sacerdotibus in eccl. hier. debere eos omnes pariter appetitus carnales continere, & Christi vitam virilem per omnia imitari. Cum dixit, omnes pariter appetitus carnales, profecto diuinus Dionysius appetitum quoque concubitus cum vxore propria complexus est, quod quidem non ab alio, quam ab Apostolis didicit. Sacerdotes ergo, & leuitas nescire patrem, & matrem, fratres, & filios, nihil aliud est, quam renunciare consuetudini seculari eorum, qui dando operam coniugio, domos, & familias constituunt, quæ ex patribus, matribus, fratribus, liberis,

beris, aliisque horum necessitatibus, & cognationibus constat. Non est a me primum excogitatus hic sensus, Clementem Alexand. secutus sum, qui similem locum euangelii similiter interpretatus est. Qui non odit (inquit) patrem, vel matrem, vel vxorẽ, vel filios, non potest meus esse discipulus, non iubet (inquit) odio habere genus, honora enim (ait) patrem, & matrem, ut bene sit tibi, sed potius ne appetitis (inquit) a ratione alienis seruias, neque politicos mores contrahas, domus ex genere constat, ciuitates verò ex domibus, sicut & Paul. eos, qui coniugio vacarent, mudo, dixit, placere. hæc Clemens. Interpretatus itaque est, locum euangelii de iis, quibus in primis, & proprie conuenit, esse Christi discipulos, ut sunt tum *οἱ ἰδρωυλλῖοι*, id est, episcopi, sacerdotes, diaconi, & hypodiaconi, tum *οἱ ἀπὸ τῶν μοναχῶν*, id est, monachi, cum quo sensu mirifice congruit, quæ statim sequitur parabola de eo, qui vult turrim ædificare, qui prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum, quæ parabola, ut ait beatus Chrysosto. in libr. de sacerdotio, docet tentandas, explorandasque esse nostras vires prius, (inquit) quam munus ædificandi alios, ut sacerdotii, aut episcopi suscipiamus. Eodem pertinet proxima parabola de eo, qui vult ire ad committendum prælium, scilicet cum hostibus domesticis, & externis, tum propriis, tum eorum, quos suscepit defendendos, & instituentos, tanquam pastor, & doctor, exploratis prius viribus, & eiectis omnibus impedimentis sequendi Christum magistrũ. Deinde subiungit parabolam de sale, quæ proprie conuenit episcopis, & sacerdotibus, & leuitis secundum analogiam. Hæc breuiter attigi, ut admonerem, quod Clemens hunc euangelii locum de iis interpretatus est, qui non debent esse solliciti, quomodo placeant patri, aut matri, aut vxori, id est, qui non debent dare operam coniugio, consentaneè retulisse ad eos, qui in ecclesiastica politia proprie discipulos Christi profiteantur, cuiusmodi sunt episcopi, presbyteri, leuitæ, ut sicut Christus eorum magister non est natus ex viro, & muliere, sic etiam, ut ait Cyril. Hierosolymitanus, qui bene ei administrent sacra, a quacunque muliere se abstineant. Huius loci interpretationem, ut multorum aliorum ab eis Clementem accepisse, probabile est, quos se dicit audisse, eos scilicet, qui Petrum, & Ioãnem, & Iacobum audierunt. Huc ergo nos secuti, locum Deut. similiter interpretati sumus de sacerdo-

Deut. 33.

cerdotibus, & Leuitis, qui est valde similis, & eodem pertinens, nisi quod hic non meminit Moyses de vxore, non enim dixit, qui dicit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & vxori suæ, nescio te, sed vxore prætermissa, transiit ad fratres, scilicet propter imperfectionem Iudæorum, quibus probrum erat, steriles esse, & gloria liberorum procreatio. Est ergo hoc loco mirabilis scripturæ sanctæ æconomia, & artificium, vt quod in Deut. tacitū est de vxore, in euangelio sit expressum, & quod in eo loco euāgelii non est expressum de sacerdotibus, & Leuitis, hoc sit in Deuter. vt iam, ex vtraque scriptura in vnum copulata secundum spiritum, verbum dei sit de sacerdotibus, & Leuitis, qui dicunt vxoribus, nescio vos, quia non sunt amplius solliciti, quomodo eis placeant, quod est, quodammodo odisse eos secundum euangelium. Sed videamus, quod sequitur, quod huc quoque non parum pertinet, postquā enim dixit de Leui, Custodiuit eloquia, & pactum tuum seruauit, ostendent iustificationes tuas Iacob, & legem tuam Israel, quia scilicet, vt ait Malachias, Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, subiūgit, ponent thymiama coram te semper in altari tuo, sic enim est apud Ixx. ob hanc quoque causam consulit Apost. cœlibem esse, Ad utilitatem vestram (inquit) non vt laqueum iniiciā, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Quare cui necessaria fuerit assiduitas ista perpetua obsecrandi, consequēs est, vt eidem necessarium sit semper cœlibem esse, est autem necessariū sacerdotibus, & Leuitis, sicut scriptum est de ipsis, ponent thymiama coram te semper in altari tuo, sicut idem Apost. dixerat coniugibus, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu, vt vacetis orationi, ergo quibus non ad tempus, sed semper vacandum est orationi, sicut hic vult scriptura, sequitur, vt non possint vacare rei vxoriæ. Quia vero difficilis est ista perpetua continentia, imo nemo potest esse continens, nisi deus dederit, ut est in Sapia Salomonis, ceteraque imitatio vitæ Christianæ item difficilis, ministris eius sacris tanquam propriis discipulis in primis ad imitandum proposita est, idcirco subiūgit, Benedic domine fortitudini eius, & opera manuum eius suscipe. Hanc autem tutelam dei, ut Dion. ait, in quam traduntur ministri sacri, qua paternè (inquit) confirmantur, sacrasque vires capiunt, & aduersariæ potestates repelluntur,

Intur, designat illa manuum, cum consecratur, impositio, quæ docet præterea, ut idem ait, ut omnia quæ ad sacrum ministeriū pertinent, fiant tanquam auctore, & præside deo. Subiungit deinde Moyses huius tutelæ vim, atque effectum, inquit, Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt deum, non confurgāt. hoc est, quod ipse dominus ministrorum sacrorum sacre politiæ promissit ecclesiæ catholicæ super Petrum principem eorum fundatæ, cum dixit, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, portas enim inferi uocauit inimicos insurgentes ad deuorandum eam in star inferni, qui, sicut ait propheta Esa. aperuit os suum absque vlllo termino. Hactenus ex Deuter. Ridebunt forsasse Euangelici, qui nihil præterquam quæ totidem uerbis expressa sunt in scripturis, audire uolunt, aut pro Verbo dei habere, quod scriptura (inquiunt) perfecta sit, & scriptura dicat, Non addetis ad uerbū, quod uobis loquar, neq; auferetis ex eo quicquam. Fatemur, perfectam esse scripturam sanctam, habereque eā, quæcunque necessaria & utilia sunt ad ministeriū ædificationis ecclesiæ in consumationem sanctorum, sed ita habere, ut non omnia expresse tantum, sed partim demonstratiuè, & ut ait Dion. ἐπισημαστικῶς cōtineat, ut principia continent cōclusiones. quod impositio scripturæ super caput episcopi, cum ordinatur, ut idem Dionys. tradit, designat. Eorum uero, quæ scripta non sunt, scientia obscurior, & difficilior est ex traditione Apostolorum, manans, & ad theologiam mysticam, & demonstratiuam spectans, quæ ex doctoribus scholasticis catholicis sanctisque patribus, qui ad docendum idonei fuerunt, tute, modeste, pie, & sancte discitur. Neque qui sic scripturas interpretatur, quicquā addit sermonibus dei, aut scripturis sanctis, quas multi nescientes errant, ut Dominus dixit Saducæis. Vt hic in cœlibatu, etsi non sit in scripturis expressum, ut sacri ordines abstineant se ab uxoribus suis, est tamen ab Apostolis traditum, & non additū scripturis, sed ex eis demonstratum, ut conclusio ex principiis, quorū utrūq; per multos testes in ecclesia catholica audiuius, quorum testimonia paulo post recitabimus. Hactenus de Deut.

Venio ad epistol. beati Petri, Qui postquam episcopis, & præbyteris præcepta dedit de sollicitudine pascendi oues, de moderatione, de vacuitate auaritiæ, & de humilitate, subiunxit, Omnia sollicitudinem uestram proicientes in eum, ipsi enim est cu

Q

ra

ra de nobis. Quod quidem illa, quæ sequuntur, quæ statim explanabimus, faciunt, vt conuenienter illis interpretemur de eo, quod debeant isti, si vxores habeat, esse tanquam non habentes, & sicut Apost. ait, non quidem solliciti, quæ mundi sunt, quomodo placeant vxoribus, sed solliciti tantum, quomodo placeant deo, vt non sint diuisi, quod est proiicere omnem sollicitudinē in eum, quia ipsi sit cura de eis, sub cuius potenti manu sunt. Quod ipse eos protegat aduersus potestates aduersarias, & eum in omni actione auctorem, & ducem habere debeant. Vtrunq; enim designat illa manuum impositio super capita eorum, cum consecrantur, vt paulo ante Dionysium sequens dixi. Itaque nō dixit proiicientes sollicitudinem, sed proiicientes omnem sollicitudinem, quod profecto non conuenit *τῶν κοινῶν*, id est, secularibus, qui vxoribus, quas tanquam corpora sua nutriunt, & fouent, placere student, ita vt secundum legem coniugii, cui vacent, necesse sit, diuisos esse. Subiungit deinde accommodate ad id, quod modo interpretati sumus, sobrii estote, & vigilate. *ἡσυχία* enim, quod solū significat, sobrium esse, contrariū est *τῷ μεθύειν*, quod significat, ebrium esse. Est autem cum primis honestum, vt Philon Alexandrinus in lib. de ebrietate ait, sobrios, & sui cōpotes sacerdotes debere accedere ad preces, & sacrificia, quod lex postulabat, cum iussit Aaron, & filiis eius, vt vinum, & siceram non biberent, cum in tabernaculum testimonii ingrederentur, & cum accederent ad altare. Idem rursus in libr. de Noe postquam euigilauit ex vino, sobrietas (inquit) somnū depellit, qui obliuionem, & ignorantiam creat. qui vero vigilat, potest ille quidem acute cernere, quæ sunt contemplatione digna. Quod autem sequitur, Quia aduersarius vester diabolus, tanquā leorugiens circuit, quærens, quem deuoret, simile est, atque illud Pauli de incontinentibus coniugibus, & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos sathanas, propter incontinentiam vestrā. Sed illis quidem permittit, secularibus, inquā, post tempus orationis redire ad opus coniugii, ne incidant in tentationem incontinentiæ. His vero quia semper vacandum est orationi pro se, & pro populo, iubet sobrios esse, & vigilare, ne incidant in tentationem redeundi ad opus coniugii. Vt. n. incontinentibus tentatio est, accedere ad alienam, sic consecratis tentatio est, accedere amplius ad suam. Illa vero similitudo, tanquam leo rugiens circuit

cuit quærens, quem absorbeat, vel deuoret, mirabiliter declarat, sermonem fieri de continentia horum, quod ex sapientia Sirachi potissimum intelligere licet. Loquēs enim de peccatis luxuriæ, duo (inquit) genera multiplicant peccata, id est, duo sunt, in quibus homo peccat, animam, & carnem polluendo, quod Apost. dixit, peccare in corpus suum eum, qui fornicatur, hoc enim est hic, multiplicare peccatum. Sequitur, Anima calida, & ignis ardens, id est, vnum genus est, cum quis in corde flammam libidinis concipit, non (inquit) extinguitur prius, quam absorbeat, id est, priusquā anima titillatione voluptatis vincatur, iam hic eodem verbo Græco vsus est ecclesiasticus, quo vsus est Petrus, quod interpres Latinus vertit, deuorare. Sequitur secundū genus, Et homo nequam in ore carnis suæ. Eū dicit, qui peccatū carnis corde conceptum, opere consumat, qui magis polluitur, quā prior, subiungit enim statim, Non desinet, donec incendat ignem, id est, donec consumet peccatū in carne cum quavis muliere, siue pulchra, siue deformi, hoc enim significat, qd statim sequitur, Homini fornicario omnis panis dulcis, nō cessabit transgrediens vsque ad finem. His castissimis, & honestissimis translationibus vtitur scriptura, quæ loquitur de parte genitali tum virili, tum muliebri, quasi de ore, quo bibitur a sitientibus, & editur ab esurientibus, & quasi de vase, ex quo bibitur, vt Salomon, Ne attendas (inquit) prauæ mulieri, & paulo post, Bibe aquas ex vasis tuis, id est, contentus esto tua vxore. Eandem translationem imitatus est beatus Petrus, cum hortans viros seculares ad honorandum vxores suas abstinendo ab eis ad tempus, propter orationem, Viri (inquit) similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo mulieris honorem impartientes tanquam cohæredibus gratiæ, vt non impediatur orationes vestræ. Cum his translationibus mirabiliter conuenit hoc loco similitudo leonis rugientis, rugit enim, cū esurit, quærens quem deuoret, siue absorbeat, quod quidem ad os pertinet. Tertium genus luxuriæ grauioris, quod iram (inquit Ecclesiasticus) & perditionem adducit, est adulterium, quando relicta sua, itur ad alienam, de quō ait, Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, & quæ sequuntur. Ergo istos, quibus nunc beatus Petrus dat præceptum, cum tentat sathanas, & periculum est, ne absorbeantur, nō permittit, vt Paul. laicis, in id ipsum reuerti post orationem,

tionem, id est, misceri cum suis vxoribus. Sed potius quia hoc nō licet, præcipit, sobrios esse, & vigilare, & armatos scuto fidei resistere tentationi. Misceri enim non est officium sobrii, & vigilantis, sed potius non misceri. Itaque proximo superiore capite loquens idem Petrus de laicis neophytis, qui præterito tempore antequam ad fidem venirent, in omni genere vitiorum volutati fuerant, ex quibus non licebat episcopos, aut presbyteros, aut Leuitas eligere, & eos ad bene, Christianeq; viuendum hortās, Sufficit enim (inquit) præteritum tempus ad volūtatem gentium consumandam iis, qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comestationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus, in quo admirantur, non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem. Et paulo post, ne existimarent homines omni luxuriæ ante fidem assueti, licere sibi adhuc in euangelio saltem cum vxoribus intemperātes esse, legem de hoc scribit cum proœmio ad libentius obediendum accommodatissimo. Omnium (inquit) finis appropinquauit, casti igitur estote, & sobrii ad orationes, repetendum est enim *ἀπὸ κενῶν* illud, ad orationes, vt sit, casti estote ad orationes, & sobrii item ad orationes. Idem prius iusserat .c.iii. inquit, Quasi infirmiori vasculo mulieris honorem impartientes, ne impediantur orationes vestræ. Simile est, quod Paul. quoque eiusmodi laicis sæcularibus præcipit, inquit, Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus propter orationem, & rursus, Tempus breue est, pro quo hic beatus Petrus, Omnium (inquit) finis appropinquauit, Reliquum est, vt qui habent vxores, sint tanquā non habentes, & quæ sequuntur. Deinde quia erat alius ordo continentium laicorum medius inter *τοὺς κοσμικοὺς*, id est, sæculares incontinentes, & sacrum ordinem ecclesiasticorum, fortasse verisimile videatur, & rationi doctrinæ consentaneum, non esse hunc medium ordinem continentium prætermissum, pertinereque ad eos, quod paulo post subiungit, inquit, Charissimi nolite mirari in feruore, siue incendio, quod vobis fit ad tentationem. Incendium, siue inflammationem vocat, tentationem libidinis excitatam in carne, eadem translatione vtens, qua vsus est Ecclesiasticus in libidine, & Paulus, cum ait, Melius esse, nubere quā vri, scilicet a se, quod est in tentationem incontinentiæ cadere, & quod Ecclesiasticus de fornicante dixit, incendere sibi ignem.

ignem. Continentes vero, quos hic beatus Petrus consolatur, & instruit, non incendunt huiusmodi ignem, tametsi enim aliquando in eis incenditur, tamen non ab eis, quia non consentiunt. Hos ergo instruit, & confirmat admonens eos, ne mirentur, quasi noui aliquid eis contingat. est enim *συμφυῖς* huiusmodi titillatio membrorum, quæ excitari potest, & solet sine nostro vitio, & culpa a dæmone, qui aliquādo, vt ait siue Euagrius, siue Nilus in libro *πρὸς λαοφύλων*, *ἐφ' ἅπτεται τῶν σαρκῶν πρὸς τὴν ἀλογον πύρωσιν ὡς τὰς ἐκ μὲν χυλίων*. id est, attrectat corpus fodicādo illud ad excitandum libidinis ardorem, vt de Pachone illo sene anachorita narrat. Quæ tentatio patienter, & læte tolerāda est, quia sic etiam vincendo tentatorem efficimur socii passionum Christi, qui tentatorem vicit, tametsi hoc genere passionis ignominia non sit tentatus, vt sic tandem per tribulationem exemplo eius cum lætitia inenarrabili ad gloriam perueniamus in reuelatione domini nostri. hoc enim est, quod subiungit, Sed sicut communicatis passionibus Christi, gaudeat, vt in reuelatione gloriæ eius exultantes gaudeatis. Deinde agit de aliis tentationibus carnis, quas vocauit Apost. vt opinor, stimulum carnis, ad quas pertinent probra, supplicia, persecutiones &c. Denique in proximo .c. id est, v. episcopis, & presbyteris loquitur, qui bus non iam castos, & sobrios esse præcipit ad orationes, sicut laicis superiore capite præceperat, quasi liceret eis, post orationē in idipsum reuerti, id est, ad opus coniugii, in quo non est opus illa castitate, & sobrietate, sed absolute, & simpliciter sobrios esse præcipit, ac proinde castos esse, & item vigilantes, ita vt omnino debeant resistere tentationi carnis, nec pati ab ea vinci. Vt quibus non licet, aliud curare, quā quomodo placeat deo, nō sit amplius vacandum generationi, ad quam vinum, in quo sicut Apost. ait, luxuria est, potissimum incitat, & adiuuat, & accedit fomus, sicut Salomon generationem suam describens, coagulatus (inquit) sum in sanguine ex semine hominis, somni delectamento concurrente. Sed quæ sequuntur, adhuc cōfirmant multo magis superiora, iubet enim sumere scutum fidei, in quo, vt Apost. ait, possint extinguere omnia tela nequissimi ignea, quales sunt potissimum tentationes carnis, & fasces libidinis. Deinde vt consolaretur eos, ac plus animi adderet ad resistendum, neque inuiderent sæcularibus, quasi extra tentationem huiusmodi



di sint, præstentque ea parte, admonet, non esse eos solos, qui sic tententur, tentari enim ipsos quoque sæculares, quos vocant *οσμηκός*. Hoc enim significat, quod subiungit, Scientes eandem passionem fieri ei fraternitati, quæ in mundo est. fraternitatem enim quæ in mundo est, vocauit fratres sæculares, siue laicos, id est, *οσμηκός*, qui sunt solliciti, quæ mudi sunt, quomodo placeant vxoribus, de quibus Paul. apost. in eandem sententiam dixit, Si acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit. Subiungit deinde, Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Scilicet ne existimarent, quod ducendo vxorem, & exercendo opus coniugii, futuri essent liberi a tentatione carnis, & idcirco plures ad coniugium, velut ad portum confugerent, non ita est (inquit) quin potius tribulationem carnis huiusmodi habebunt, a qua vellem vos liberari per cœlibatum. Hoc. n. si gnificat, Ego autem vobis parco. Vnde expertos concubitus magis tentari, aiunt, quam non expertos, eamque causam esse, cur Paul. quidem præceperit, viduam diaconissam eligi non minus sexaginta annorum, Synodus vero Chalce. c. xv. sanxerit, Ne mulier ante xl. annos Diaconissa eligatur. quod quidem de virgine affirmat Theodorus Balsamo ecclesiasticorum canonum interpres intelligendum esse, vt quæ minus (inquit) ad venerem, quam vidua procliuus sit. Scio, ad istam tribulationem carnis referri etiã hoc loco viduitates, orbitates, & alios casus, ac molestias, & sollicitudines, quæ in coniugiis esse solent. Illa vero, quæ beatus Petrus hoc loco optat, & precatur, accommodatissima quoque sunt episcopis, & presbyteris, quibus illa precatur, quid enim conuenientius esse potest, aut magis necessarium, quam hæc eis precari, qui positi sunt ad aptandum, & perficiendum suo ministerio alios, ad confirmandum, solidandum, & ædificandum? Vt enim dominus dixit de illis, Si sal euauerit, in quo salietur? & illud, Habete in vobis sal, sic si architecti, & pastores non sunt ipsi apti in omni opere bono, & in fide, ac charitate fundati, & radicati, in quo aptabitur, confirmabitur, solidabitur, & ædificabitur? Illud vero, modicum passos, ideo dixit, vt admoneret, eos non tentari supra id, quod possent, sed tentationem esse humanam, id est, paruam, vt Paulus loquitur. Valet hoc aduersus Euangelicos, qui tradunt, non licere votum facere castitatis, & sacris ordinibus licere vxores ducere, quasi tentationes carnis sint intolerabiles,

tolerabiles, cum tamen beatus Petrus leues esse dicat, & breues tentationes istorum, quibus sobrios, & castos esse præcipit. Cum his, quæ hætenus beatus Petrus ministris ecclesiæ, & verbi præcepit, satis congruit, quod Dominus in euangelio Lucæ eosdem in primis monuit, & præcepit. Cum enim de consumatione sæculi differuisset, vt doceret, sicut ait idem beatus Petrus, quales nos esse oporteret in conuersationibus, & pietatibus illam expectantes, subiungit, Cauete, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Quod quidem tametsi omnibus communiter præceperit, sicut in euangelio Marci, quod (inquit) vobis dico, omnibus dico, tamen in primis, & proprie discipulis, & eorum successoribus præcepisse credendum est, quibus beatus Petrus in eandem sententiam sobrios esse, & vigilare iussit. Sicut in eodem loco euangelii statim subiungit Dominus, Vigilate itaque, omni tempore orantes, orare autem omni tempore nemo est, qui non confiteatur, eorum esse proprium, qui ad hoc positi sunt. Vt sicut de veteribus sacerdotibus typo sacerdotii noui Apost. ait, præsto sint quotidie ministrantes, & eandem hostiam pro se, & pro populi ignorantibus offerentes, & in deut. de Leuitis in typum nostrorum, Ipsi (inquit) ponent thymiana coram te semper in altari tuo. Quibus autem hoc in nouo testamento, quod omnia adduxit ad perfectum, faciendum est, iis non concedit. Aposto. reuerti in idipsum, quia non liceat sic implicari curis huius vitæ, & sollicitos esse, quomodo placeat vxori. Sic hunc locum Lucæ Leo magnus in sermone octauo, de Ieiunio decimi mensis intellexit, cum enim illa repetisset, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, siue cogitationibus sæcularibus, vt ille interpretatus est, statim subiunxit, Quod vtique præceptum ad nos specialiter pertinere cognoscimus, ne quenquam curis sæcularibus inueniat implicatum. Deinde Paulus huius præcepti memor scribens ad Timotheum, cum ita in priore epist. docuisset, episcopos, & presbyteros debere esse idoneos ad docendum, In secunda epist. præcepit, vt quæ idem Timot. ex Paulo in ecclesia catholica didicisset, hoc enim significat, audisse per multos testes, hæc eadem presbyteris idoneis proponeret ad docendum alios, sicut scriptum est in Malachia propheta, Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent de ore eius. His ergo, simul & episcopo eorum

Timotheo præcepit statim, ne se implicarent negotiis sæcularibus, subiungens, Labora tanquam bonus miles, nemo militans deo implicat se negotiis sæcularibus, ut placeat ei, qui est delegit ad militiam. Quod si est negotium sæculare, & inter curas huius vitæ negotiatio, agricultura, sunt ite tutelæ, curationes testamentorum, actiones forenses, quæ sunt clericis interdita, quâto magis fuerit, curare quæ mundi sunt, quomodo placeant vxori? quæ iis omnibus necesse est, euenire, quicunque se cum vxoribus miscere volunt. Cum milite, quem oportet esse expeditum, vnde monozonos appellat scriptura Iob, comparauit ministros sacri ordinis, quod ut miles (inquit Dorotheus in libr. *αὐτοπραγίας*), nõ relinquit militiam, & abit, fitque aut agricola, aut mercator, quoniam si faciat, excidat a militia sua; sicut Apost. ait, Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus, sic (inquit) debemus nos omnium rerum mundi sollicitudine carere, & soli deo vacare, sicut idem Apost. ait de virgine, ut facultatem habeat sine impedimento semper dominum obsecrandi. Hæc Dorotheus. Subiungit deinde Apost. Nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit, ut autem legitime certet, debet se ab omnibus abstinere, sicut idem Apost. ad Corinth. scribit. Loquebatur autem de se, qui euangelium sine sumptu apud Corinth. ponebat, nihil ab eis accipiens propter pseudoapostolos, nequæ offencilum prædicationi poneret, quod si (inquit) qui in agone contendunt, ab omnibus cibis, quos appetunt, se abstinere, eo contenti, quem magister eorum eis adhibet, quid mirum, si me ab iis, quæ alioqui mihi liceant, propter aliorum tamen, & meam utilitatem abstinere? Quomodo autem se, ceterosque omnes verbi ministros presbyteros, de quibus a principio capitis tractauerat, recte cum iis compararet, qui in agone contendunt, qui ab omnibus se abstinere, si se saltem a venere non abstinere, & a cura, ac sollicitudine rei vxoriæ? Præsertim cum ut nihil magis robur pugilis debilitavit, quàm venus, sic vires spirituales militum ecclesiasticorum nihil magis frangere potest, quàm se a venere non abstinere. Illam ergo Apostoli parabolam de iis, qui in agone contendunt, & ab omnibus se abstinere, ad castitatem pugilum spiritualium, sacrorumque militum pertinere, interpretatus quoque est, ne sine auctore loquar, sanctus Ephrem Syrus in scripturis sanctis eruditissimus, cuius scripta post le-

ctionem

ctionem scripturarum in ecclesia olim, ut Hieron. testatur, recitabantur. Is ergo scribens ad quendam monachum, qui aiebat, melius esse nubere, quàm vri, interpretabor latine, Audi (inquit) Apostolum dicentem, Volo omnes homines esse, sicut ego sum sed vnusquisque proprium donum habet a deo, alius quidẽ sic, alius vero sic. Scilicet distinxit duos ordines hominũ, *βιωτικούς*, καὶ ἀποτακτικούς, idest, sæculares, & renũtiantes, cum dixit, vnusquisque proprium donũ habet a deo, alius quidem sic, alius vero sic, *βιωτικούς* quidem, idest, sæcularibus permisit, quod ait, Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat, & rursus, Honorabile coniugium, & thorus immaculatus, fornicatores autem, & adulteros iudicabit deus, ἀποτακτικούς vero, idest, renuntiantibus mandat illud, quod idem ait, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere. Et paulo post, Ergo, ut supra diximus, sæcularibus quidẽ permisit, nubere legitime, renuntiantibus autem mandat continere, & quidem continere legitime. Duos itaque ordines demonstrauit Apostol. tu autem monache vide, in vitro sis positus, & quod signum, aut notam indueris, quæ vota feceris, & quæ pacta cum deo constitueris. Secundum enim pactiones, & ipositiones rationem reposcet deus. Sicut ipse dixit, ex ore tuo te iudicabo. Deinde subiungit, quod si omnibus permisisset illud, melius est, nubere, quàm vri, nemo vnquam virtutem castitatis coluisset, non Elias Thesbites, non Elisæus, non Ioannes, non ceteri omnes, quicunque se castrauerunt propter regnum cælorum, & castam carnem deo seruarunt, neque Apost. continens fuisset, nisi in præmium aspexisset. Hactenus sanctus Ephrem. Illud ergo Apostoli, qui in agone certant, ab omnibus se abstinere, grauissimus auctor non ad sæculares, sed ad renuntiantes pertinere voluit, ex quorum ordine sunt presbyteri, de quibus loquebatur, quorum est euangelium prædicare. Quos quidem, ut paulo supra dixi, postquam idem Apost. monuit in epist. ad Timoth. secunda, ne se negotiis sæcularibus implicarent, in quibus potissimum negotium sæculare est, dare operam coniugio, & procreationi liberorum, subiungit rursus eadem parabola vtens, qui in agone certat, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Eisdem ergo præcepit beatus Petrus, ut sobrii essent, ac proinde casti, & vigilantes. id enim necesse est, eis ad legitime certandũ cum aduersario, & tentatore suo.

R Rursus

Rurfus Apoft. in priore epift. ad Timoth. docens, atque describens, qualis epifcopus, & presbyter effe debeat, vno enim nomine epifcopi vtrunque ordinem fignificare folet, vt Ammonius Alexandrinus in cōm. a. ct. Apoft. notauit, quod qui epifcopi (inquit) funt, non poffunt non effe presbyteri, docens, in quā, quales ifti effe debeant, Oportet (inquit) epifcopum irreprehensibilem effe, & fine crimine, id est, alienum ab omni iniuftitia, fic. n. Clemens Romanus interpretatur, deinde, Vnius vxoris virum, non quod ea liceat vti, imo potius quia fi monogamus fuerit, fit non leue præiudicium continentia eius. Sic enim Innocen. primus epift. i. c. ix. intellexit, Vnius (inquit) vxoris virum dixit nõ permanentem in concupifcentia generandi, fed propter futura continentiam. Idem rurfus in eadem epift. c. iiii. tanxit, ne clericus viduam duceret, non quidem quod non liceat faltem clericis minoribus, vxoribus fuis vti, fed ne (inquit) hoc præiudicio impeditus, non poffit ad facerdotium peruenire, in quo fcilicet ab vxore propria abftinendum fit. quod quidem non exiftimatur facturus, qui ita fuit libidinofus, vt eam, quæ alterius vxor fuit, in matrimonium accipere non dubitaret, quæ coniunctio ad digamiam pertinet. Sic quoque intellexit doctus Tertul. in lib. i. ad vxorem. Difciplina (inquit) ecclefia, & præfcriptio Apoftoli non finit Digamos præfidere, viduam allegi in ordinationem, nifi vniueram non concedit. aram enim dei mundam proponi oportet, tota illa ecclefia de fanctitate describitur. Et magnus Bafil. in commen. Efaia oportere, ait, vt fit presbyter in expertus muliebris concubitus, aut vnius vxoris vir, ex quo fatis perfpici poteft, fenfiffe eum, abftinendum effe presbyteris ab vxore propria. Perinde enim eft, quafi diceret, oportere, vt presbyter, aut fit virgo, aut fi non fit, vt vnam tantum vxorem cognouerit. ita enim fieri, vt quoad fieri poteft, virginitatem, quam nõ feruauit, redintegret. Etenim fi illa vna vxore adhuc vti liceret, quid ineptius, magisque delirum, quàm dicere, oportere, aut virginem effe, aut vnius vxoris virum, ea que vti. Quafi vero carnalis confuetudo vnius vxoris, quam ille antea duxerit, non fatis fit ad explendam libidinem, ita vt cõtentum effe vna, ad caftitatem pertinere videatur. Non ita eft, imo monogamos iubet effe epifcopos, presbiteros, diaconos, & hypodiatonos, vt verifimilius, & facilius cafti deinceps exiftimentur, & fint. Idcirco enim subiunxit,

xit ftatim, sobrium, pudicum, ne dixiffe, fufpicaremur, fic vnus vxoris virum effe, debere, vt cum illa vna vxore miferi, permitteret, quod quidem non iam ad caftitatem, fed ad incontinentiam pertineret. Deinde subiungit Apoft. Domui fuæ bene præpofitum, id est, vt idem Clemens interpretari videtur, qui ea, quæ ad vsum temporalis vitæ pertinent, fine reprehensione adminiftraret. Sequitur, filios habentem fubditos, fi in correptione, inquam, et difciplina illos educavit, & erudiuit. Etenim fi fui illum, & domesticum, & filium (inquit Clemens) non reueretur, nec funt ei obediētes, fed potius feditiones in eum excitant, quomodo alieni fub eius potestate miffi, eidem obediēt? Ac filios, quidem dixit non generantem, fed habentem, vt plerique patres ecclefiaftici notauerunt. Deinde addit, Cum omni honeftate, fiue caftitate, id est, non in accusatione luxuriæ, vt idem Apoft. ad Tit. fcripfit. Significat enim ἀσωτία τῶν ἀρεσῶν, cuius contrarium est σωφροσύνη, ad quam caftitas quoque pertinet, vt etiam beatus Hierony. interpretatus eft, fcribens enim aduersus Iouinianum, hunc que locum epiftolæ huius explanans, vide (inquit) quantam pudicitiam, fiue caftitatem exigatur in epifcopo, vt fi filii eius impudici fuerint, ipse epifcopus effe non poffit, & fic offendat deum, vt offendit Eli, qui corripuerat quidem filios, fed non abiecerat. Et paulo infra idem Apoft. diacono s (inquit) fimiliter σωφροσύνη, id est, honestos, & graues, ac reuerentia dignos. est autem pars huius honestatis pudicitia, fiue caftitas. quomodo n. honesti, & graues funt, aut quo honore, & reuerentia digni (hæc eft enim vis verbi Græci) qui facris femel dicati, ac consecrati nondum vxoribus parcunt, quafi sæculares, neque vasi earum propter afsiduitatem orationis, & sacri ministerii honorem exhibere volunt? Subiungit deinde, Mulieres fimiliter σωφροσύνη, id est, honestas, & graues, ac reuerentia dignas. Præcipit autem hoc diaconiffis, quas voto caftitatis obligari, ex eo intelligi poteft, quod idem Apoft. in priore ad Timoth. epift. de viduis adolentioribus fcripfit, quæ cum ruperint habenas in Christo (hoc. n. declarare verbum καὶ ἄσβεστον docet ipfius verbi interpretatio, quæ etymologia dicitur) nubere (inquit) volunt, damnationem habentes, quia primam fidem negauerunt. habenas ergo dicit voti facti, & fidei obftitæ. harum ministerium, vt fcribit sanctus Epiph. propter honestatem in lauandis mulierum corporibus verfabatur, adde etiam, in do

cendis nuptis adolescentioribus, vt ex epist. ad Titum intelligi potest. quas ecclesia sui temporis ex virginibus, vt idem Epiph. testatur, aut continentibus, aut viduis eligebat. Erat præterea aliud ministerium harum diaconissarum, vt Clemens Roman. tradit, vt nulla mulier ad episcopum accederet, nisi prius diaconissa diaconum adiret, & diaconus episcopo nunciaret. Quomodo igitur verisimile est, vt tanta diligentia adhiberetur in deligendis diaconissis honestis, & reuerentia dignis fide castitatis perpetuo seruandæ obligatis, & obstrictis, & in diaconis viris simile aliquid neglectum esset? quod si absurdum est, sic existimare de diaconis, multo magis fuetit de presbyteris, & magis adhuc de episcopis. Tamen qd' hic ait Apost. de mulieribus, quas hic iubet esse *σεμνὰς*. i. honestas, graues, & reuerentia dignas, de vxoribus episcoporum, presbyterorum, & diaconorum idem Clemens interpretari videtur, quod magis ad rem propositam de cœlibatu sacrorum ordinum facit. describens enim virtutes episcopi, & presbyteri, si est (inquit) fidelis, ornatus, honestus seu pudicus, dein de subiungit, Si habet, aut habuit vxorem fidelem, & honestam; siue pudicam. Vnde repudiatam, aut meretricem, aut violatam duxisse in sacris decretis eodẽ pertinet, quo digamia. Satis itaq; præiudicii est futuræ continentiæ presbyteri, si virginem duxit, & ea si talis est, idest, grauis & honesta. Nequis vero in hac obseruatione verborum, cum presbyteros iubent Apostoli esse pudicos, sobrios, continentis, honestos, obiiciendum nobis existimet, quod idem Apost. nuptis scæminis præcipiat, amare viros suos, & liberos, ac simul castas esse, sic enim fortasse voluit, castos esse sacros ministros ecclesiæ, respondebo eis verbis Sixti, quem sæpe in hoc libro citamus, nos (inquit) de vera, non de coacta castitate tractamus, quam ita definire necesse est, vt ab omni coitu, & concupiscentia aliena esse teneatur. quæ neque apud illos syncera esse credenda est, qui eam vel mentis motu violauerunt, dicente domino, Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum, mœchatus est eam in corde suo. Hæc enim in vtroque sexu vera est castitas, quæ nec corpore, nec mente polluitur. Ceterum quisquis vel matrimonii sui semper incontinentis est, castus esse, quomodo dici possit, ignoro. Aliud est, si inter castitatem, & incontinentiam nulla diuersitas est, quod si ita est, erit continens non castus, si incontinentis castus. Aut si ratio non cõcedit,

vt

vt continens castus negetur, eadem etiam incontinentem castum haberi prohibebit, neque enim continentia, & incontinentia negari diuersitas potest, diuersitas enim eiusdem causæ statum non potest obtinere. Dicitur quidem potest casta scæmina seruã viro suo fidem, sed marito casta, non a marito, nisi etiam a marito continens fuerit, vir quoque si non mœchetur, a mœchia castus dicendus est, non a muliere, nisi ab vxore sit continens, quia & vxor mulier esse credenda est. Mira enim castitas hæc est, in parte concupiscentiæ nullius sexus nosse consortium. Hanc. n. in duas diuidimus species, Vnam virginitatis, & viduitatis, alia huic matrimonii iungenda est continentia, cū cõiunx ita viuens moritur, vt habens non habeatur. Hæc Sixtus in lib. de castitate. Admonet Athanasius, nõ oportere in scripturis *κατ' ἀκριβειαν* *ἰσφραζέειν τὰς λέξεις*, idest, subtiliter, & limare verba interpretari, sed secundum naturam, & conuenientiam rei, & propositi. Vt hic scæminis nuptis, & quidem adolescentioribus præcipit Apostolus, castas esse, idest, fidem maritis seruare, & quantum fieri potest, & cõuenit secularibus vxoribus, pudicas esse, cum vero de ministris sacris loquitur scriptura, & castitatem ab eis requirit, & honestatem, profecto tantam requirit, quantum ministerii sacri, & sacri ordinis status, natura, & ratio, ac professio postulat, idest, abstinere semper ab vxoribus suis, vt qui tantum solliciti esse debeant, quæ dei sunt, quomodo placeant deo, non autem quæ mundi sunt, quomodo placeant vxori. Opus itaque est in scripturis prudente, & attento auditore, sicut ipsa scriptura monere solet. Rursus Apost. in epist. ad Titum oportere, ait, Episcopum esse castum, sanctum, & continentem. Similia sunt hæc inter se, multa enim dici solent secundum similitudinem, vt quidam ex sapientibus huius sæculi ait, est quidem castus, vt idem quoque tradit, qui se abstinet a venere, nec eam appetit, continens vero est, & dicitur, qui ita se abstinet, vt veneris appetentias, & voluptatis titillationem vincat. Oportet ergo secundum scripturam, vt episcopi, & presbyteri ab omni venere se abstineant, siue appetentias libidinis, & titillationes habeant, siue non habeant, qd' est, esse castos, & continentis. imo oportet esse sanctos, idest, carere omni impuritate, & immunditia corporis, & spiritus. est enim *ἀπότῆς*, vt diuinus Diony. tradit, puritas, & munditia plena, ex omnique parte incontaminata, & impolluta. vnde deriuata

ta

ta est (inquit Sixtus) egregia illa Græcorum sacerdotum ante cœ-  
 munionem præfatio, τὰ ἀγια τῶν ἁγίων, idest, sancta sanctis. Vt in-  
 telligat (inquit) qui se non sanctificatum agnouerit, idest, a vene-  
 re non abstinuisse, de hac enim loquebatur, sancta sibi non debe-  
 re contingere. Vbi ergo sunt, qui opinantur, propter appeten-  
 tias carnis vehementes licere presbyteris, aliisque ministris sa-  
 cris miscere se cum vxoribus suis? cum Apostol. non frustra re-  
 quirat ab eis, non hoc tantum, vt sint casti, sed etiam puri om-  
 nis libidinis, & continentis. Rursus in eadem epist. ad Titum  
 si senioribus, quos πρεσβύτερος vocat, præcipit, vt sint casti, idest,  
 vt abstineant se non quidem ab alienis, ab eis enim non se ab-  
 stinere, turpe est, & semper habitum fuit apud omnes. quid.n.  
 delirius, & scœdius sene adultero? Quod est vnum ex numero  
 triũ illorũ, quæ aia Ecclesiastici odit, & vehemẽter execratur, se-  
 nẽ dico adulterũ, si inquã, senioribus mũdi, qui sæculares sunt,  
 præcipit, a suis abstinere, quanto magis intelligendum est, idem  
 præcepisse vere senibus, idest, presbyteris, quibus nomen dedit  
 iuxta Sapientiam Salomonis non ætas annorum numero com-  
 putata, sed canities sensus, & vita immaculata. qui tales esse de-  
 bent, quales Moyses ad sustinendam secum populi curam iussu  
 domini elegit de senioribus Israel, quos nouit, sicut scriptum  
 est, quod sene populi essent, ac magistri, & duces. An sanctiores  
 esse debent, & castiores sene sæculares, quàm sene spirituales?  
 sene mundi, quàm sene ecclesiæ? Deinde subiungit Apostol.  
 Anus similiter, diaconissas dicit, quas, vt recte sanctus Epiphani-  
 obseruauit, non presbyteridas, sed presbyridas appellauit, ne ali-  
 quid muneris sacerdotalis in ecclesia administrare existimaren-  
 tur. Quod si diaconissæ, quia sunt sacræ, vt ex eo verbo, quod  
 Apostol. subiungit, intelligi potest, cum præcipit, esse in habitu  
 ἰσομορφεῖν, idest, qualis decet sacras, si, inquã, istis, vt sacris præ-  
 cipit, castas esse, quanto magis credendũ est, præcepisse idem mi-  
 nistris ecclesiæ, qui sunt magis sacri, magisque sacra tractant?  
 Itẽ paulo infra, Apparuit (inquit) gratia domini nostri Iesu Chri-  
 sti omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegãtes impietatem  
 & sæcularia desideria, caste, & pie viuamus in hoc sæculo. Duos  
 ordines omnium, qui Christi sunt, complexus est, sæcularium,  
 quos vocant τὸ κοινὸν, tum βιωτικὸν, & non sæcularium,  
 quos vocant ἰσραηλιτικὸν, πνευματικὸν, & ποικιλοχρῆστον, qui sunt  
 episco-

episcopi, presbyteri, diaconi, hypodiaconi, & monachi. Abne-  
 gationi quidem impietatis opposuit pietatem, quæ propria est  
 hominis verè Christiani, qua deus, sicut decet, in spiritu, & veri-  
 tate colitur, abnegationi vero sæcularium desideriorum oppo-  
 suit castitatem, quæ est propria τῶν ἰσραηλιτῶν, de quibus in hac e-  
 pist. dedit præcepta. Ea vero dici hoc in loco sæcularia deside-  
 ria, quæ ad professionem sæcularium, & carnalis coniugii incõ-  
 tinentiam pertinent, interpretari etiam videtur sancta dei ec-  
 clesia, quæ hypodiaconos, qui est primus ordo sacer, his verbis  
 cum ad ordinationem accedunt, de castitate, quam deinceps ser-  
 uare debent, admonere solet in hunc locum Apostoli intuens,  
 Haftenus enim liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad sæcu-  
 laria vota, siue desideria trãfire, idest, vxores ducere, ad vtendum  
 scilicet, aut ductis vt, deinde subiungit, Quod si hũc ordinem  
 susceperitis, non amplius licebit, quod statim Paulum secuta in-  
 terpretem declarat subiungens, sed castitatem deo adiuuante p-  
 petuo seruare oportebit. Similiter Paulus, quod dixerat, abne-  
 gãtes sæcularia desideria, declarauit subiũgens, vt caste viuamus.

Venio iam ad alium locum scripturæ. Dominus in Apocal.  
 beati Ioann. episcopum Pergami reprehendit, quod ex ecclesia  
 sua non eiiceret ministros ordinis sacri, qui ad exemplum Nico-  
 lai diaconi, qui fuit vnus ex vii. ab vxoribus suis non se abstin-  
 ebant, quod quidem populo vniuerso scandalum erat. Cum.n.  
 ministri ecclesiæ, qui alios doctrina tum purgare, tum illumina-  
 re, tum perficere debent, iidem non caste viuunt, profecto ad ca-  
 stitatem alios hortari non bene possunt, nec rursus eos ab impu-  
 dicitia dehortari, imo exemplo eorum, qui semper casti, & so-  
 brii esse debebant, & non sunt, discunt edere, & fornicari tanquã  
 discipuli Balaam. Itaque Angelo Pergami ecclesiæ (inquit) scri-  
 be &c. Et paulo post, Habeo aduersus te pauca, quia habes illic,  
 scilicet in ecclesia, tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Isra-  
 el edere, & fornicari, ita habes, & tu tenentes doctrinam Nicolai-  
 tarum. Sed ne sine auctoribus, ac testibus loqui existimer, inter-  
 pretabor Latinè, quæ Clemens Alex. in tertio libr. Stromatum  
 posuit, quæ Eusebius quoque Cæsariensis in tertio Ecclesiasti-  
 ce historiæ repetiuit. Cum (inquit) Nicolaus vxorem pulchram  
 haberet, eidemque post ascensum domini in cælum Zelotypia  
 in vxorem ab Apostolis exprobraretur, pduxit eam in mediũ,  
 vt

ut cuiuscunque vellet, nuberet. hoc enim aiebat, cum eo conuenire, quod doceri audisset, oportere, uti carne præter voluntatē carnis, hoc enim significat, *σπευὶ πρὸς ἄδαν*. cuius exemplum, & dictum quidam simpliciter, & inconsiderate secuti, imprudēter se ad scortandum dederunt, ego vero audio, Nicolaum nulla alia muliere præter suam usum esse, imo filias eius, & filium usque; ad senectutem virgines permanisse, quæ cum ita sint, sequitur, ut producere uxorem, in quam Zelotypus erat, in medium Apostolorum, eo spectare videretur, ut se passione Zelotypiæ eo modo liberaret. Qui quidem quod carne præter voluntatē carnis vteretur, satis docebat, quod ab ea voluptate se abstinerebat, quæ vehementer expeti solet. Aiunt enim, sic Matthiam docuisse, pugnandū esse cum carne, eademque præter voluntatem eius vten dum, ac nihil carni ad voluntatem eius permittendam, animam vero fide, & charitate augendam. Hactenus Clemens. Quod ergo Nicolao, ut Clemens ait, Zelotypiam uxoris apostoli exprobrarent, satis declarat, quod iam illi non licebat, cum ea rem habere, cum qua quod haberet, suspicionem dabat ipsa Zelotypia est enim Zelotypia, ut quidam definiūt, ægritudo ex eo, quod alteri, eo, quod ille ipse concupierit, potiat. Confirmat hoc ipsum idem Nicolaus, qui se Zelotypia liberare voluit uxorem eiiciendo, quasi vni domino, cui se totum addixerat, cū factus fuerat diaconus, tantum placere vellet, ne esset diuisus, satis, inquam, declarat hoc, scilicet non licuisse ministris ecclesiæ sacris, uti vxoribus, id enim esse, duobus dominis seruire. qui enim ut Apostolus ait, cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Item sanctus Epiphanius, Nicolaus (inquit) cum esset vnus ex vii. diaconis, præpositus etiam ipse curæ viduarum, postea inuasit eum Diabolus, seduxitque cor eius. Habebat enim uxorem pulchra forma, à qua se abstinerebat ad exemplum, & imitationem eorum, quos videbat, deo esse addictos. Hæc ergo erat doctrina Christi, ut ministri sacri se ab vxoribus abstinerebant. Deinde subiungit, Sustinuit itaque aliquanto tempore, non tamen usque ad finem perseueravit, cohibendo intemperantiam, quin potius cum vellet tanquam canis ad vomitum reuerti, captatis quibusdam excusationibus non honestis, excogitabat ad defendendam suam libidinem ea, quæ magis conducere videbantur. Ad extremum ergo lapsus de proposito,

sito, atque instituto suo, cum vxore sua rem habuit. Est ergo vita cœlebs propria sacrorum ordinum, quam qui non seruant, proprium institutum, & seopum non seruant. Deinde subiungit, Cum vero videret, quod a veneri succubisset, metueretque, ne deprehenderetur, audebat dicere, quod nisi quis quotidie libidinose ageret, vitam æternam consequi non posset. deinde cum videret, uxorem suam pulchram esse, & quod seipsam humiliter & abiecte gereret, zelotypia captus, ex sua libidine de aliis existimabat. Quare principio quidem uxorem conuicit, & criminationibus quibusdam prosequatur, ad extremum vero eo prorupit, ut non solum voluptatem corporis naturalem, sed infandas etiam libidines, & nequitas scelestissimas excogitaret. Hæc Epiph. Huius vero Nicolai hæresim contra cœlibatum ministrorum sacri ordinis sic idem Epiph. in extrema parte eiusdem capituli confutat. conuertam totidem verbis. Vbi (inquit) Nicolae opinione tua, illud, quod dominus dixit, impletur, sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt, propter regnum cœlorum? quomodo te, & eos qui tibi credunt per libidinem, & impudiciam decepisti veritatem dei in iniustitia detinendo? Scilicet quia factus diaconus, ab vxore sua non se abstinerebat, de iniustitia eum condemnat, tanquam violatorem eunuchismi cum sacro ordine connexi, in quem ordinem se ultro dicauerat. Rursus Epiph. Vbi (inquit) apud te impletum est illud Apost. de virginibus præceptum domini non habeo, consiliū autē do tanquam misericordiam consecutus? vbi illud, bonum est homini, sic esse? Et iterum, Virgo cogitat, quæ sunt domini, quomodo placeat domino, ut sit sancta corpore, & spiritu? Quam multa de castitate, & virginitate dici possent? sed mihi propositum fuit ad vtilitatem legentium his duobus, aut tribus locis scripturæ sanctæ ridiculam istam hæresim refellere. Hæc Epiphanius quibus satis aperte docet, ministros ecclesiæ sacros a summo usque ad minores diaconos debere, non esse diuisos, ut ii, qui cum vxoribus sunt, sed potius cogitare, quæ domini sunt, quomodo placeant domino, ut sint deinceps sancti corpore, & spiritu, quod commune habent cum virginibus. Idem Epiph. affirmat hanc hæresim ab spiritu sancto per Apocalypsim beati Ioannis confutatam esse, cum scribens (inquit) ad vnam ex ecclesiis ex persona

domini, idest, ad episcopum, qui præerat illi ecclesiæ cum virtute sancti angeli, qui est in altari, ( sic enim interpretatus est ) habes ( inquit ) hoc bonum, quod odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. & paulo post episcopo Pergami, habes & tu illic tenentes doctrinam Nicolaitarum. quæ vero hætenus dicta sunt, satis declarant, qui sint tenentes doctrinam Nicolaitarum, scilicet qui cœlibatum sacrorum ordinum violant, vt Euangelici, & Græci, quod eis tempore Leonis noni obiecit Umberto Cardinalis respondens aduersus Nicetam Pectoratum ad ea, quæ Græci Latinis exprobrant, & obiiciunt. Subiicit deinde Apocalypsis, Pœnitentiã age, sin minus veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Iubet episcopo, vt tollat de medio, idest, vt eiiciat ex ecclesia eos, qui eiusmodi sunt. hoc. n. vult, cū iubet ei, agere pœnitentiã, si quidem de hoc eum accusauerat, quod haberet illic, idest, in ecclesia tenentes doctrinam Nicolaitarum, sin autem non fecerit, minatur animaduersurũ se in eos, quæ animaduersio ad supplicium quoque episcopi pertinebat, etsi leuius, vt cuius peccatum nõ ita graue, vt illorum, esset, idcirco non dixit, pugnabo tecum, sed cum illis, qui grauissimo, & incurabili morbo Nicolaitarum laborarent, quæ autem sequuntur, valde quoque accommodata sunt ad propositum de Nicolaitis, qui ministris sacri ordinis nuptiarum vsum concedebãt. Quia enim scriptura sancta libidinosum cum esuriente cõparare solet, cui omnis panis suauis est, vt de fornicario dixit Ecclesiasticus, idcirco apposite subiungit Apoc. vincti, scilicet esuriam carnalem, & libidinosam Nicolaitarum dabo manna absconditum, sic vocat beatam in cœlis bonorum omnium expletionem iuxta parabolam Euangelii de edendo, & bibendo in regno dei. absconditum vero vocauit, quia scriptum est, quod oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus iis, qui diligunt illum. Sequitur, Et dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit, quia qui dant operam nuptiis, & generationi, nominis sui memoriã procreatione liberorum conseruare, & perpetuare uolunt, idcirco secundum antecedentis propositi rationem promittit continentibus ministris nomen nouum, idest, conueniens gratiæ nouæ legis, sic etiam apud Esaiam eunuchis, iis scilicet, qui se propter regnum dei castrauerunt,

promittit

promittit nomen melius a filiis, & filiabus. Quod vero candidum vocat calculum, satis conuenit cum castitate, cuius puritatem tanquam in simbolo albus color designat. Deinde quod ait de illo nouo nomine, Quod nemo scit, nisi qui accipit, videtur simile esse, vt illud de Cantico nouo, quod innumerabiles virgines in eadem Apocalyp. canunt, Quod nemo ( inquit ) poterat dicere, nisi illa. cxliiii. milia, quibus scilicet id deus concessit, quia ipsi non defuerunt gratiæ dei, sic hoc loco, Nemo ( inquit ) scit, nisi qui accipit, is autem accipit, cui deus dat, & rursus ei dat, qui vult accipere, sicut dominus in Euangelio de hoc dono eunuchissimi dixit, qui potest capere, capiat, in quo & libertas accipientis, & benignitas dantis, & ipsius doni excellentia notatur. Præterea vt scripturis hac de re finem imponamus, quæ Apost. docuit in epist. ad Corinth. tum de virginitate, tum de continentia, quis ad illa docenda, & prædicanda idoneus in ecclesia erit? an presbyteri incõtinentes, qui se ab vxoribus nõ abstineant? poterunt ne isti hortari sæculares, vt non ducant? aut eis postquam dixerint, dicent exemplo Pauli, Volo vos esse, sicut me ipsum? Clemens Rom. in. ii. lib. de Apostolicis doctrinis. Paul. Apostolum partim sequens, partim interpretans quæ episcopos, & presbyteros habere oporteat, ex quibus castitas est, subiungit, Habeat hæc episcopus, quoniam si reprehensione dignus non sit, coget discipulos suos exemplo conuersationis, suæ eorum, quæ ipse facit, imitatores esse, sicut ait Oseas propheta, Et erit sicut sacerdos, sic & populus. Ad hoc enim polito, & constituti sunt episcopi, & presbyteri, vt subditum habeat populum, doceant, arguant, iudicent, offerant deo pro peccatis eius, deniq; vt sint eorum gloria, & exemplum omnis virtutis, vt idem Oseas, vbi hoc dixit, significauit. Subiungit deinde idem Clemens, Dominus enim & magister noster Iesus Christus dei filius prius cœpit facere, & tunc deinde docere, vnde in Euangelio ait, Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Ergo vt sacerdos virginitatem, & castitatem legitime doceat, debet & ipse ab vxore sua, si habet, se semper abstinere, vt sit tanquam non habens. Rursus subiungit idem Clemens, Vos ergo ( episcopos, & presbyteros dicit ) oportet scopum esse sæcularium, ad quem illi colliment, sicut scopus vester Christus est. Quomodo igitur scopum virginitatis, aut etiam castitatis

S. ii.

in.

in sacerdotibus habebunt, si eis liceat non esse castos? id est, si eis liceat, saltem vxoribus suis uti?

Ex his, quæ hactenus ex scripturis sanctis protulimus, satis hactenus, nisi fallor, castitatem sacrorum ordinum concludimus, & demonstrauimus. Quare qui his sanis dñi nostri Iesu Christi sermonibus, & huic, quæ secundum pietatem est, doctrinæ non acquiescit, superbus est, (inquit Apost.) nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum. Languorem vocat, ut ait Clemens Alex. captiosam differendi rationem, qua hæretici eam partem theologiæ opprimere, & obscurare tentant, quam diuinus Dion. in epist. ad Tit. demonstratiuam vocat. quæ cum expresso dei verbo, ut idem ait, connexa, & colligata est. Superest iam, ut in ore non duorum, aut trium iuxta legem Moyſis, sed ut in ore multorum stet hoc verbum, proferre nubem testium, qui cœlibatum sacri ordinis diuina lege sancitum esse affirmant. Ac primum quidem ipsa forma ecclesiastica, & catholica, qua omnes ecclesiæ vtuntur in iis admonendis, qui ad sacrum gradum ascendere volunt, locupletissimus testis est, & magnæ auctoritatis, ac ponderis. sic enim ait ordinator, Fratres dilectissimi, ad sacrum subdiaconatus ordinem promouendi, iterum, atque iterum considerare debetis attente, quod onus hodie appetitis. Hactenus enim liberi estis, licetque vobis pro arbitrio ad secularia vota transire. Quod si hunc ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito resilire, sed deo, cui seruire regnare est, perpetuo famulari, & castitatem illo adiuuante seruire oportebit, atque in ecclesiæ ministerio semper esse mancipatos. Non dixit, castitatem seruate, ne mandatum ecclesiæ existimaretur, sed castitatem seruire oportebit. hæc enim propria est ordinis sacri, & ab eo inseparabilis, quam lex diuina ab eo requirit, quem semel ordinis sacri fecit. Subiungit deinde ordinator, Proinde dum tempus est, cogitate, etsi in sancto proposito perseverare placet, in nomine Domini huc accedite. his ita ab ordinatore propositis, ac denunciatis, quibus placet accedere, licet non verbis, re ipsa, & facto castitatem secundum naturam, & proprietatem sacri gradus, qui em sponte accipiunt, promittunt, ita ut deinceps non seruarint, mandati violati, & fidei fractæ rei sint. Est. n. castitatis obligatio ita annexa ordini sacro *συνωδός*, & ut ita dicam substantialiter, ut qui ad ordinem sacrum ascendere voluerint,

rint, statim ratione ordinis sacri castitatem seruire lege diuina teneantur. Vnde Synodus. ii. Carthaginensis Can. ii. ordines sacros dicit *συνπλεκτομεγυλλους δεσμοδ της αγγελιας δεξ. των ιεροδωσωλων* id est, connexos, & colligatos vinculo castitatis propter consecrationem. Deinde hæc ipsa Synodus Carthag. in eodem Canone, placuit, inquit, ut hi tres gradus, episcopi, presbyteri, & diaconi, ut decet sanctos episcopos, & sacerdotes, & Leuitas, & qui ministrant diuinis sacramentis, in omnibus continentes sint, ut possint, quod a deo precantur, impetrare. Non prætermisit hic hypodiatonos, ut aliquando opinatus sum, ut de hoc quoque ad moneam, sed potius eorum gradum cum gradu, & nomine diaconorum coniunxit, quod omnis diaconus sit hypodiatonus, licet non vicissim imitata est Synodus Apostolorum, qui propter familiarem scripturæ sanctæ *βραχυλογισται* ne ipse quidem hos duos gradus nominibus distinxit, sed potius in gradu, & vocabulo diaconi hypodiatonum cōprehendit. Idem fecit Dion. Areop. distinxit tamen beatus Ignatius, qui fuit quoque Apostolorum discipulus, & post eum infiniti alii patres. Tametsi satis eadem Synodus significauit, non se prætermisisse hypodiatonos, cum post Leuitas subiunxerit, & qui ministrant diuinis sacramentis, hypodiatoni enim altari, & sacris in suo ordine ministrant. Deinde ut intelligeremus, quam auctoritatem hic Canon haberet, scilicet diuinam, subiungit Synodus, Ut quod Apostoli tradiderunt, & a priscis temporibus ecclesia tenuit, & nos seruemus. Præterea, quo magis intelligeremus, quid esset, in omnibus continentes esse, subiungitur, Ab vniuersis episcopis dictum est, Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri, & diaconi, & qui sacramentis ministrant, pudicitiam custodes etiam ab vxoribus suis se abstineant. Et rursus, ab omnibus dictum est, Placet, ut in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altari deseruiunt. Idem confirmauit Syn. iii. Carthaginensis. ccxvii. episcoporum, quæ Canone. ii. hunc ipsum canonem totidem verbis renouauit. Et rursus Canone. xxv. eandem auctoritatem Apostolicæ traditionis secuta eandem perpetuam abstinentiam ab vxoribus, propriis ministris sacris sacri altaris his verbis sanxit, Ut episcopi, presbyteri, diaconi, & hypodiatoni *κατα τους ιδιους οσους*, id est, secundum proprias definitiones, & ut explanatius dicam, secundum naturam, & proprietatem cuiusque gradus sacri, ab vxoribus suis se absti-




abstineant. Iam hic hypodiatonos quoque nominauit. Item Dionys. Areop. Pauli apost. discipulus cum de mysterio pontificalium consecrationum tractat, signum ( inquit ) crucis, quo episcopi, sacerdotes, & ministri, diaconi scilicet, & hypodiatoni signantur, designat, debere eos, prorsus omnes pariter appetitus carnales continere, habereq; *μετ' ἑαυτῶν*, idest, non operari illos. Idcirco autem omnes pariter appetitus carnales dixit, ut appetitum carnalem etiam concubitus cum propria vxore comprehenderet. Quod quidem non ab alio, quam ab apostolis didicit, & a Christo per apostolos, quos sic docuisse, & prædicasse Synodus. ii. Carth. ut paulo supra offendimus, testata est. Idem sentit Sixtus in lib. de castitate, in quo totum fere caput vii. i. Cor. eruditissime explanans, præcipit ( inquit ) Apostolus coniugibus paruo tempore incontinentes esse, ut maiore spatio vacare possint, id enim significare ait illud, nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, unde statim de abstinendo se ab vxore propria, quia id ab oratione abducat, & retrahat, sicut, Non admittit incontinentia ad officium sacerdotii, sed potius necesse est, ut sacerdotes sint continentes, Necesse esse dixit, scilicet secundum scripturam Pauli, hanc enim toto fere libro accuratissime interpretatur. Rursus idem Sixtus, postquam ( inquit ) coepit Iesus docere, omnes eius discipuli aut continentes fuisse inueniuntur, aut virgines. Ut enim Hieronym. aduersus Iouini. scribit, postquam discipulus Christi factus est Petrus, focrum eius legimus, vxorem eius non legimus. Clementis enim ( inquit ) Periodi, quæ scilicet de vxore Petri narrant, apocryphæ sunt. Ac rursus idem Sixtus. sacerdotes cum angelis comparas, quos ( inquit ) deo assistere, & deo hostias offerre, non nisi continentes licet. Imo propter castitatem, & cœlibem vitam, ac non tantum propter officium, & munus, quod tractant, & administrant, credo angelos ab Apostolo vocatos esse eo præsertim loco, in quo docebat de uelando capite mulieribus in ecclesia propter angelos, idest presbyteros, ac ministros sacri ordinis, ne scilicet libidine tentarentur, quos oportet castos esse, ut filios resurrectionis, & angelos dei non nubentes, aut si vxores duxissent, essent deinceps, tanquam non habentes. Præterea Siritius Pont. idemq; sanctus confessor in epist. ad Imerium Tarraconen.

raconen. Plurimos ( inquit ) sacerdotes Christi, atque Leuitas post longa consecrationis suæ tēpora tam de coniugibus propriis, quam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suū hac præscriptione defendere, quia in uetere testamento sacerdotibus, atque ministris generandi facultas legitur attributa. & paulo post, ne quis suspicaretur non Christi, sed Pontificis esse hanc de cœlibatu sanctionem, subiungit, Et ideo ecclesiā, cuius sponsus est speciosus forma, castitatis voluit splendore radiare, ut in die iudicii, cum rursus aduenerit, sine macula, & ruga eam possit, sicut per Apostolum instituit, reperire, quarum sanctionum scilicet Christi, & Apostoli eius sacerdotes omnes, atque Leuitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ sobrietati, atque pudicitiae, & corda nostra mancipemus, & corpora. Rursus idem Siritius epist. iiii. in Synodo episcoporum. lxxx. de iis capitulis, quæ epistola ipsa continet, quorum est vnum de cœlibatu sacrorum ordinum, inter cætera sic præfatus est, Literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea, quæ per ignorantiam, desidiāq; aliquorum neglecta sunt, obseruari cupiamus, quæ tamen apostolica, & patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est, State, & tenete traditiones nostras siue per sermonem, siue per epistolam, & quæ sequuntur. An potuit explanari loqui? non noua præcepta esse dicit, de quibus literas dare velit, sed quæ ab apostolis sancita erant. Itē Innoc. i. Si beatus ( inquit ) Apostolus ad Corinthios scripsit, dicens, Abstinetes uos ad tempus, ut vacetis orationi, & hoc utique laicis præcepit, multo magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi iuge sacrificium est, semper debent ab huiusmodi cōsortio abstinere. debent dixit, scilicet præcepto Pauli. id enim intellexisse, ex iis, quæ sequuntur, clarius perspici potest, subiungit enim. Si forte creditur hoc licere, quia scriptū est, Vnius vxoris virum, non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam, hac enim ratione, & causa digamos ordine sacro prohiberi interpretatur, scilicet propter futuræ incontinentiæ suspicionem, Vnius vero vxoris virum requiri propter futuram continentiam. Annon satis plane, & aperte significat sanctus Innoc. præcepto Apostoli debere esse castos, & cœlibes sacerdotes, id est, se etiam ab vxoribus abstinere.

abstinere? Adhæc, sanctus Epiphanius, scribens aduersus Catharos hæreticos, qui cum digamis non communicabant, Qui non intelligentes (inquit) perfectam dei doctrinam, ad aliam viam errantes se conuerterunt, Quæ. n. de sacerdotio propter excellentissimum sacrificandi munus tradita sunt, in omnes fortasse competere arbitrati sunt, ut qui audissent, Episcopi irreprehensibile esse, Vnius uxoris virum, similiter in diacono, & presbytero. Deinde subiungit, Re vera enim sancta dei prædicatione post aduentum domini non admittit post primas nuptias mortua uxore secundis nuptiis copulatos, idque propter excellentiam honoris sacerdotalis. Atque hæc quidem constanter, & perfecte seruat sancta dei ecclesia, imo & eum, qui vnius uxoris vir adhuc filios ex ea generat, non admittit, scilicet prædicatione dei. Deinde sequitur, Sed eum admittit, qui ab una uxore se abstinet, aut viduus factus est, similiter in diacono, presbytero, & hypodiatono, præsertim ubi perfecte seruantur ecclesiasticæ regulæ, regulam ecclesiasticam vocat hic dispositionem, siue ordinationem ecclesiæ secundum doctrinam apostolicam, ut ex ipsa verborum consequentia perspicui potest. Sequitur deinde, sed omnino dices mihi, in nonnullis locis sacerdotes, diaconos, & hypodiatonos adhuc dare operam liberis, at hoc, inquit, non ex canone, sed ex vitio, atque ignavia hominum illius temporis profectum est, & quia non reperiretur satis ministrorum præ multitudine hominum. Cum enim bene ab spiritu. s. disposita, & ordinata quod magis decorum est, semper viderit ecclesia, didicit nunquam ab studio diuini cultus auocari. Hactenus sanctus Epiphanius. Quid his clarius? Annon clara voce affirmat, ex prædicatione dei profectam esse legem cœlibatus? Item Eusebius. Cæ. lib. i. de monstris euang. de veteris, & noui testamenti coniugiis, & continentia differens, cum commemorasset multos ex veteribus, qui principio liberos procreassent, deinde vero continentibus fuissent, subiunxit, Secundum vero leges noui testamenti non omnino prohibitum est, dare operam liberis, quin potius de hoc similiter nobis, atque veteribus sanctis constitutum est, Oportere enim ait scriptura, episcopum esse vnius uxoris virum, Verum qui sunt sacri ordinis, & monachi, debent deinceps abstinere se a concubitu uxorum, quicumque vero non sunt donati tanto munere diuini cultus, hos scriptura laxat, quasi illud aperte ceteris de-

ris denuntians, ac prædicans, Honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus, adulteros autem & fornicatores iudicabit deus. Nihil huius auctoris sententia de cœlibatu sacrorum ordinum obscuritatis habet. Plane affirmat, secundum leges noui testamenti non licere, dare operam liberis iis, qui sunt sacri ordinis, aut in vitam asceticam dicati, id est monachi, iis vero, qui sic non sunt, id est, sacri ordinis, neque se uoto castitatis obligarunt, licere. Idem affirmat Gregorius Nyssenus in libro elegantissimo, quæ de virginitate scripsit. loquens enim in extremo capite de sacerdotibus, quomodo (inquit) offers deo, tamen ad hoc unctus sis, qui non audis legem, quæ prohibet, consecrari non castum? ergo contra legem diuinam de ordinandis facit, qui non est in sacerdotio cœlebs, neque potest unquam offerre, ad quod ordinatus est, qui semper castus non est. Idem sensit beatus Hieronimus non uno in loco aduersus Iouinianum, ut cum ait, sed neque vnius uxoris uirum filios generantem admittit ecclesia, scilicet sequens doctrinam Christi, & apostoli prædicationem, qui ut idem Hieronymus notauit, filios habentem, non facientem dixit. Et rursum, si iis (inquit) qui ex populo sunt, Apostolus præcipit, dicens, ut ad tempus uacent orationi, quanto magis præcipit sacerdotibus τὸ ἀπέλιπυσεν, id est, ut semper abstineant, ut scilicet uacare possint ἀπελιπυστος, id est, in te, & incessanter. Idem in commentariolis epistolæ ad Titum, sanctum (inquit) & continentem dixit, non à libidine solum, & uxoris amplexu, sed ab omnibus perturbationibus animi. Nequis uero, cum scriptura sancta ab iis, qui sunt sacri ordinis, continentiam requirit, aliter continentiam uerbum interpretaretur, notauit idem Hieronimus in eisdem commentariolis, incontinentiam, & continentiam nunquam nominari ab Apostolo nisi causa luxuriæ. Deinde subiungit, dicit incontinentiam sanctum, ne, quia unius uxoris fecerat mentionem, locum incontinentiam dedisse putaretur. Item beatus Ambrosius in comment. epistolæ ad Timotheum non canonem ecclesiasticum, sed scripturam sanctam interpretans, de diaconis, imo etiam de hypodiatonis, quos uno uocabulo communi diaconos nominauit, si filios (inquit) bene gubernauerint, & domos suas, id est, uernaculos, aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud deum, ut sciât se posse impetrare, quod postulant, iam de cetero ab usu sceminae se

T cohi-



cohibentes. Et paulo post apertius adhuc, si enim (inquit) plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, scilicet Apostolus, ut vacent orationi, quanto magis Levitis, aut sacerdotibus, quos die, noctuque pro plebe sibi commissa oportet orare? quod si præcipit Apostolus, continentis esse, quia eorum precatio perpetua esse debet, est ergo iure diuino sancita eorum castimonia. Item Arator temporibus Iustiniani imper. postquam scripsit in xvi. caput historiarum apostolicarum, quid lex Moysis de veterum sacerdotum castitate iuberet, quid rursus lex evangelica de castitate, & vita cœlibe episcoporum, presbyterorum, ac ministrorum sacrorum statuisset, sic ait, Ecclesiarum nunc alma fides sine fine pudicos pontifices iubet, esse suos, cum almam fidem ecclesiarum dicit, evangelium intelligit, cui cedit ecclesia, & cum sine fine pudicos, cœlibes dicere voluit, si heroici versus ratio pateretur, hoc enim significauerat, cum paulo supra pro cœmii loco dixerat, altera res etiam superest in carmine dura, pergit deinde exponere causas cœlibis vitæ, vna est præstantia, & excellentia nostri sacerdotii, cuius erat vetus illud umbra, altera, ut sacerdos liber, & solutus semper à cura, & officio generandi secundum carnem, totus esset intentus, & præsto ad seminandum Verbum dei, & generandum filios secundum spiritum, ita tamen ut non in omni solo seminaret, sed in eo, quod aptum, & idoneum, ac præparatum esse videretur, id enim doceri exemplo Pauli, cum vetuit spiritus sanctus ne in Asia, & Mesia prædicaret, sed potius in Macedonia iret, quæ melius ille, & elegantius his versibus profectus est, Tamen illa figura, qua sine nulla vetus subsistit littera, demum hac melius nouitate manet, variatque recurrens alterna ratione vices, ne forte sacerdos tunc generare velit, cum necdum mente capaces cernit adesse greges, cumque instat nobilis ardor, discendi que famas, ut apertius ora resoluat, ne quicquam ieiunus eat, Nam semine verbi prolem posse dari, Paulus quoque sapius inquit, filioli dicendo mei, iuuat ergo parumper eloquium genitale premi, studiumque docentem dispensare suum, laxans pro tempore vires ingenii, strictasque ferens, ne fusa profani conculcata terant, mundatis sancta reseruans. Sed profequamur testimonia patrum. Sanctus Maximus in responsis ad Thalassii quaestiones, cur (inquit) sacerdotibus ve-

teris

teris legis non erat interdictum, habere vxores, Christi vero sacerdotibus interdictum est ὅσον ἀπὸ τῆς σωνθείας, id est, quantum ad consuetudinem corporum commiscendorum, nempe quia sacerdotium est secundum ordinem Melchisedec, qui non scribitur habuisse vxorem, quare necesse est, ut qui secundum ordinem eius sacra operantur, non admittant vxores. Deinde Cyrillus Hierosolymitanus magni nominis auctor, qui fuit temporibus magni Constantini in septima catechesi, ἐὶ Ἰϋ (inquit) ὁ τῷ ἰϋ κελῶς ἰδρακῶν ἀπέχεῖ ἡ γυναικὸς, αὐτὸς οἷο πῶς ἐμελλεν εἶναι ἀδελφός, ἢ γυναικὸς ὀφείλει; id est, si is, qui recte sacerdotio fungitur, ac sacra administratione, abstinet se a muliere, quomodo Iesus ex viro, ac muliere nasci debebat? Ergo is non recte sacerdotio fungitur, qui se cum vxore quapiam miscet, γυναικὸς enim dixit sine articulo, ut non singularem quampiam mulierem, sed vnam quamlibet siue suam, siue alienam comprehenderet itaque ut Cyrillus hic admonuisse videtur, hoc, ut alia taceam, Christus nascendo ex muliere sine coniunctione viri docuit, scilicet oportere, sacerdotes suos à cōcubitu muliebri alienos esse. Item Clemens Alex. lib. iii. Stromatum, & Paulus (inquit) non veretur appellare suam σύζυγον, id est, coniugem, quæ quidem non circumducebat propter simplicitatem, ac tenuitatem ministerii. Itaque ait in epistola quadam, An non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri? Verum isti attendentes prædicationi sine vlla distractione, ut ratio ministerii postulabat, non tanquam vxores, sed tanquam sorores circumducebant, ut apud mulieres quæ se intra domos suas continebant, essent cōministræ, quarum opera doctrina domini sine calumnia, & reprehensione in muliebri conclauē ingrederetur. Hæc Clemens, scilicet tales esse debent vxores sacerdotum, nempe ut sorores. Præterea Greg. in iiii. lib. dialog. audisse ait de quodam presbytero, qui cum magno timore dei regebat ecclesiam, qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram suam, ut sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere nunquam sinebat, eamque sibi propinquare nulla ratione permittens, ut ab ea sibi communionē funditus familiaritatis absunderet. Deinde subiungit Greg. habent quippe sancti viri hoc proprium, ut semper ab illicitis locis sint, à se plerunque etiam licita abscindunt, vnde vir, ne vn-

T ii quam.

quàm per eam interiret culpam, sibi etiam ministrari recusat necessaria. Item in epist. Antiocheni cōcilii ad Dionysium episcopum Rom. & ad omnes ecclesias de Pauli Samosatensis damnatione, qui inter ceteros errores suos presbyteris, & diaconis permittebat, ut vxoribus vterentur. Scimus (inquit) Christiani, episcopum, & omnes sacros ordines oportere, esse multitudini exemplum omnium bonorum operum. Neque illud ignoramus, quàm multi ex iis, qui mulieres, siue vxores, quas Antiochenes *συνηγάριαι* vocant, ad habitandum vnà, domum introduxerunt, lapsi sint, alii in suspicionem venerunt, ita, ut tamen hoc concedatur, quod nihil impudicè faciant, tamen vereri oportebat, ne suspicio, quæ inde nascitur, alios scandalizaret, alios ad imitandū inuitaret. Quemadmodū. n. increpare, aut monere alterū queant, ne amplius vnà cū muliere, siue vxore versetur, cauens ne labatur, sicut scriptum est? Hæc ex epist. cōcilii. cuius meminit Euseb. Hoc vero extremū, ne quis erret, de laico, qui vxorem habet, dehortando à cōsuetudine vxoris, sic intelligendum est, si sit infirmus, & libidinosus, modo incontinentiæ periculum non sit, infirmioribus enim periculosior est vxorum vsus, quàm aliis, quod beatus Greg. Nyssenus in lib. de virginitate cap. viii. & ix. eleganter notauit. Consulit enim infirmioribus, ut ad virginitatem tãquàm ad tutam custodiam confugiant, seq; à nuptiis abstineant, quia periculum (inquit) sit, ne qui tales sunt, nullum aliud existiment bonū præter voluptatem, quam ex carne capiunt, itaque non cuiuslibet esse tenere hic modum, sed virilis, ac fortis. Et quamuis laboriosum sit pugnare cum voluptatibus, tamen consuetudo (inquit) in iis, quæ difficillima videntur, voluptatem quandam tolerando parit. Hæc Nyssenus. Quæ aduersus eos quidem valent, qui infirmioribus consulendum esse putant, ut vtantur vxoribus, aut si non habent, ut ducant, cum Apostolus non dixerit, Propter infirmitatem vnusquisque vxorem suam habeat, sed propter incontinentiam. & in nuptis, ac viduis non dixit, Si infirmi, aut infirmæ sunt, sed si non continent, nubant, melius est nubere, quàm vri, id est, quàm incidere in peccatum incontinentiæ, & luxuriæ. Adhæc Petrus Damianus auctor in scripturis sanctis valde eruditus, & exercitatus, in epist. ad Cumbertum Episcopum Taurinens. Permittis (inquit) ut ecclesiæ tuæ clerici, cuiuscunq;

cunq; sint ordinis, velut iure matrimonii confederentur vxoribus, quod sanè quàm ecclesiasticæ mūditiæ videatur obscœnam, quàm canonicæ sit auctoritati contrarium, quàm certe cunctis sanctorum patrum sanctionibus odiosum, absit, ut tanta, quæ in te est, possit ignorare prudentia. Et paulo post, nunc autem quia ex omni populo Christiano passim fit sacerdotalis electio, & in promotione clericorum non discretio generis, sed prærogatiua dumtaxat exquiritur sanctitatis, cessant iura coniugii, dum præcedens aboletur censura mandati. sicut Apost. in epist. ad Heb. ait, Reprobatio sit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Hoc autem propter illos, qui dicunt, quod si sacerdotibus, nubere peccatum esset, nequaquam hoc in lege vetere dominus præcepisset, sed qui hoc dicunt, proculdubio quid canonica decernat auctoritas, aut nesciunt, aut se fallaciter ignorare confingunt. Nos tamen hoc apostolicæ sedis edictum per omnes concionamur ecclesias publicè, ut nemo missas à presbytero, non euangelium à diacono, non epistolam a subdiacono prorsus audiat, quos misceri fœminis non ignorat. Neque uero cum canonicam auctoritatem nominat, quòd ea pluribus nota sit, diuinam excipit, quæ non nisi iis, qui scripturas, & apostolicas traditiones scrutantur, nota est. Non excipit inquam, cum paulo ante dixerit, in ipsa pudicitia sacerdotali factam esse reprobationem veteris legis, quæ quidem non est facta, nisi per nouum testamentum, præsertim cum paulo post canonem Apostolorum citer, esse autem non humanæ, ut quidam falso existimant, sed diuinæ legis, quæ ab apostolis tradita, & sancita sunt, dubitare non licet. Deinde, doctrinam pudicam ecclesiæ catholicæ de celibatu sacrorum ordinum multis testimoniis confirmat, primū Clemētis Romani, Ministri (inquit) altaris presbyteri, siue diaconi, ad dominicā tales eligantur officia, qui ante ordinationē coniugem suam reliquerunt. Sic enim legit Damianus, pro eo, quod nos hætenus legebamus, nouerunt, loquitur autem de relinquenda consuetudine vxoris, statim enim subiungit Clemens, quòd si post ordinationem ministro contigit, propriæ inuadere cubile vxoris, sacrarii non intret limina. Citat præterea, ut dixi, canonem Apostolorum, & in Canone (inquit) Apostolorum dicitur de presbyteris, & diaconis, diuinarum legum

legum est disciplina. ut incontinentes in officiis talibus positi, omni honore ecclesiastico priuentur, neque admittantur ad tale ministerium, quod continentia oportet impleri. quæ quidem cum apud Innoc. in epist. eius iii. cap. i. legamus, & grauis, atque antiquus auctor Damianus ex Canone Apostolorum citet, par est credere, Innocentium ex Canone sumpsisse. Subiungit deinde Damianus, At dicunt aduersarii, habemus auctoritatem Triburiensis Concilii, quæ promotis ad ecclesiasticum ordinem ineundi coniugii tribuat facultatem. Quibus ego respondi, Concilium, inquam, vestrum, quodcunque vultis nomen obtineat, sed à me non recipitur, si decretis Rom. Pontificis non concordat. imo vero ab scriptura sancta, & Apostolorum prædicatione, ac doctrina disidet, ut nos iam, satis credo, ostendimus, sed Damianus, quæ omnibus & notiora, & facilliora erant, proferebat. Scio enim quosdam viros alioqui eruditos, sed magis in scientia decretorum, & canonica disciplina, quam in scripturis sanctis exercitatos, huius legis de pudicitia sacrorum ordinum originem non ad institutionem Christi, & Apostolorum prædicationem, sed potius ad Põr. Ro. alios ad Siritiũ, alios ad Calixtũ, alios ad alium retulisse, ut quisq; eorum antiquioris Pont. de ea re decretũ repererat. In causa fuit, quod in nouo testamento nihil eis de hoc aperte legi, aut reperiri posse videbatur, decreta vero Pontificum, & Conciliorum plena erant. nec mirum fisis visum esse. Quædam enim dominus etiam in nouo testamento magno nostro commodo obscura esse voluit, ne omnes essent doctores, omnes prophetæ, sed quibus datum esset, & ad hoc positi essent, ut omnia ordine fierent in ecclesia dei. Voluit itaq; nos fidei & diligenti studio, & ab adolescentia, & diu, & non sine magistris litteras sanctas discere, ita ut sciremus, ex quibus eas didicissemus, ut Apost. Timotheũ monuit, inquit, Tu vero permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quod ab adolescentia litteras sacras nosti. Aliud ergo est, ut ait Chrysost. in homilia de obscuritate prophetarum, aliquid in scripturis sacris reperire non posse, aliud, cum difficultate posse. nihil enim in scripturis ita obscurum est, ut non habeat in scripturis ipsis *αρχὴν, καὶ ἀφορμὴν* ad intelligendum. Idcirco dominus ad scrutandum scripturas hortatur. Imo & sancti prophetæ, atque Apostoli, ut sanctus Ma-

ximus

ximus in responsis ad Thalassium notauit, nõ sine studio proprio, & quidem multo, neque sine ardenti desiderio, præeunte, & prosequente dei gratia, reuelationes spiritus sancti capiebãt. Ut beatus Petrus significauit, cum ait, De qua salute exquisierunt, & perscrutati sunt, quide futura in vobis gratia prophetauerunt, & quæ sequuntur. Hæc à me dicta sunt, tum ut illa scripturæ sanctæ loca, ex quibus cœlibatum sacrorum ordinum lege diuina sancitum demonstrauius, attentius, & accuratius legantur, tum ut mirum non videatur, si non sic iudicauerint plerique Canonistæ, auctores alioqui catholici, sed theologi *καὶ ἀναγινωσκόντες*, ut Greg. Theologus de quibusdam dixit, quid dixi canonistas? imo theologi non pauci, tametsi in studio sacrarum scripturarum non multum, diuque versati, neque magna cum diligentia, neque sanctis, & antiquis patribus tanquam magistris adhibitis. De nouis vero Euangelicis multominus mirandum est, quorum disciplina terrena, & animalis neque studium scripturæ sanctæ, neque tempus, neque diligentiam à discipulis requirit, sed tantum leuitatem cordis ad cito credendum, & pessimum magistrum ad male docendum. Item Umbertus Cenomanensis Leonis noni ad Constantinopolitanos legatus in eo libro, quem aduersus calumnias Michaelis Patriarchæ Constantin. & Leonis Acridani archiep. Vulg. scripsit, Canonem xiiii. eorum, qui sextæ synodi falso esse feruntur, ut paulo post ostendam, Sigillatim notans, ac reprehendens, quid (inquit) Romana ecclesia in gradibus clericorum agat, seriatim, & aperte prosequemur. Clericos tantum hostiarios, lectores, exorcistas, & acolythos, si extra votum, & habitum monachorum reperiuntur, & continentiam profiteri volunt, uxorem virginem ducere cum benedictione sacerdotali permittit, nõ autem viduam, aut repudiatam, quia propter hoc solum deinceps neque ad subdiaconatum prouehi poterunt, neque laicus non virginem fortitus uxorem, aut digamus ad clericatum. Quod si quis præfatorum ordinum desiderat ad subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu uxoris suæ, ut de carnali fiat deinceps spirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neque permittitur postea vxor iungi eidem suo marito carnaliter, neque cuiquam nubere in vita, aut post mortem illius, alioqui anathematizanda est. Sicut & subdiaconus, diaconus, aut presbyter,

ter,

ter, aut episcopus deponendus suam reperens, aut extraneam ducens, sicut in Neocæsa. concilio decretum est. Talibus traditionibus usque; nunc sancta Romana, & apostolica sedes omnimundo refallit. Neque aliquando Iudaicis fabulis, & apochryphis scripturis acquieuit, sed per primos Apostolorum in ipso summo angulari lapide Christo Iesu fundata nullis unquam hæresibus cessit, neque prohibuit coniugio laicos, sed sacri altaris ministros, & apostolicam perfectionem professos. Celibatum ergo sacerdotum, & ministrorum sacrorum inter traditiones diuinas retulit hic auctor. Videamus, quid de ecclesia Græcorum, quæ celibatum non seruat, iudicabit. Ecclesia vero (inquit) Græcorum ad sacri altaris ministerium ordinandos interrogat, an habeant uxores, qui si responderint, se non habere, compelluntur, primum ducere, & sic impositionem manus accipere, ut noui mariti, & recenti carnis voluptate toti resoluti, & marcidi, inter sancta sacrificia cogitantes, quomodo placeant vxoribus, immaculatum Christi corpus tractent, atque populo distribuunt, indeque sanctificatas manus ad tractanda membra virilia mox referant, & sicut & populus, sic & sacerdos, & tandem ruina populi sint sacerdotes mali. Hactenus Umbertous. Sic ille de impudicitia Græcorum sacerdotum, & de Canone illo xiii. ad tollendum celibatum pertinente sensit. Postremo, quod cum ordine sacro ita implicatum, & connexum sit celibis vitæ propositum, ut ab eo seungi non possit, neque sine eo manus ordinis sacri administrari, ex Aug. quoque intelligi potest. is enim lib. 2. de adult. coniug. ad Pollentiã in extrema parte, eos sæculares arguens, qui dimissa vxore alteram ducebant, & in adulteriis committendis infirmitatem carnis excusabant, cum tamen dimissa vxore propter fornicationem, abstinere se deinceps, lege diuina tenerentur, Quando terrenus (inquit) ne adulterinis coniugiis hærendo, pereant in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerunque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inuiti, eamque susceptam usque ad debitum finem; domino adiuuante, perdunt. Dicemus ergo eis, quid si & vos ad hoc subeundum populorum, violentia caperemini, non ne susceptum caste custodiretis officium repente conuersi ad impetrandas vires a domino, de quibus nunquam cogitatis? sarcinam impositam vocauit castitatem,

castitatem, quam inuiti subeunt, qui contra voluntatem ordinantur, quæ tamen semel imposita, velint, nolint, sustinenda est, si salui esse velint. Si enim inquit multi dei ministri repente, atque inopinata impositum susceperunt, sperantes se illustrius in Christi hæreditate fulgere, quanto magis vos adulteria cauendo viuere continenter debetis? An qui hæc scripsit, non satis plane significauit, clericos sacri ordinis debere esse castos, & cœlibes, esseque; hoc onus ministris dei sacris impositum, quod necessario sustinere debeant, si semel in ordinem ministrorum sacrorum asciti sunt quamuis per vim? idque ut in regno dei fulgeat, non hoc assecuturi, si onus impositum, & susceptum excefferint. Hactenus de cœlibatu sacri ordinis, qui ad sapientiã celestem Verbi dei, quod in ecclesia catholica prædicatur, pertinet. Ad ea vero quæ vel mali interpretes, & frigidi defensores, vel etiam contemptores, & inimici cœlibatus contra pudicitiam sacri ordinis diuina lege sancitam obicere solent, quia ad impudicitiam, & profanam, ac sacrilegam libidinem pertinent, paulo post cum de impudicitia verbi Euangelicorum tractare incipiam, ut institutus ordo seruetur, respondebo.

Persequar nunc tertium genus excellentioris pudicitie Verbi dei, quod utile est ad liberandam mentem ab omnibus illecebris carnis, ne illis delinita capiatur, quas cum blanditiis, & machinis libidinosæ mulieris, & alienæ Salomon comparauit, cum vim sapientiæ huius cœlestis, & vtilitatem, quam pater eius notarat, demonstrare vellet. Cum enim quæsisset, in quo corrigit adolescentior viam suam? Subiunxit, in custodiendo sermones tuos. quod perinde est, quasi diceret, non aliter carnem, quam appellat adolescentem, viam suam corrigere posse, nisi custodiendo legem dei. Hæc via adolescentis, idest, carnis, ut hoc obiter admoneam, est quartum illud, quod Salomon dixit, se penitus ignorare, scilicet viam uiri in adolescentia sua. Subiungit enim statim, Talis est via mulieris adulteræ, quæ postquam fecerit, & lauerit, dicit se nihil turpe fecisse, scilicet sensum carnis alienum a lege mentis, quæ natura est velut caput, & maritus carnis, comparat Cum adultera, quæ relicto uiro legitimo, & abiecta obediencia, se miscet cum alienis, idest, cum peccatis, quæ aliena sunt à ratione naturali, quæ hominis est propria. Quæ quidem caro postquam peccatum commissum lachrimis

mis lauerit, quod est corrigere uiam, iam est extra peccatum, Sic enim Procopius Gazæus uerus auctor, & Græcus in commentariis Prouerbiorum interpretatur. Illud hic rursus admo-  
nebo, quod Apost. dixit de lege carnis, Quod enim operor, nõ intelligo, pro eo dixisse Salomonem, ignorare se uiam uiri in  
adolescencia sua, uiam, inquam, carnis, usque adeo instabilis, &  
lubrica est. Hæc ergo est summa laus, & uirtus legis dei, doctrinaque catholica, castissima, ut eos qui ei perfecte obediunt,  
per dei gratiam liberet à lege carnis, cū qua perfecte iidem cer-  
tent ex charitate. Sic utilis est ad castrandum propter regnum  
celorum omnes uiciosas concupiscentias, quæ militant in mē-  
bris nostris, tum carnis, ut gulæ, & libidinis, tum oculorum,  
quæ est auaritia, tum inanis gloriæ, quæ est superbia uitæ, iræ  
fundamentum, ut Marcus Anachoreta ad Nicolaum Lycium  
scripsit. in his enim omnis fornicatio spiritualis uersatur, cum  
quibus qui fornicatur assentiendo, deum non honorat. Si qui-  
dem omnis huiusmodi concupiscentia ad transgressionem le-  
gis dei pertinet, omnis uero transgressio etiam minuta, & ut  
nūcloquuntur, uenialis, ad non honorandum deum spectat, ut  
Apost. docuit, cum ait, qui in lege gloriaris, per transgressionē  
legis deum inhonoras. *ὁ γὰρ τὸν νόμον βιάσθεις*, dixit, ut magnus Ba-  
sil. in reg. breui. obseruauit, ut *ἀδολέως* omnem transgressio-  
nem, siue magnam, siue paruam comprehenderet. Est ergo do-  
ctrina Verbi dei utilis ad honorandum deum in omnibus, ut  
beatus Petrus præcipit, siue in sermone, siue in ministracione,  
siue in cetera omni donatione, quam quisque accepit ad utili-  
tatem proximi sui, ut sit homo dei perfectus, ad omne opus bo-  
num instructus, denique ut simus, ut beatus Iacobus ait, per-  
fecti, & integri in nullo deficientes. Quare consequens est, ut  
utilis sit ad carendum omni peccato actuali siue graui, siue le-  
ui, sicut Apost. præcipit, deponere omne onus, & circumstans  
peccatum, leue etiam erratum complexus, in quod potissi-  
mum conuenit, quod adiunxit idem Apost. esse *ὡς μελισσὴν*, id-  
est, facile incurri, sic enim Theodoritus interpretatur, faci-  
le enim (inquit) oculus delinitur, aures demulcentur, tangen-  
di sensus titillatur, lingua labitur, & cogitatio procliuis ad pe-  
iora. Utiles ergo est ad implendum omne mandatum, omnia  
enim possibilia sunt apud deum, qui uirtutem perficit in in-  
firmitate,

firmitate, qui neminem permittit tentari supra id, quod potest.  
Qui nos, ut Paulus Thessalon. precatus est, sanctificare potest  
per omnia, ut integer spiritus, & anima, & corpus sine querela  
seruentur in aduentu domini, complexus est, ut Greg. Nyssa:  
ad Olympium monachum scripsit, sermonem, cogitationes  
animi, & actiones uitæ, in quibus moderandis, & perfecte uten-  
dis, uniuersa uita hominis Christiani uersatur. Deinde ne quis  
tantam integritatem, & tam consumatam per omnia sanctifi-  
cationem, quæ omnis peccati uacuitatem contineret, despera-  
ret, subiungit statim, Fidelis deus, qui uocauit uos, qui & faciet.  
Quod perinde est, quasi diceret, qui de tenebris ignorantia,  
& impietatis uos uocauit in admirabile lumen agnitionis dei,  
& iustitiæ, qui, inquam, cum essemus impii, & inimici dei, iu-  
stificauit nos, & amicos fecit, quanto magis ex piis, & amicis,  
magis piis, & amiciores, imo amicissimos faciet, si modo ueli-  
mus non deesse gratia. Neque uero quia doctrina Verbi dei  
ad hoc utilis est, ut omni actu peccati careamus, simusque, ut  
Apost. ait, perfecti, & pleni in omni uoluntate dei, idcirco ulli  
unquam licebit, sic de se existimare, quasi huc euaserit, & iam  
hoc consecutus sit, ut non opus habeat, uere, & ex animo dice-  
re, quod Dominus præcepit, & docuit, omnes dicere, cum ora-  
rent, Dimitte nobis debita nostra. Aliud est enim carere omni  
peccato coram deo, aliud seipsum iudicare. quod neque Pau-  
lus, neque Ioannes facere ausi sunt, idemque exemplo suo ce-  
teros docuerunt. Castrare ergo omnes istas concupiscentias  
propter deum, ad quod doctrina Verbi dei, quam ecclesia ca-  
tholica profitetur, utilis est, hic est perfectissimus eunuchis-  
mus, ut præclare Greg. Theolog. in eruditissima illius loci eu-  
gelici de eunuchis tractatione docuit. interpretabor Latine.  
Postquam enim de eunuchis secundum pudicitiam carnis dis-  
feruerat, subiunxit, Si ad eunuchos tantum, scilicet secundum  
pudicitiam carnis pertinere existimemus, fortassis exiguum  
hoc, & infirmum, ac parui momenti dicendum est. quare oportet,  
ut cogitemus aliquid spiritu sancto dignum. Igitur alii uidentur  
natura sua propensi ad honestatem, cum naturam dico, non  
uitupero uoluntatem, sed utrunque potius statuo, & promptitudinem  
ad uirtutem, & uoluntatem, quæ naturalem istam promptitudinem  
animi, gratia dei adiuuante, ad opus  
V ii perducit.

perducit. Alii sunt, quos doctrina purgat euellendo passiones. Hos vero existimo esse eos, qui ab hominibus castrantur, cum doctrina præceptoris separando melius à peiore, & vnum reiciendo, & alterum sanciendo iuxta illud, recede à malo, & fac bonum, spiritualem pudicitiam efficit. laudo huiusmodi eunuchismum. Laudo, inquam, vehementer tum eos, qui docent, tum eos, qui docentur, quoniam illi bene castrant, & hi melius castrant. Sunt alii, qui se ipsi propter regnum cælorum castrant. alii enim magistros non sunt nati, qui sui doctores, & magistri laudabiles facti sunt. Nō te docuit mater, quod opus erat, non pater, non sacerdos, non episcopus, neque alius, cui commissum sit; vt doceat, sed potius rationem tuam excitando, & honestatis scintillam voluntate inflammando, te ipse eunuchum fecisti, radice nequitie euulsa, & instrumentis abiectis, tantoque habitu virtutis comparato, vt fieri fere non posset, vt ad vitia traheris, idcirco laudo castrationem, & fortasse ceteris antepono. Qui potest capere, capiat. Quam velis partem, suscipe, aut magistrū sequere, aut esto tibi magister. Hoc vnum turpe est, non euellere passiones, quomodo autem euellantur, non refert. qui docet, à deo factus est. & tu, qui doceris, eundem habes auctorem, siue magister anticipet hanc gratiam, id est, hoc docendi munus, siue tua sit hanc virtus, vtrunque honestum est. Hoc tantum à nobis requiritur, vt passiones extirpemus, ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediatur. Solum sequamur imaginem, solum vereamur archetypum. excinde passiones corporis, excinde item animæ. quo enim anima præstantior est, eo præstantior res est, animam purgare, quàm corpus. quod si purgatio corporis laudabilis est, vnde quanto erit laudabilior, & celsior animæ purgatio. Hactenus Greg. Theolog. & hactenus de triplici castitate doctrinæ diuinæ, & catholicæ Verbi dei, quod ecclesia nostra catholica profitetur. Disseramus deinceps de triplici rursus impudicitia sapientie terrenæ, quam Euangelici profitentur, Quæ primum quidem impudica est, quod tanquam doctrina Balaam doceat coram filiis Israel mittere scandalum, & fornicari à deo. Se enim miscuit cum multis falsis, & impiis dogmatibus, quæ à principio in occulto, & priuatim, & in paucis locis, & diffidenter, & discrepanter à propriis eorum Euangelistis prædicata sunt,

sunt. Et vt Hieremias de idolis Babyloniorum ad Iudæos scripsit, omni pretio empta esse, & spiritū non esse in eis, ac sine pedibus in humeris ferri, & ostendere suam ignobilitatem, Præterea si in terrā caderent, nō posse per se cōsurgere, neque si quis recta statueret, per se ipsa stare posse, sed sicut mortuis, humeros apponi, sic isti euangelium suum prædicant, non quidem gratis, sed pro quæstu, & omni pretio, tantum abest, vt sine baculo, & pera, & sine calceamentis, ac sine ære in zona, vt primos Euangelii instauratores, vt se iactant, & velut alteros novos apostolos decebat. Neque enim exemplo Pauli, illud sine sumptu posuerunt, vt saltem occasionem gloriandi nostris amputarent, vt in quo plerique nostrum in ecclesia catholica gloriantur, reperirentur sicut ipsi. vt de illis pseudoapostolis Corinthiorum Apostol. scripsit. Sed hic gratias agimus non istis, sed deo, quod in hac parte, & sustantia non se transfigurant in Apostolos Christi, neque in angelos eius, vt simplicitate, sobrietate, ieiuniis, & castitate sint velut angeli quidam, & filii resurrectionis, qui neque nubunt, neque nubuntur, quin potius, vt Apostolus de similibus dixit, non vt deo, sed vt suo ventri, adde etiam, vt libidini seruiant, per dulces sermones, & benedictiones. (quid enim dulcius esse potest, quàm verbum dei, quod falso iactant, quo omnis creatura cum oratione benedicatur, & sanctificatur?) seducunt corda innocentum. Qui, vt Esaias de pseudopropheta illis de terra loquentibus dixit, pro idolo euangelii sui terreni, & animalis munera, & pretia accipiunt, habentes, sicut Apostoli de hæreticis scripserunt, auaritia exercitatum cor, & mirantes personas quæstus gratia, vt sic ex impietate quæstum faciant, dum vendunt impia dogmata, a se instar idolorum conflata, in quibus non est spiritus veritatis, quo tanquam firmissimo pede niti, & stare queant. Ex quo fit, vt instar idolorum per se consistere non possint, & dum ab aliis sustinentur, miris modis eorum absurditas, & falsitas præditur, & coarguitur. Sed reliqua huius loci de fornicatione cum falsis dogmatibus, tanquam idolis notauimus, in extremo libri superioris, cum epistolam Hieremiæ prophetæ de idolis Babyloniorum ad Iudæos missam ad illustrandos, expoliciendosque characteres Verbi dei, interpretaremur.

Est alia impudicitia secundū carnē in disciplina Euāgelicorum,



rum, quæ secundum propria desideria eorum virginitatem deo dicatam omnibus vulgat, & nullius meriti, ac laudis esse tradit, & quæ explorato cœlibatu sacros ordines sacrilego matrimonio copulat, & omni fide, ac religione dei contempta ex monachis facit sponfos. Qui mihi, cum eorum scelestam, & sacrilegam impudicitiam considero, similes videntur Sodomitis, aut etiam peiores. Vt enim illi cum angelis pollui voluerunt, sic hi monasticam, id est, angelicam vitam profectos cum fœminis pollui docent. Præterea deum faciunt idolis similem, quod enim illis conuenit, & Hieremias irridens exprobrauit, Quod si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, non requirunt, hoc isti Euangelici tribuunt deo alioqui horribili, & qui aufert spiritum principum, vt Dauid ait, qui proxime dixerat, Vouete, & reddite domino deo vestro. Et quod est magis dolendum, pudicitiam Verbi dei in libidinem transferunt, aiunt enim scriptum esse ab Apost. Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suam habeat, & vnâqueque virum suum habeat, non intelligentes, quibus responderit Apostolus, neque de qua re, sed secundum desideria sua interpretantes. Coniugibus enim respondet, & super cōtinentia coniugum. Sic magistri ecclesiæ, sic graues, antiqui, & eruditi auctores senserunt, ne quod isti faciunt, me facere existimēt, scilicet ex propriis, hoc est mendose interpretari. Igitur Theodoritus in commentariis Apostoli, rogauerant (inquit) Corinthii, vtrum coniuges, facti post coniugium Christiani possent inter se consuetudinem matrimonii habere, respondet Paulus laudando pudicitiam, & scortationem vituperando, ac relaxando consuetudinem connubialem. Cum enim dixisset, Bonum est homini mulierem non tangere, subiunxit, Propter fornicationem autem vnusquisque vxorem suâ habeat, & vnâqueque virum suum habeat. Item doctus Tertullianus in lib. de monogamia, de quibus scripsistis ad me, Bonum est homini, mulierem non tangere, ostendit (inquit) fuisse, qui in matrimonio à fide deprehenfi verebantur, ne non liceret eis, deinceps matrimonio suo uti, quia in sanctam carnem Christi credidissent. Postremo citabo tertium testem, vt in ore trium stet hoc verbû. Sixtum dico, grauem, & antiquum auctorem à me supra non semel citatum, is in libro de castitate interpretans hunc locû,

repe-

reperam enim iterum, Bonum est (inquit) homini, mulierem non tangere, sed de qua (inquit) muliere illud dixisse, credendû est? de aliena, non puto, neque enim Corinthii tam vecordes erant, vt hoc Apostolum interrogarent, an aliena eis liceret matrimonia violare, quod citra vllius disciplinæ interdictum, etiam ipsa natura damnabat. Deinde subiungit quasi in Euangelicos istos, & in eorum similes intuens, Hoc propter eos dixi, qui nimio ardore libidinis scripturarum veritatem peruersa nituntur interpretatione subuertere. Si ergo ratio non concedit, vt de aliena dixerit, restat, vt de propria dixisse credatur. Quod inde etiam probatur, quod in secunda parte ait, Dico autem non nuptis, & viduis, quibus si iam superius fuerat locutus, super vacuum fuit iterare sermonem, in tertia autem de virginibus. Deinde subiungit, Sed reuertamur ad primam, in qua non viduis, & virginibus, vt quidam imperite existimant, sed matrimonio iunctis proprie scripsisse manifestum est, Bonum est homini, mulierem non tangere. Non dixit, bonum homini non ducere, qui de iis, qui iam duxerant, disputabat. Hactenus Sixtus. Ergo quod Apost. dixit, Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat, perinde est, quasi diceret, propter fornicationem vnusquisque maritus vxorē suam habeat ad vsum. Hoc est Verbum dei expressum nõ quidem litera, aut sono, sed spiritu, nihil enim hic Verbo dei appositum est nunc secundum spiritum verbi, qui est eius sensus, quod non prius esset cum eo connexum, nisi huic Verbo dei, Ego, & pater vnus sumus, apponere existimandus est, qui sic prædicet, Ego & pater vnus sumus secundum substantiam, aut apponere huic Verbo dei, Spiritus paracletus, qui à patre procedit, qui prædicet sic, Spiritus paracletus, qui à patre, & filio procedit, vt iam secundum spiritum pro expresso Verbo dei haberi debeat, qd̄ hic necesse sit, suggerere, & intelligere, quasi ita expressum sit. Verbû. n. dei magis in spiritu sensus catholici, quàm in materia scripturæ, vel soni consistit. estq; cum expressis connexû, quod ex expressis conclusum, & demonstratum est. Isti ergo sunt, qui se Euangelicos appellant, qui expressum dei Verbum, quod se tenere, & sequi gloriantur, opprimunt, dum ei apponunt sua falsa dogmata. Vt nunc huic Verbo dei, Propter fornicationem vnusquisque maritus vxorem suam habeat, apponunt suum impurum,

impurum, & sacrilegum dogma, Vt quicumque siue ſæculares, siue ſacri ordinis, continentis eſſe non poſſunt, propter fornicationem vxores ducāt, & ſceminæ item nubant, quo quidem dogmate Verbum dei opprimunt, ſicut aurum ærugine. Illud præterea Verbum dei opprimunt hic, ſcilicet, Creſcite, & multiplicamini, non intelligentes quibus hoc dictum ſit. dictum eſt enim Adæ, & Euæ, quos dominus coniugio iunxerat, & in eis dictum eſt ceteris omnibus eiſdem ordinis, id eſt, iis, qui ſimili matrimonio iuncti eſſent. his enim benedicendo ſecundum placitum ſuum, & vim in generauit, & ius fecit generandi, ſic ſenſit, ne ſine auctore loquar, idem ſanctus Sixtus. Adæ (inquit) & Euæ, ni fallor, dictum eſt, qui rudem adhuc mundum, & ab omnibus incolis vacuum ſoli poſsidebant. quod dixit, ni fallor, non dubitantis eſt, ſed conſiderate loquentis, ſubiungit deinde, Quomodo nunc nobis hæc ſententia competit, quos iam terra vix ſuſtinet? quibus ipſa iam cum labore, vt ita dixerim, vix elementa ſufficiunt? Deinde, qui dixit in principio creſcere, & multiplicari, ipſe in fine exemplū non nubendi volentibus tradidit. cui prima ſententia placuit, placeat & ſecūda, imo magis ſecūda, quàm prima. ſepe. n. poſterius priori terminū ſtauit. Item ſanctus Ephrē monacho, qui vxorē, aut duxerat, aut ducere volebat, obiiciēti illud, creſcere, & multiplicari, & illud alterum, melius eſſe nubere, quàm vri, negat dicta eſſe hæc τοῖς ἀπὸ τῶν κτηνῶν, id eſt, iis, qui ſæculo, & ſæcularibus negotiis renuntiarūt, ſed τοῖς βιωτικῶν, ſic enim appellat eos, qui huius vitæ curis implicati ſunt, qui cogitant, ſicut Apoſt. ait, quæ ſunt mundi, quomodo placeant vxori. Itaque vt illud, quod Adam dixit, Hoc nūc os ex oſibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, vt ait Aſterius Epiſcopus Amafææ vetus auctor in homilia contra eos, qui vxores dimittebant, communis eſt hominū promiſſio facta per perſonam Adæ cunctis mulieribus, quæ lege coniugali uiris nupſerunt, ſic quod dominus eiſdem primis coniugibus in principio dixit, Creſcite, & multiplicamini, idem ceteris eiſdem ordinis, id eſt, coniugio legitimo copulatis, in Adam, & Eua dixit. Sed rurfus obiiciunt nobis Euangelici, quod Apoſt. prædixit, futuros eſſe nouiſſimis temporibus, qui a fide diſcedentes, & attendentes doctrinis dæmoniorum,

per

per hypocrifiſim, & mendacium prohiberent nubere, & abſtinere a cibis, quaſi de nobis ſit prædictum, quod minime eſt, eos enim notaui Apoſt. qui (vt ait idem Sixtus) vt malum, nuptias damnant, & nuptias non adeo inſtitutas credunt, neque illos nubere ſinunt, quibus Apoſt. hoc indulſerit, Manichæos ſcilicet, vel Marcionistas, qui alium nuptiarum, alium virginitatis deum credunt. Nos vero (inquit) eundem conſitemur, & non damnamus nuptias, neque incontinentes nubere prohibemus, ſicut ſcriptum eſt, Quod ſi non continent, nubant, quod quidem vt ante probauimus, de iis intelligendum eſt, qui non ſunt ἀπὸ τῶν κτηνῶν, id eſt, qui non renunciarunt huic poteſtati. Sic quoque Greg. Nyſſenus hunc locum intellexit. is enim interpretans in lib. de virginitate. cap. vii. cauteriatam conſcientiam prohibentium nubere, Eo (inquit) quod abominabiles exiſtunt nuptias, ſibi ipſi notam infamis cōiugii inurunt. Si enim arbor mala eſt, vt ait Euang. & fructus omnino erit dignus arbore. quod ſi arboris nuptialis germen, fructusque homo eſt, proſecto probra coniugii ad ipſum pertinent, qui producit. hætenus Nyſſenus. Denique ſic eſſe intelligendum, nemo maiore auctoritate docere poteſt, quàm Clemens Rom. diſcipulus, & comes Apoſtolorum. Is igitur in Apoſtolicis doctrinis lib. vi. de ſchiſmatibus, & hæreſibus enumerans hæreſes, Alii (inquit) nuptias cum procreatione liberorū malum eſſe aiunt, & diaboli inuentum. Rurfus, quosnam Apoſt. eodem loco notaſſet, quod alios cibis prohiberent, nec hoc ſapientia Euangelicorum intellexit, vt hoc quoque obiter admoneamus. eos enim notaui, quos clarius idem Apoſt. in epiſt. ad Coloff. notarat, cum ait, Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, nemo vos ſeducat volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit, & quæ ſequuntur. quem locum interpretans doctus Tertull. lib. v. contra Marcionistas, Aliquos (inquit) taxat, qui ex viſionibus angelorum dicebāt, abſtinendum eſſe à cibis. Fortaſſe de his ſignificauit Iofephus, cum ſcripſit in extremo libro antiquitarum Iudaicarum, fuiſſe dogma Iudæ Galilæi phantafias ex angelis in multo prætextu religionis. item Magnus Baſilius in reg. breui. cclviii. Quis damnetur (inquit) in eo, quod ait in humilitate, & religione angelorum, idem Apoſt. declarat, cum paulo poſt ἀπειθεῖαν appellat, quo verbo immanitatem, ſiue

X

inhu-

inhumanitatem notat in eo, quod non parcatur corpori. quo in genere (inquit) sunt Manichæi, & alii similes. Illud etiam ad explanationem loci huius pertinere potest, quod scribit Clemens Alex. lib. iiii. stromatum, colentibus angelos, & dæmones curæ esse, & studio magis à vino, & animatis, & venere abstinere, cum tamen ut summis animi virtus est, & non afflictatio corporis tantum, sic etiam continentia animi virtus est, quæ non est in manifesto, sed in occulto. hæc Clemens. Alter vero Clemens & antiquior, & grauior in eodem lib. vi. clarius interpretatur. Alii (inquit) cibos improbât, & resurrectionem infamant, dicentes, ad honorem nostrum pertinere, si abstinemus à cibus, & potione. Sic enim fore ut à mortuis resurgamus facti angeli expertes carnis. eos igitur notauit Apostolus, qui ut sic honorem, & reuerentiam erga angelos corporis expertes adhiberent, talesque ipsi aliquando resurgerent, ab animatis more Pythagoreorum, & fortassis ab aliis cibus, & vino superstitiose, & inhumane abstinebant, non parcentes corpori ne in ægritudine quidem. Ex eo vero, quod Apostolus subiunxit, non in honore aliquo, contra saturitatem, hoc enim significat *πρὸς ἀληθοσύνην*, quis non intelligit, modo cæca opinatio Evangelicorum anticipata non obsistat, Apostolum non obscure significasse, quamuis omnis creatura dei bona sit, licere tamen abstinere à cibus ad coercendas voluptates corporis, quæ temperantia non iam ad inhumanitatem, & superstitionem pertinet, sed potius ad honorem dei, & honestatem virtutis. Quid enim honestius esse potest, quàm voluptatum titillationem sensibus quasi sopitis, abstinendo se à cibus, cohibere, ac reprimere? Optime hunc Pauli locum idem Cyrillus Hierosolymitanus, cuius paulo ante memini, aduersus Evangelicos istos in catechesi secunda interpretatur interpretabor Latine. Aliquæ animæ (inquit) se polluunt, dum vitales causas edendi, aut non edendi ignorant. Etenim cum ieiunamus, à vino, & carne nos abstinemus, non quod auersemur, & abhorreamus, sed quod mercedem inde expectemus, ut contemnendo quæ ad sensus pertinent, spirituali mensa fruamur, & ut seminando nunc in lacrimis, futuro sæculo in exultatione metamus. Deinde subiungit, Ne igitur contempnas eos, qui manducant, & propter imbecillitatem corporis cibum capiunt, neque vituperes eos, qui vtuntur

tur modico vino propter stomachum, & frequentes infirmitates, neque condemnemus eos tanquam peccatores, neque oderis carnes tanquam aliena. Sciebat enim Apostolus esse aliquos tales, cum dixit, prohibentium nubere, & abstinere à cibus, quos deus creauit, ut fumeret fideles cum gratiarum actione. Deinde subiungit, *μη οὖν ὡς βδελυκτῆς ἀπέχου ἐπεὶ κρεῖττον οὐχ ἔχεις, ἀλλ' ὡς κρεῖττον τοῦ σώματος ὑπερφρονεῖ διὰ τὴν περὶ κρέμνα νόσον καλλιόνα.* id est, ne ergo te abstineas à cibus, quasi execrabiles sint, sic enim abstinentem nulla te merces manebit, sed contemne tanquam bonos propter meliora bona spiritualia tibi proposita. Præclare quoque hanc virtutem abstinendi a cibus contra saturitatem carnis in obsequium dei, Concilium Anglicanum ab Othone Card. sancti Hadriani legato sedis Apostolicæ ante annos prope ccc. habitum explicauit. Sanciens enim, & renouans interdictum beati Benedicti de abstinendo ab esu carnis in proœmio canonis, Adhæc (inquit) quoniam obseruantia regularis, quæ per arctam viam ducit ad vitam, per carnis superbiam laxatis habenis multipliciter impugnatur, merito sancti patres voluerunt ab esu carniū cohibere, ut eius superbiam contereret parcitas, & per mundi cibi abstinentiam carne deuicta spiritus gratias domino decantaret. Libenter hunc Apostoli locum de ratione prohibendi cibos pluribus verbis explicauit, quod Evangelicorum disciplina impudica esse non poterat, nisi eadem, irriso, & expulso ciborum delectu, esset quoque gulæ patrona, cuius blandimenta, libidinis sunt irritamenta, & adiuueta.

Sunt præterea, qui profanam impudicitiam sacri ordinis sextæ Synodi Canone xiii. defendunt, quo illi magistri luxuriæ secundum desideria sua, reprehensa impudenter & nefarie sancta, & incorrupta consuetudine ecclesiæ catholicæ Romanæ, fanciunt, ut liceat maritis sacerdotibus, dare operam liberis. De quo canone, & eius auctoribus, & de origine eiusdem, quæ in libro de sexta Synodo scripsi, mihi quidem repetere non est pigrum, vobis autem fortasse necessarium. Ostendimus ergo in eo libro canones illos, qui sextæ Synodi esse feruntur, non sextæ Synodi, neque alterius œcumenici concilii fuisse, nec esse potuisse. quod trium testium antiquæ fidei, & magni nominis auctoritate confirmaui. Vnus est Theophanes Græcus auctor Tarasii Constantinopolitani Syncellus, sic enim illi, ut suspi-

cor, secretarium vocant, qui à temporibus Diocletiani imperatoris vsque ad Michaelē Leonis filium, idest, vsque ad sua tempora annales rectos, & simplices summa fide, & diligentia perduxit. is ergo canones illos, xxvii. aut xxviii. annis post sextam Synodum confictos esse indicauit inita ratione annorum, ac notata successione tum imperatorum, tum patriarcharum ab eo tempore, quo sexta Synodus habita fuit vsque ad annū, quo scripti sunt canones ipsi, qui notatus est in tertio eorum canone. idem fecit Anastasius Vaticanæ bibliothecæ magister tempore Hadriani. ii. Theophanem secutus, imo interpretatus. Tertius testis est Umbertus Cenomanensis Leonis noni ad Constantinopolitanos legatus in eo lib. quem aduersus calumnias Michaelis patriarchæ, & Leonis Acridani archiepiscopi Vulgar. ante annos cccc. scripsit. fluxit autē canon ille xiii. primum quidem ex libidine, ac desiderio carnali ipsorum auctorum, Deinde ex canone falso, & quantum suspicor, a Nicolaitis supposito, & in librum vi. Clementis Rom. de apost. doct. immisso. quem ego prius in libro meo de sexta Synodo iis verbis recitauerā, quibus Niceta Pectoretus natione Græcus, & eiusdem canonis defensor, & patronus recitauerat. Episcopum, & presbyterum, & diaconum dicimus, qui vnā habet vxorem ordinari, quamuis viuant eorum vxores, quamuis defunctæ. Neque licet eos post manus impositionem innuptos esse, neque insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alias amplecti, sed sufficere eis, quas habent, cum ad ordinationē venerint. Hinc Græci impudicam, & sacrilegam consuetudinem, quam eis idem Umbertus Cenomanensis in sua illa ad Constantinopolitanos legatione, obiecit, & exprobrauit, traxerunt, vt qui ordinandi essent, prius (inquit) interrogarentur, vtrum haberent vxores, qui si non habere, responderent, cogerentur prius ducere, deinde manus impositionem accipere. quod de eis arbitror, intellegendū esse, qui hieromonachi fieri volunt. qui est nunc mos in Græcia, hunc ergo canonem, quia tunc, cum illa scripsi, Græcè non legeram, sic esse credideram, vt eum Nicetas recitauerat. postea vero cum viii. illos libros Clementis *πρὸς τὴν διακονίαν, ἢ διδασκαλίαν ἀποστολικῶν* reperissem, cognoui canonē illum xiii. fortasse non fuisse, vt ante suspicabar, ab illis fictum, qui doctrinam Nicolaitarum tenebant, tametsi illis congruat, sed a Niceta, aut

ta, aut ab alio quopiam per inscitiam, quod mihi verisimilius fit, male conuersum, aut certe si fuit ab hæreticis deprauatus, & in eum Niceta incidit, eo magis lætandum esse & gratulandum, quòd nos per dei gratiam in castum, & integrum exemplum inciderimus, quod deo adiutore, in Latinum conuertere, & in publicum emittere prope diem speramus. Sic ergo est Græcè, *ἐπίσκοπον καὶ πρεσβυτέρον, καὶ διάκονον εἰπομένῳ μνηστογάμω καὶ δίτα-  
δω, καὶ ἄλλοις ἀδελφοῖς αἰ γαμεῖται καὶ παθήσεται, μὴ βεβαίως δὲ αὐτοῖς μετὰ  
χειροτονίαν, ἢ ἀγάμοις εἶσιν ἡδὲ γάμον δεῖχεται, ἢ γαμικῶσιν ἐτάροις  
συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι, εἰ ἔπι ἔχοντες ἡλθον ἡδὲ τῶ χειροτονίαν.*  
transferamus nos totidē fere verbis. Episcopū, & presbyterū, & diaconum vnus vxoris viros ordinari dicimus, siue eorum vxores viuant, siue mortuæ sint, neque licere eis, post ordinationem, si ante non duxerunt, vxorem ducere, aut si duxerunt, cum aliis matrimonio copulari, sed illis contentos esse debere, si adhuc habebant, cum ad ordinationem venerunt. Ille igitur xiii. canon sextæ Synodi ex hoc canone Nicetæ siue Græcè deprauato, siue male translato manauit, qui cum velit, non licere, post sacram ordinationem sine vxore esse, cōsequens est, vt iis, qui sacri ordinis sunt, vxoribus suis vti, cōcedat, alio qui quorsum prohiberet, sine vxore esse? contra vero hic nos ter cum iis etiam, qui nullam vnquam habuerunt, vetet vxorē ducere post sacram ordinationem, rursus consequens est, vt simul vetet, eis etiam, quas ante habebant, deinceps vti, vt sint tanquam non habentes. alioqui quorsum vetaret, saltem vnus vxoris virum fieri? Fuit etiam alia causa illius canonis. xiii. quòd quintum canonem Apostolorum, Ne episcopus, aut presbyter, aut Diaconus vxorem suam prætextu religionis eiiciat, sic intellexerunt, quasi vetaret, ne presbyter, aut Diaconus vxorem suam carnali consuetudine priuaret, ac non potius iuberet, vt curam eius alendæ, & custodiendæ haberet. alioqui quomodo domui suæ bene præesse sciret? aut filios haberet subditos cum omni castitate, vxore sua sprete, & inhumanè eiecta? Deinde, quod Dominus dixit de non dimittenda vxore, & alia ducēda, Quod deus coniunxit, homo non separet, carnaliter tantum, idest, de non relinquenda consuetudine carnali, illius canonis auctores intellexisse videntur, quasi nemo facere posset, vt necesse esset aliquando, siue propter votum factum, siue propter gradum ordinis

dinis sacri sponte susceptum, habere uxorem, tanquam non habentē. Postremo quod erat in Canone xxv. tertiæ Synodi Carthag. quem auctores illius canonis xiii. laudant, & sequi se velle significant, illud, inquam, ut abstineant *καὶ τὸ ἴδιον ὄρους*, sic illi intellexerunt, ut si illic dictum esset, *καὶ τὸν περὶ πόντου καὶ γαλιλιᾶς*, ut iidem dicunt, id est, conuenienti tempore, ut cum essent sacra operanda, aut ieiunandum, sic enim Theodorus Balsamo Græcorum canonum interpres illud, *καὶ τὸν περὶ πόντου καὶ γαλιλιᾶς* exposuit, id est, *καὶ τὸν περὶ τῆς ἐπιμελείας, καὶ τῶν καιρῶν τῶν ἰδίων*, cum instaret, inquam, tempus ministerii sacri, quasi dictū esset, in ordine vicis suæ, ut de Zacharia vetere sacerdote scriptū est. cum tamen vel sæcularibus præcipiat Apostol. abstinere ex consensu ad tempus propter orationem. Illis ergo duobus verbis, *καὶ τὸ ἴδιον ὄρους*, id est, ut Verbum Verbo reddamus, secundum proprias definitiones, non tempus abstinendi, sed potius rationē castitatis perpetuo seruandæ tertia Synodus Carthag. notauit, quod pluribus verbis secunda Synodus Carthag. clarius dixerat, Gradus episcoporum, presbyterorum, & Leuitarum nexu castitatis colligatos propter cōsecrationem, ut deceat sanctos episcopos, presbyteros, & Leuitas, & ministrantes diuinis sacramentis, abstinere debere in omnibus. Ut iam debere istos abstinere secundū proprias definitiones, nihil aliud sit, quàm abstinere eos debere secundum rationem sui cuiusq; gradus sacri, cui annexa, & colligata est castitas, quia hoc eos deceat, qui sacra tractant. Hæ sunt causæ, vnde Canon ille xiii. profanus, & sacrilegus profectus est, in quo tota impudicitia Græcorum sacerdotum tenentium doctrinam Nicolaitarum nititur. Quorum exemplum, & auctoritatem noui nunc Nicolaitæ per Germaniam, & alias regiones imitari volunt.

Sunt alii qui sic cœlibatum sacri ordinis defendendum esse existimant, ut tradant non esse essentialiter annexum debitum continentiæ ordini sacro, sed ex statuto ecclesiæ. Vnde videtur (sic enim ait sanctus Thomas) quoddam per ecclesiam possit dispensari in voto continentiæ solennizato per susceptionem sacri ordinis. Sed non ita est. Etsi enim monachus omnibus modis sæculo renunciet per sponsonem triplicis voti, non sic autem ordo sacer, cum non renunciet proprio, nec potestati sui, videaturque iam prima specie, hac ratione, ut idem auctor existimat,

Existimat, cum monachis dispensari non posse, cum ordine sacro posse, at renunciat per susceptionem voluntariam ipsius ordinis sacri votis sæcularibus, ut dominus instituit, & apostoli docuerūt, ut ex scripturis sanctis, & veterum patrum testimoniis satis me demonstrasse puto. hoc sancta, & vniuersalis ecclesia tanquam depositum fideliter custodit, & custodiuit semper. ut vel ex solenni, & ecclesiastica præfatione ordinationis hypodiaconi, qui est primus ordo sacer, perspicui potest, ut nos supra obseruauimus. In quibus quidem votis sæcularibus potissimum est, esse cum uxore ad cogitandū, quæ mundi sunt, quomodo maritus placeat uxori, quod est eorum proprium, qui vxoriæ consuetudini non renunciarunt, ut est propria ordinis sacri renunciatio voluptatis carnalis. Sed si ita est, (inquiunt) votum continentiæ essentialiter ex institutione diuina ordini sacro annexum, ut est annexū monacho, quemadmodum non dirimitur matrimonium ante contractum suscepto ordine sacro, ut quidem dirimitur suscepta monastica religione? de nō consumato loquor. Hæc est validissima istorum ratio. Ad quā non sic respondebo, ut pridem in lib. de sexta Synodo, & canonibus eius respondendum esse putauit, quod hic corrigere nō pœnitet. Non p̄batur mihi tunc, quod dici solet, non ab homine, sed à deo solui coniugium illud; & quod ingressus in religionem, mortuus mūdo censeretur, ex quo fieret, ut vxor eius nondum cognita, libera remaneret. Itaque aliam rationē, & causam excogitasse mihi videbar, quasi illud nondum esset matrimonium, quandiu ex libera voluntate monasticæ vitæ pendere videretur, sponsa interim intacta, sed non ita est, imo certum matrimonium est, & non incertum, & suspensum, ut ante suspicari videbar. Quod autem soluat, sit auctoritate non humana, ut aliquis fortassis existimare posset, sed diuina per Apostolos tradita, & ab omnibus ecclesiis suscepta. Rationem vero huius separationis, quæ auctoritate apostolicæ traditionis sancita est, illam fuisse credendum est, quod is, qui religionem monasticam suscipit, mundo moriatur, scriptum vero est, Mulier alligata est legi, quandiu vir eius viuunt, quod si dormierit vir eius, soluta est à lege, cui vulr, nubat, tantū in domino. Itaque monachus omnibus partibus, omnibusque cogitationibus vitæ diuise, ut diuinus Dionys. tradit in c. de mysterio

sterio monasticę professionis, renūciat, & renuncitationē spōsione firmat. renūciat, inquam, possessioni rerū, quę animū distrahit, sponione paupertatis, potestati viuendi liberē sponione priuatę obediētīę, voluptati carnis spōsione castitatis. Hac enim triplici sponione velut muro septus, & quasi loris confectus, & alligatus, quicquid in mundo mali est, superat, scilicet auaritiā, quę est concupiscentia oculorum, nihil habendo, concupiscentiam carnis vita cęlibe, & casta, & superbiam vitę, quę est vana gloria, subiectione humili, & obedientia. Ordo vero sacer non ita renūciat proprio, & libertati, ex quo fit, vt vxorem, & liberos curare, & alere possit, & debeat. Imo episcopus, presbyter, & diaconus, qui prętextu religionis, vt ordinis sacri, vxorem abiicit, ne eam scilicet amplius curet, iubet canon apostolorum, vt gradu suo moueatur. Denique siue hęc sit causa, & ratio, siue alia, de dirimendo quidem matrimonio non consumato per susceptionem monasticę religionis est consuetudo omnium ecclesiarum, quę hoc ab apostolis acceperunt, vt credere par est, de non dirimendo autem per susceptionem sacri ordinis non est. Similiter si quis quæreret, cur si ingressus in religionem non consumato matrimonio mori cęseatur, non similiter mori cęseatur, qui post consumatum matrimonium assentiente vxore ingreditur, vt similiter libera maneat, vt cui vult, nubat? Respondendum est, secundum rationem matrimonii non esse, cur magis non consumatum liceat, dissolui per ingressum religionis, quàm consumatum, fateor, verum non consumatum consuetudo ecclesiastica ex traditione apostolorum ducta obtinet, vt dissoluatur, consumatum vero, vt non soluatur. Ratio autem discriminis difficilis, & obscura esse videtur. Ego vero illam esse existimo, quod is, qui post consumatum matrimonium ingreditur in religionem, fortassis existimari possit, non tam propter deuotionem, quàm propter fatietatem, & rædium vitę cōiugalis ingredi, & quia desiderium carnis iam expleuerit. Deinde, quia fortasse data esset occasio aut mulieribus viros suos sua intemperie, & vitio compellendi malitiose in monasteria, aut viris mulieres, vt ad secunda coniugia experienda liberi remanerent. in matrimonio autem nõ consumato per ingressum religionis dirimendo non existit similis ratio, & causa huiusmodi suspicionis, & malitię, cū nondum

dum in vnum conuenerint. Simile est, quod Magnus Basil. in canone. ix. & xx. sic scripsit. Quamuis secundum sententię consequentiam ex æquo conueniat vxoribus, viros suos propter fornicationem dimittere, tamen hoc consuetudo non habet. neque tamen facilis est ratio discriminis. hęc Basil. Hæcænus responsum est sancto Thomæ, & iis, qui nobis non solidam rationem, aut scripturam sanctam, aut patrum testimonia, sed opinionem sancti Thomæ præiudicatam obiiciunt, qui votum continentię dixit essentialiter annexum esse monachatu, ordini vero sacro non item. Cum potius cogitare, & tradere debuisset, propriam esse continentiam ordinis monastici propter sponionem voti castitatis, ordinis vero sacri propriã esse ex natura gradus sacri propter institutionem dei, vt Syn. ii. Carthag. significauit, cum dixit, *κατὰ τὸ ἰδιότυπον*, idest, secundum proprias definitiones abstinentium esse illis, esse enim ordines sacros connexos vinculo castitatis.

Obiiciunt præterea ex. v. Dec. Clementis iii. auctoritatem de pœni. & rem. c. quæsitum. Quæsitum est (inquit) vtrum sacerdotibus Græcis, (quibus matrimonio legitimo licet vti) pœnitentia publica sit imponenda, si eam sibi postulent pro filiis oppressis iniungi, &c. Quibus respondendum est, primum quidem non videri verisimile, respondisse pontificem, de quo non quærebatur, neq; ad id, de quo quærebatur, necessarium erat, & quod ab alio antiquiore, & magno pont. fuerat improbatum, & reprehensum. vt paulo post ostendam. Quis non iudicet, videri potius hoc ab aliquo siue interprete, siue lectore interpretationis gratia appositum, & ascriptum? Quis cum legit, non videt, quàm sit illa parenthesis inepta, & aliena? Quærebatur, an sacerdotibus Græcis imponenda esset publica pœnitentia pro filiis oppressis, Hęc erat quæstio. Ad hanc respondere non satis erat, nisi etiam de ea re non consultus libidinem Græcorum sacerdotum approbaret? Deinde, esto, non sit appositum, vt quidem suspicor esse, si de eo iudicauit pont. quod ad eius iudicium, & auctoritatem relatum fuerat, an scilicet iniungenda esset publica pœnitentia sacerdotibus Græcis pro filiis oppressis, de eo vero, Vtrum liceret eis, dare operam liberis, non consulebatur, profecto si quid de ea re interposuit, magis ad interpretationem eius tanquàm auctoris, quàm ad decretum tanquàm

iudicis pertineat. Quare in altero iudicium tenendum est, praesertim cum veritas, grauitas, & maturitas in eo appareat, in altero interpretationem tenere, non est necesse, imo neque licet hic. Neque enim si quid pontifices in decretis suis obiter explanant, de quo non fuit propositum consulenti, ut de eo quaereret, neque pontifici respondenti, ut de eo iudicaret, necesse est, id tenere, neque ipsi à nobis hoc postulant. Imo si quid pont. aliquando priuato sensu sanciret, quod cum veritate, & iustitia plane discrepare videretur, quod euenire potest, & fortassis aliquando euenit, beatus Gelasius sanctiss. & eruditiss. pont. respondere nos docuit, quod idem respondet iis, qui obiciebant absolutionem Petri patriarchæ Alexandrini hæretici a superiore pontifice factam. Negat Gelasius absolutum a pontifice, aut certe si absolutus esset, non fuisse absolutionem legitimam, & canonicam auctoritate factam. Si assensus (inquit) pontificis inter fuit, doceatur, à quibus, & ubi ille sit gestus. Si secundum ecclesiæ regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus, ubi proculdubio requirendum est, si Synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnati, & depulsionem catholicis, quia noua causa est, fieri debere certum est. Ecquis dubitat, si hæc in decretis, & consultis, siue de moribus, siue de fide faciendis seruentur, quin propter prærogatiuam priuilegii pontificalis nunquam pontifex errare possit? Denique de assensu illo pontificis, qui fortasse fingebatur, idem Gelasius assensus (inquit) pontificis secutus est, adulationis potius fuit, quàm legitimæ sanctionis. Non est dissimile, neque ad sacrum cœlibatum parum pertinens, quod Zacharias pont. epist. vi. respondit Bonifacio episcopo de dispensatione, quæ a beato Gregorio facta fingebatur, De illo (inquit) qui viduam auunculi sui, quæ & ipsa fuit vxor consobrini sui, & sacrum velamen habere monstrata est, & a beatæ memoriæ prædecessore nostro sibi licentiam concessam esse diuulgauit, ut eam in pernicioso matrimonio assumere debuisset, absit hoc, ut prædecessor noster ita præciperet, Neque enim ab apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse patrum, siue canonum institutis perhibentur. Admonere, adhortari, increpare eos necesse est frater, quatenus à tali scelesto recedat matrimonio, & non in æternum pereant.

Verius

Verius itaque est, quod Nicolaus primus ad consulta Vulgarorum respondit, quod cum interpretatione Clementis iii. pugnat. Consulendum (inquit) decernitis, Vtrum presbyterum habentem vxorem debeatis sustentare, & honorare, an à vobis proiicere, in quo respondemus, quoniam licet ipsi valde sunt reprehensibiles, vos tamen deum conuenit imitari, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Deicere enim à vobis ideo non debetis, quoniam neque Iudam dominus, cum esset falsus discipulus, a numero discipulorum eiecit. Verum & de presbyteris vobis, qui laici estis, neque iudicandum est, neque de vita eorum quicquam inuestigandum, sed episcoporum iudicio, quicquid id sit, est reseruandum. Non reprehendit hoc loco Nicol. pontif. ut Gratianus existimasse videtur xxxi. c. Aliiter eos, qui vxores haberent facti sacerdotes, eos dico, quos multo ante Synodus iii. Carthag. approbauerat, qui cum vxores haberent, essent tamen sicut Apost. ait, tanquam non habentes, quod eadem Synodus cap. xxv. sapientissime retulit ad sacerdotes, & ad reliquos ministros sacros. idem fecit Hilarius pontifex in Synodo cap. ii. & Leo magnus epist. xc. cap. iii. non, inquam, reprehendit hos, sed potius illos reprehensibiles esse dixit, qui vxores habebant scilicet ad vtendum eis, ita ut non essent, tanquam non habentes. Sic enim locutus est prudentissimus pontifex, sicut Apost. cum ait, sed propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat, non dixit ducat, ut notarunt ecclesiastici patres, sed habeat, scilicet ad vtendum ea, respondebat autem, ut supra docuimus, sæcularibus, qui de eo quaesierant. Ergo Vulgari cum viderent sacerdotes suos dare operam liberis, ut hodie quoque iidem faciunt, imo facit cuncta ferè Græcia, offensi illorum impudica vita, volebant, non alere eos, neque honorare, imo potius eiicere, sed de eo prius pontificem consulendum esse putauerunt. Respondit pontifex, non pertinere ad populum, iudicare de sacerdotum vita, vtrum turpis, an honesta sit, sed ad episcopum eorum. Cui quæso probabile videatur, ut Clemens iii. in Græcis probarit, quod ante eum grauis. & eruditiss. pontif. Nicolaus i. in Vulgaris, qui ex Græcis sunt, & Græcorum ritus semper tenuerunt, & vsque in hodiernum diem tenent, secutus scripturas sanctas, sanctosque patres, & ecclesiæ doctores improbasset, ac reprehendisset?

Y ii Verio

Venio ad aliud decretum Stephani pontif. xxxi. cap. Aliter quod nobis quoque obiiciunt, qui sacri ordinis coelibatam oppugnant. Aliter (inquit) se orientalium traditio habet, aliter huius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ. nam eorum sacerdotes, diaconi, & subdiaconi matrimonio copulantur, sic enim in exemplaribus manu scriptis reperi scriptum, melius quàm, in matrimonio copulantur. Ut enim matrimonio copulari, facile cuius significet, habere aliquam in matrimonio, ita in matrimonio copulari, non videtur, aliud declarare, quàm cum ea, quam quis in matrimonio habet, rem habere. Vnde non mirum, si Glossa, quam vocant, sic interpretata est in matrimonio copulantur, pro eo, quod est, copulato vtuntur, sed quàm male, & incoherenter, ex eo perspicitur potest, quod idem Pontifex subiungit, Istius autem ecclesiæ, vel occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi. Quis enim hic, non intelligit, aliquid pontificem subiunxisse, fieri a sacerdotibus, diaconis, & hypodionis occidentalis ecclesiæ, contra quàm fieret à sacerdotibus, diaconis, & hypodionis orientalis? At hoc non est, neque esse potest, quòd in occidentali ecclesia sacri ordines vxores ducerent, quod nunquam licuit, neque permissum fuit siue in orientali, siue in occidentali ecclesia. Ergo illud, non habere sacerdotes, diaconos, & subdiaconos in occidentali ecclesia licentiam coniugium sortiendi, nõ significat, non habere ius, & potestatem in eo gradu accipiendi vxorem, quod æquè Græcis, & Latinis prohibitum fuit semper, sed potius significat, in ecclesia occidentali non habere licentiam, id est, non posse, pro nutu, & voluntate sua esse in coniugio, simul & sacro ordine, non esse, inquam, permissum illis, vt ad nutum suum ex coniugibus fiant sacri ordinis, vt permissum est in ecclesia orientali, vbi nõ opus est vlla ad hoc dispensatione, quam vocant, modo nihil aliud obstat. Itaque copulari matrimonio, contrarium est eius, quod est, non sortiri coniugium, non sortiri vero coniugium, est non copulari coniugio, quod occidentalis ecclesia ordinariè, & vt ita dicam, regulariter seruat in iis, qui fiunt ordinis sacri, ecclesia vero orientalis non ita. Hoc voluit Stephanus Pontifex notare, non autem approbare libidinem sacerdotum Græcorum, a quibus quanto studio continentiam veteres patres require-

rent,

rent, non ignorabat Pontifex.

Adhæc, obijciunt fortassis Ancyranæ Synodi canonem x. qui diacono, si dixit, cum volebat fieri diaconus, se non posse absque vxore esse, concedit, vt quia vxorem permissu episcopi duxit, remaneat in ministerio sacro. Quibus respondendum est, Synodos provinciales esse, & fuisse semper subiectas sedis apostolicæ retractationi, siquid in eis cum veritate, aut diuina, aut ecclesiastica lege discrepet, quale est hoc, vt satis supra ex scripturis, & veterum patrum testimoniis, ac sententiis demonstrauimus. Sic respondi aliquando, nunc vero etiam aliter, & fortasse melius respondebo. Scilicet non significat Synodus, habere se ratum coniugium istud, neque concedit, vt factus diaconus ea vtatur, quam sic duxit, sed hoc concedit, vt quia permissit episcopus, vt ordinaretur, qui dicebat, se non posse esse sine vxore, non moueatur gradu, sed potius in eo post tales nuptias remaneat, ita scilicet, vt abstinere se ab ea, quam sic duxerit, vt ducere non licuit, sic enim consentaneum est intelligere. Sed recitemus canonem, Quicumque (inquit) fiunt diaconi, si inter ipsam ordinationem testati sunt, & dixerunt, oportere, se ducere vxorem, quia non possent sic manere, post nuptias factas sint in ministerio sacro, quia permiserit episcopus, scilicet ordinari, & postea vxorem ducere. Hos ergo Synodus nõ prohibet ministerio diaconi propter interdictas nuptias, sed potius veniam dat, quia id ausi sunt concessu episcopi, qui eos ordinauit, quos sciebat ducturos esse vxorem, quia continentes esse nollent. Consequens vero est, vt intelligamus, sic istis permitti, vt in sacro ministerio diaconi remaneant, vt teneantur tamen se ab eiusmodi nuptiis abstinere, propter quas digni erant, vt ministerium eis interdiceretur, nisi venia daretur propter episcopi permissum. de quo admonere nõ opus erat, quod per se erat satis manifestum. Simile est illud Inno. i. de iis, quos in diaconi ministerio, aut officio presbyteri positos incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. Si ad eos (inquit) forma ecclesiasticæ vitæ pariter, & disciplinæ, quæ ab episcopo Siritio ad omnes provincias commeaui, nõ probatur peruenisse, his ignorantibus venia non negabitur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere. & ita gradus suos, in quibus fuerint inuenti, retinent, vt eis non liceat ad potiora conscendere, quibus



quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. Sic istis Synodus Ancyra loco benefici videtur concessisse, ut sint in ministerio diaconi, ita tamen (sicut consequens est intelligere) ut deinceps continentes sint. Deinde subiungit eadem Syn. Ancyr. Si qui autem tacuerunt, & in ipsa ordinatione susceperunt sic deinceps manere, postea tamen ad nuptias venerunt, desistant à ministerio. Hos rursus, quia nihil excusare possunt, prohibet ministerio propter id, quod ausi sunt, ita scilicet ut etiam abstineant deinceps ab ea, quam non licuit ducere uxorem. Simile est etiam illud eiusdem Innoc. 1. quod statim post illa superiora in eodem loco sequitur, Si qui autem (inquit) scisse formam viuendi missam à Sirio deteguntur, neque statim cupiditatem libidinis abiectis, illi erunt modis omnibus submouendi, qui post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem. Scilicet sic istos priuat ministerio, ut neque permittat eis, uti deinceps vxoribus. Similiter Synod. Ancyr. cum iis Diaconis ministerium interdicit, qui facti diaconi uxorem duxerunt, cum tamen tacendo ante ordinationem, recipere viderentur, sic se velle manere, his inquam, Sic ministerium interdicit, ut nuptias illas sacrilegas post sacrum ordinem factas, tamen non dicat Synodus, tamē non habeat, ratas. non enim ignorabat Synodus xxv. canonem apostolorum, qui lectoribus tantum, & cantoribus permittit, uxorem ducere, qua uti liceat. Errat ergo, qui hunc canonem Synodi Ancyranæ non intelligens existimat, ut nuper quidam eruditus auctor existimauit, olim diaconos, & hypodiconos permisos esse ad nuptias peruolare, sic enim ille scripsit. Errat quoque Gratianus, cum ait de hoc canone dist. xxviii. cap. De Syracusanæ, nondum fuisse tunc introductam continentiam ministrorum altaris. Et rursus xxxv. q. i. cum ait, inter consilia perfectionis ab ecclesia addita post apostolica instituta continentiam sacerdotum ponendam esse. Item xxvi. q. ii. c. Sors. copula (inquit) sacerdotalis neque legali, neque euangelica, nec apostolica auctoritate prohibetur, ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur. Non ergo hoc permisit Synodus Ancyra, ut diaconi, aut hypodiconi post sacrum ordinem vxores acciperent, absit. Quod si aliquando, & in aliqua provincia id permillum fuit, licentia fuit, & dicenda est, non legitima per-

permissio. ut cum Leo magnus scribens ad episcopum Cathanensem xxvii. q. ii. Multorum (inquit) relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem fuisse, ut subdiaconi suis licite miscerentur coniugibus, licite dixit, non quidem, quod apud probaret, absit, sed potius ut hoc verbo significaret, quod hoc impune illic fiebat. Sic nobis, multa facere licet, quæ tamen non debemus, quia secundum deum non liceat, tamen si potestate nostra si abuti velimus, & libertatem in occasionem carnis dare, apud homines quidem facere possumus.

Obiicient præterea fortasse correctionem constitutionis Pelagii pont. a beato Greg. factam. Statuerat enim Pelagius pont. ut scripsit Leo magnus ad episcopum Cathanen. xxvii. q. ii. ca. Multorum. ut subdiaconi, qui iam vxoribus fuerant copulati, cum vxoribus suis non miscerentur, ut per Siciliam solebant, sed potius (inquit) vnum ex duobus eligerent, aut ministrare nulla ratione præsumeret, aut a suis vxoribus absterent. Hanc sanctionem beatus Gregorius dist. xxxi. c. Ante triennium, corripit, Quod durum (inquit) & incompetens ei videretur, ut qui usum continentiam non inuenit, neque castitatem promisit, compellatur a sua vxore separari, ac per hoc, quod absit, in deterior cadat. Deinde subiungit, Vnde videtur mihi, ut à præsentis die episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere diaconum præsumant, nisi qui se victurum caste promiserit, & præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura mala caute caueantur. Cum præterita mala dixit, satis significauit, quod ante fiebat, non licere, scilicet miscere se subdiaconos cum vxoribus, esto, castitatem non promississent, tamen ob hoc ipsum, quod castitatem extrinsecus non promississent, leuius puniendum esse hoc malum. Male itaque Glossa sic interpretata est, mala, hoc loco, scilicet continentiam, quæ (inquit) solet esse mala, & poenalis iuuenibus. Ut autem sic interpretaretur, effecit, quod ignorauit eius Glossæ auctor, exigere, hoc loco non significare requirere, sed punire, non autem puniuntur nisi mala. Itaque quod statuit beatus Greg. ut nullus deinceps fieret subdiaconus, nisi qui victurum se caste promitteret, non hoc statuit, quasi factus semel diaconus, lege cæli batus non teneretur, nisi ante ordinationem castitatem verbis promitteret, non ita est, imo ex natura propria ordinis sacri existi

existit obligatio seruandæ castimonie. Vt is, qui baptizatur, tamen si renuncieturum se operibus carnis verbis conceptis non sponderit, nihilominus tamen ab eis se abstinere teneatur, & si sponderit, teneatur quidem non tam propter sponsonem extrinsecus verbis conceptis factam, quam propter fidem cordis sigillo baptismi signatam, & consumatam, in quo baptismo inest sponso viuendi non sibi, sed Christo secundum conscientie bonæ interrogationem in deum per resurrectionem Iesu Christi. Sic in ordine sacro sponte suscepto inest renuntiatio votorum sæcularium, id est, sponso castitatis, quæ est propria, & vt ita dicam, essentialis gradus sacri. Verum cum beatus Greg. malum istud incontinentie subdiaconorum, qui se ideo cum vxoribus miscebant, quia castitatem extrinsecus non promiserant, non violente, sed leuiter corrigere vellet interdicens illis ministerium sacrum, vt se abstinere ab vxoribus, fecit fortassis, vt existimaretur, sic sensisse de cœlibatu sacri ordinis, quasi non esset essentialiter, vt ita dicam, ei annexus, aut gradus hypodiaconi non esset sacer, cum vtrunque sit falsum. Illud autem, deterius, quod idem beatus Greg. metuebat, credo fuisse, vel ne nimia tristitia, & dolore illi hypodiaconi absorberentur, vel ne quasi desperate renunciarent ordini sacro, & se in vitam laicam, & profanam traderent, amissa spe eos lucrandi, ac reuocandi. Illud ergo Gregorii, vt iterum dicam, Ne quis subdiaconus fiat, nisi castitatem voto profiteatur, sic intelligendum est, fieri debere, vt hodie fit, cum ordinator admonet ordinandos, vt videant, ad quem gradum ascendant, quia non licebit postea transire ad vota sæcularia, sed oportebit potius castitatem perpetuo seruare, dein de dicit, si placet, accedite. Siquis vero sic monitus, diceret, se non seruaturum castitatem, profecto non admitteretur ad ordinem sacrum, quia vero tacet, existimatur seruare velle, quod est quodammodo profiteri voto facto castitatem perpetuam. Ex quo non continuo intelligi debet, quasi necessitas seruandæ castitatis ex voto extrinsecus accedente existat, ac non potius ex lege diuina ipsius sacri ordinis propria. in quo ordine sponte suscepto inest inseparabiliter, & intrinsecus secundum dei legem stipulatio, & sponso seruandæ castitatis, cuius vinculum, & obligatio ad propriam rationem, & naturam gradus sacri pertinet,

III. 2.

cum

cum quo est proprie, & essentialiter connexa. Sicut docuit, vt supra ostendi, Synod. ii. Carthag. doctrinam Apostolorum secuta, vt ipsa testatur.

Rursus fortassis obiicient sacri cœlibatus hostes, illud Innoc. iii. ext. de cler. coniug. c. Cum olim, de quodam filio Græci sacerdotis, quem ille in sacerdotio genuerat, qui apud Latinos, inter quos habitabat, ordinari volebat. quod quidem concedit pont. Nos igitur (inquit) attendentes, quod Orientalis ecclesia votum castitatis non admittit, quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto, mandamus, & quæ sequuntur. Non approbat, pont. vt aliquis cauillari posset, quod Græci faciunt, abstit, sed cauet potius, ne huic obstit ad ordinationem, quod eum pater in sacerdotio genuisset. Certe si dare operam liberis in sacerdotio apud Græcos iure, & sine crimine licere Pontifex iudicasset, nihil erat, quod eum moueret, vt huic Græco electo, & in ecclesia Latina ordinando de hoc cauere. Nunc autem quanquam nati ex profano, & sacrilego concubitu, qualis est sacerdotis cum vxore, infames sint, tamen quia Græci licere id putant, & ita in consuetudine licet corrupta habent, idcirco concessit interim pont. vt huic electo non obstitet, quod ex sacerdote natus esset.

Iam vero vt ad canonem iiii. Synodi Gangrensis respondeam. xxviii. c. Siquis. Si ita in eo cautum esset, vt nuper quidam auctor alioqui eruditus existimauit, vt scilicet sacerdotes nolentes abstinere, non ideo arcerentur à sacris, sic enim ille scripsit, sic quidem difficile esset, respondendo canonem, & cœlibatum defendere. Nunc autem bene habet, quod non hoc cautum est, sed illud potius, vt esset anathema, qui diiudicaret, non licere communionem accipere à sacerdote sacrum operante, qui vxorem ante duxisset, nihil præterea additum est de eo, vtrum vteretur tunc, an non vteretur uxore. neque de eo, vtrum presbyter, si non se abstinere ab uxore, arcendus esset ab altari. Illud potius cogitandum est, cautum fuisse hoc in eos, qui presbyteros habentes uxores discernabant, quasi eis vterentur, atque ita non essent, tanquam non habentes, ut ratio sacerdotii postulabat. Simile erat illud iudicium laicorum Vulgarie de presbyteris suis, qui uxores habebant, eadem. dist. cap. Consulendum.

Z

dum.

dum. Etenim si nulla erat suspicio, neque periculum, ut supra iterum dixi, quin eas isti haberent, tãquam non habentes, quomodo fiet verisimile, quod eos laici vitãdos esse putarent, quia coniugati essent? Hoc ergo cautum fuit in Synodo Gangrensi, & a Nicolao. i. ne laicis liceret, discernere presbyteros suos; ac diiudicare, quasi non abstinerent, ac proinde non essent alendi, vt Vulgari laici volebant, aut non esse cum eis communicandũ in sacris, vt illi itẽ volebant, in quos Syn. Gang. canonẽ sanxit.

Adhãc, obiicient fortasse canonem xix. Synodi Rom. Siluestro pont. Nemo (ait) a die oneris presbyterii sumat coniugiũ. Videtur enim caueri tantum, ne presbyter vxorem ducat, quasi vti ea saltem, quam ante duxerit, non prohibeatur. Vnde quidam ex nostris catholicus, & doctus auctor male hunc canonẽ intelligens, mitius, dixit, præcipi hoc loco cœlibatum, quã a Clemente. Sed non ita est, non hoc tantum cauetur, sed coniunctio etiam corporum, quam vulgo copulam vocãt, hanc enim copulam significat hoc loco coniugium, vt in Synodo Turon. ii. cap. xii. Attamen quosdam (inquit) inhibita coniugia, idest, coniunctiones corporum vetitas, repetisse reperimus, quod nati etiam filii prodiderunt. Itaque non dixit canon Synodi Rom. nemo sumat coniugem, sed coniugium, quod à Græcis dicitur *συνζωγια*. Quid enim opus erat, prohibere presbyteris, vxorem ducere, si in quibusdam prouinciis ne lectoribus quidem, atque cantoribus hoc licebat? vt intelligi potest ex canone xiiii. concilii Chalcedon. Sic enim ait, Quia in quibusdam prouinciis permittitur lectoribus, & cantoribus vxorem ducere, & quæ sequuntur. in aliquibus ergo non permittebatur, ait Theodorus Balsamo interpres canonum Græcorum, alioquin nunquam sic Synodus Chalce. locuta esset. Illud quoque obseruandum est, coniunxisse hic Synodum Siluestri pont. Leuitas cum presbyteris propter breuiloquentiam scripturæ, & sacris legibus familiarem, idcirco non dixit a die presbyterii, sed a die oneris presbyterii, quod ad Leuitas quoque pertinere potest. statim enim vt quis factus est sacri ordinis, onus suscipit ministrandi ad aram, & presbyteris.

Rursus dicent alii, non magis debere esse cœlibes, qui sacri ordinis sunt, quã quæ votum castitatis fecerunt, at quæ votum castitatis fecerunt, si postea nupserint Augustinus in lib. de

de bono viduitatis, disungi, vetat, eosque reprehendit, qui eiusmodi coniugia adulteria esse dicebant. ex quo isti effici putant, vt similiter qui sacri ordinis sunt, siue vxores ante sacrum ordinem duxerint, eis deinceps vti possint, siue post ordinem sacrum, nõ dirimatur matrimonium. Sed recitemus, quæ Aug. scripsit, vt intelligamus, de quo voto loquebatur. Sed in uiduali (inquit) & virginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur, qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam non solum non capeffere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Deinde subiungit, Nam vt hoc demõstraret Apost. non ait, cum in deliciis egerint, in Christo nubunt, sed nubere volunt, Habentes (inquit) damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, sed tamen volendo, non quia ipsæ nuptiæ, vel talium damnandæ iudicentur, sed damnatur propria fraus, damnatur fracti voti fides, damnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina a bono superiore, postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentia primam fidem irritam fecerunt, vt voluntas, quæ a proposito cecidit, appareat esse damnata, siue subsequatur nuptiæ, siue desint. Deinde subiungit, Proinde qui dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis accurate, ac diligenter considerare quid dicant. Et paulo post, Fit autem (inquit) per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsum a sancto proposito sceminarum, si nupserint, non esse coniugia, nõ paruum malum vt a maritis separètur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores. Hæc Aug. de iis dicit siue virginibus, siue viduis, quæ velatæ non sunt, quæ tantum fecerunt uotum simplex castitatis, quod quidem tametsi matrimonium impediatur contrahendum, vt Theologi tradunt, tamẽ non dirimit contractum. peccant itaq; istæ non simpliciter, quia nubunt, nubere. n. non est malum, vt quidã hæretici volunt, sed bonũ est, quo tamen male vt, interdum accidit. Peccant ergo istæ (inquit) quia nubunt post votum castitatis factum, suntque huiusmodi nuptiæ non quidem per se iniustæ, & inhonestæ, sed propter fidem fractam voti superioris, alioqui ratæ, & certæ nuptiæ, tametsi per pœnitentiæ medicinam curandæ inflicta pœna aliqua, digamis constituta iuxta canonem Synodi Ancyr. xix. de huiusmo-

di virginibus, vel constituta fornicariis iuxta canonem xliiii. sextæ Synodi, vel adulteris iuxta canonem beati Basilii lvi. vel inflicta pœna excommunicationis, ita tamen vt episcopus humanius cum eis agere possit iuxta canoné xvi. concilii Chalcedon. de his virginibus, quæ se ipsas dedicauerunt, siue consecrauerunt deo, non enim dixit, quæ ab episcopo consecratæ sunt, aut alia pœnitentiâ, & aliò modo imposta iuxta cano. Valent. Syn. ii. de puellis quæ se deo vouerunt, si ad nuptias transierint, ne statim (inquit) ad pœnitentiâ recipiantur, & data pœnitentiâ, nisi plenè satisfecerint, eisdem communiõ differatur. Item Innoc. i. epist. 2. c. xiii. Hæc vero, inquit, quæ nondum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda est aliquanto tempore pœnitentiâ, quia sponsio eius a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei cõtractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum deo pepigit, solui sine vindicta non poterit? nam si Paul. apost. quæ a proposito viduitatis discesserunt, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem minime seruauerunt? de huiusmodi virginibus scribit, & sancit Leo magnus epist. xc. cap. xiii. Puellæ (inquit) quæ non coactæ parentum imperiõ, sed spontaneo iudicio, virginitatis propositum, atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, præuaricantur munere, si in proposito permanerent. Non dixit, irritas esse nuptias, sed peccare eas, quia scilicet fidem promissæ castitatis non seruauerunt, neque appellauit adulteras Christi, vt sanctimoniales cõsecratas Ambros. & Aug. appellant, si post velamen sacrum nupserint, De huiusmodi vero virginibus velatis, votoque solemnè obligatis idem Innoc. i. epist. ii. cap. xii. Quæ Christo (inquit) spiritualiter nubunt, & a sacerdote velantur, si postea nupserint, vel publicè, vel occulte corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad pœnitentiâ, nisi is, cui se iunxerant, de hac vita decesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque, viro viuente, alteri nupserit, habeatur adultera, neque ei agendæ pœnitentiæ licentiâ concedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit, quanto magis de illa tenendum

nendū est, quæ ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transire elegit? Hæc Innoc. Harum ergo nuptiæ adulteria sunt, & dicuntur. In his valet illa similitudo, quam Aug. dicit in lib. de bono viduitatis, si viro suo (inquit) viuo, quæ alteri nubit, adultera est, sicut ipse dominus in euangelio definiuit, viuo ergo Christo, cui mors vltra non dominabitur, quæ coniugium eius elegerat, si homini nubit, adultera est, hæc inquam similitudo in illis siue virginibus, siue viduis valet, quæ non tantum priuatè castitatem vouerunt, sed Christo sunt in ecclesia hierarchicè consecratæ, & velatæ. Quæ autem non sic sunt, in his sefellit similitudo eos, qui illas quoque; quæ mutato sancto proposito castitatis ad nuptias transierunt, eadem ratione adulteras putabant, & earum coniugia adulteria, quos beatus Aug. in eo libro reprehēdit, qui quidem eas, quæ se ipsas deo dicauerunt, ab iis, quæ ab episcopo dicatæ sunt, consecratas, inquam, a non consecratis, idest votum simplex a solenni, vt nunc loquimur, non distinguebant.

Iam vero quod Cyprianus ad Pomponium scripsit de virginibus deo dicatis, quæ cum masculis dormisse fuerant deprehensæ, Quod si se (inquit) ex fide Christo dicauerunt, pudicè, & castè sine vlla fabula perseuerent, si autem perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est, vt nubant, quàm vt in ignem delictis suis cadant, hoc, inquam, nisi cœci essent, nunquam isti obiciendum nobis esse putarent, vt obiciunt, quasi permittat, imo consulat Cyprianus virginibus post votum virginitatis factum nubere, cõsulturus idem simili ratione (si ita esset) iis, qui sacri ordinis sunt. Ergo illud consulit Cypri. ut cum uirgines deo castitatè spondent, si eo animo spondent, ut in sancto proposito perseuerare uelint, resistent fortiter libidini, sin autem non est eis animus perseuerandi, ut nubant, non enim uetabantur nubere, si se continere non poterant. Simile est, quod de uiduis beatus Gelasius ait, Vt uiduæ (inquit) si forte continere non poterunt, nullatenus nubere uetabatur, sic habita secum deliberatione, promissam deo pudicitæ fidem debent custodire. In eandem ergo sententiâ Cyprianus de uirginibus, Si se (inquit) dicauerunt, perseuerent, si uero perseuerare nolunt, ne se uelint dicare, sed potius nubant. Iam ut ad id, quod de Paphnutio, & Nicena Synodo Socrates, & cum secutus Sozomenus

nus scripserunt, & quod Evangelici fortasse iactant, paucis respondendum, demus, eos non mentitos esse de aliis multis in ecclesiastica historia, quæ alii notarunt, neque fuisse illum quidem Nouatianum, hunc vero Theodori Mopsuestiæ summum laudatorem, quod ei beatus Greg. Pontifex exprobrauit, qui historiam eius ab ecclesia explosam esse testatus est. dissimulemus nos scire ista, aut assentiamur, non esse necessario consequens, ut qui in vno, aut etiam pluribus non dicit verum, idem quoque in ceteris mentiatur. sit ita. At illud quomodo excusari, aut dissimulari potest, si quod vterque scribit de Nicæna Synodo, scilicet reliquisse integrum cuique ordini sacro, quod facere liberet, abstinere se ab vxore, aut non abstinere, id tertio canonis eiusdem Synodi repugnat? Sed recitemus canonem, Prohibuit (inquit) in vniuersum magna Synodus, ut neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli prorsus clerico liceret habere *συνεσκήριον* mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut materteram siue amitam, aut eas solum personas, quæ ab omni suspitione alienæ essent, non dixit *τὸν συνεσκήριον* cum articulo, ne singularē quampiam acciperemus, sed quamcunque siue vxorem, siue non vxorem *συνεσκήριον* enim vocat. Antiochenses mulieres quascunque, ut Euseb. lib. v. hist. eccles. notauit, inde dictas *συνεσκήριον*, quod in eodem conclauis, aut cella cū viris versentur, quas Synodus Ancyrana *συνεσκήριον* vocat, has Nicæna synodus, iis, qui sacri ordinis sunt, interdicat, excepit autem matrem, sororem, materteram, siue amitam, & eas solum personas, sic licet *συνεσκήριον*, id est, quascunque mulieres, siue vxores, siue non vxores, quæ omni suspitione vacarent. Ergo synodus ut exceptionem dedit matri, & forori, & materteræ, siue amitæ, quod hæc ab omni suspitione liberæ essent, sic etiam iis vxoribus dedit, quæ futuræ quoque essent ita liberæ a suspitione, ut mater, soror, aut matertera, quare vxores habere permisit, tanquam sorores tantum. quod ex Synodo Turon. ii. c. xii. clarius intelligi potest, sic enim ait, Cum presbyteri, atque diaconi sublimi dignitatis apice prærogentur, a ceterisque omnibus sæculi renunciant, & ad sacrum ministerium electi repudient, quisquis est presbyter, atque diaconus diuino munere benedictione percepta, vxoris suæ pius frater illico efficiatur. item Synodus Arel. ii. c. ii. velut interpres

Canonis

Canonis Niceni, si quis (inquit) de clericis a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam; neptem, vel conuersam suam vxorem habere præsumpserit, a communionem alienam habeatur. Etenim si synodus inter personas ab omni suspitione liberæ noluit vxores sacrorum ordinum numerari, ut eas, si modo tales essent, liceret apud se habere, secus vero, non liceret, cur eas in extremo loco non excepit nominatim, ut quamuis non carerent suspitione, habere tamen eas, liceret ut vxores. Quod vero hoc eodem canone prohibet Synodus reliquis etiam clericis, ut lectoribus, & cantoribus, habere mulieres de concubitu suspectas, ne quis erret, aut obiiciendum mihi putet, intelligendum erit de aliis mulieribus præter vxores, de istorum enim vxoribus iam erat editus Canon Apost. xxvi. ut cum in clero essent, & ducere liceret, & ductis deinceps uti. Itaque Synodus Nicæna canonem de his Apostolorum integrum reliquit, & saluum, cum hoc decretum fecit. Præterea sic esse hunc Canonem concilii Nicæni intelligendum, potest perspicui ex epistola Magni Basilii ad Georgium presbyterum, cui iussit huius canonis auctoritate, excludere vxorem propter scandalum suspitionis de incontinentia. describam hic epistolam eius a me e Græco conuersam, quæ tanquam canonica ad canones eiusdem patris adiuncta est.

Legi, inquit, literas tuas tolerantissime, illudque miratus sum, quod cum posses, te mihi breui, & facile re ipsa excusare, malis, in crimine perseverare, & longa oratione vulnus periculosum curare, tentes. Nos vero, Georgi, neque primi, neque extremi legem tulimus, ne mulieres cum viris deo dedicatis habitarent. Lege Canonem æditum in Con. Nicæno, qui plane vetuit, habere has domi mulieres. Cœlibum vero hæc est gloria, & splendor, mulierum conuictu carere. Ut iam qui castimoniam nomine profiteatur, re vero ipsa ea faciat, quæ facere solent, qui cum mulieribus habitant, perspicuum sit, hunc decus, & dignitatem ipsam virginitatis, aut castimoniam, appellatione tantum consecrari, ab ipsa vero inhonesta voluptate non se temperare. Eo vero magis oportuit, te nostris precibus facile acquiescere, quod te ais liberatum esse omni libidine, & corporis lasciuia. Nam neque te annos natum lxx. libidinosè, & incontinenter viuere cum vxore, credo, neque quasi aliquid turpe se-

pe feceris, decretum fecimus, sed quoniam nos Apost. docuit, ne offensionem aut scandalo essemus fratri. scimus autem quod a quibusdam integre fit, aliis peccandi occasionem præbere solere, hac de causa præscripta sanctorum patrum secuti iussimus, ut vxorculam excluderes. Quid igitur chorepiscopum criminaris? & veterum similitudinem memor es? Quid de nobis quereris? quasi facile calumniis aliorum excipiendis aures patefaciamus, ac non potius te ipse accusas, qui non passus fueris, te ab ista vxoria cōsuetudine auelli? Eice ergo eam domo, & include in monasterium, esto illa inter virgines, & tibi ministrent viri, ne nomen dei per vos blasphemetur. Quandiu vero perstiteris in hac labe, nihil te iuuabunt ista tam multa, quæ ad me scribis, quin potius vsque ad extremum vitæ à sacrorum administratione vacabis, referesque deo rationem vacationis tuæ. Quod si ausus fueris, antequam vitam correxeris, culpamque emendaris, sacerdotio fungi, anathema eris vniuerso populo, ut qui te receperint, omni ecclesiastica communione priuentur. Hactenus Basilii epif. Sed quia non deerunt fortasse, qui existiment non vxorem fuisse istam, quam *γυναικον* vocat, sed ancillam, rogabo istos paulisper, si non erat vxor, cur iubet excludere, & in monasterium recludere? cur in vitam monasticam dicare? Neque enim iussit hoc *ὡπὶ εἰρηκῆς καὶ κολάσεως*, ut ipsi etiam interpretes Græci fatentur, idest, loco custodiæ, & supplicii, quid enim illa commisit, quæ bona fide cum presbytero habitabat? cui neq; cohabitationem exprobrat Basilius? Præterea si nubere volebat, cur pater Basilii prohibet? cur saltem tacendo non permittit liberam potestatem aut coniugii, aut cœlibatus? Aut si fortasse virgo erat, scilicet ex earum numero, quas presbyteri à tenera ætate alere domi solebant ad collocandum eas postea, aduersus quos pulcherrimum librum scripsit Chrysof. cur nunquam appellat virginem? sicut Chryso. in eo libro appellat; sed semper *γυναικον*, idest, mulierculam, aut quod hic magis proprium est, licet minus Latinum, vxorculam, licenim mihi appellasse videtur, ut presbyterum ætate confectum pudore afficeret, quod vxorem adolescentem ut opinor, secum haberet. Solent enim aliquando senes accipere puellas in matrimonium, quod Georg. iste fecisse videtur, qui quidem presbyter postea vxore assentiente factus, in ipso for-

tasse

tasse flore ætatis eam domi apud se retinebat contra Canonem de vitando conuictu mulierum suspecto. Quod autem iussit Basilii collocare eam in monasterio, simile est, quod in sexta Syn. c. xlviii. sancitum est, ut vxor episcopi post ordinationem eius in monasterium secedat, & ab ipso procuretur. Scimus autem Apostolum in epist. ad Timotheum, & Tit. non seiuuasse castitatem Episcopi à presbyteri castitate, vtrunq; n. vno nomine Episcopi, quem castum debere esse dicit, affici, ut doceret scilicet eandem castimoniam, ut ceteras virtutes nunc omittam, quas in eodem loco numerat, requirendam esse ab vtroque ordine Episcoporum, & infra Episcopos presbyterorum. Sic quoque canonem Niceni con. intellexisse videtur Zonaras canonum Græcorum interpret. Vult (inquit) hic canon eos, qui sacri ordinis sunt, sine crimine esse, ita ut nulli pateat aditus ne ad suspicandum quidem de eis. *ὃ δὲ ἀπιχρόνου τοῖς ἱερωμένοις σωσιμὲν ἡνωμένην*. exceptis iis personis, quas canon dicit. idest, idcirco vetuit sacri ordinis hominibus, habitare vnâ cū mulieribus, sic interpretatus est, *σωσιμὲν* melius, quàm post eum secutus Theodorus Balsamo, qui temere interpretatus est, *σωσιμὲν* esse, quæ habitarent *μετὰ τῆς ἀγίας ἰδρωμύλων*, idest, cum clericis sacri ordinis matrimonio liberis, quasi de sacris cōiugibus nihil hic a Nicenis patribus cautum esset, & quasi nihil interesset, vtrū casti essent, aut quasi nulla in eis impudicitie suspicio subesse posset, quia vxores haberent. Quasi vero non reperiantur, qui non contenti suis vxoribus, alias interdum habeant domi suspectas, & fortasse aliquid turpius. Verum Theodorus sua futili interpretatione prauam cōsuetudinem Græcorum sacerdotum ab scriptura sancta, & traditione apostolica alienam voluit defendere. Postremo sic esse hunc Canonem Niceni concilii intelligendum, ut ad cœlibatum sacri ordinis pertineat, fuit aliquando ingens multitudo testium in Thessalia, & in cuncto oriente. Narrat enim Socrates lib. v. (hactenus quidem verius quàm de Papphnutio) fuisse morem in Thessalia, ut qui vxorem duxisset, antequam clericus fieret, idem factus clericus non amplius consuetudinem cum ea haberet, aut eiiceretur ex ecclesia, eundem quoque morem per orientem optimos quosque clericos, & episcopos tenuisse. Illud vero de suo addidit auctor iste non satis, ut Pho-

A a tius

tius Constanti. ait, in doctrina Christiana eruditus, tantam illos castitatem non necessitate legis, sed voluntate seruasse. Neque vero ut de hoc quoque minus sapientes admoneam, quia Synodus Nicena decretum hoc fecit, quod (ut docuimus) ad coelibatum quoque sacrorum ordinum pertinet, idcirco existimare licet huiusmodi coelibatum iure tantum canonico, & non potius lege diuina sancitum esse, ut nos ex scripturis sanctis, & antiquorum patrum interpretationibus, ac sententiis supra demonstrauimus, non licet, inquam, hoc existimare, non magis quam usuram esse lege tantum canonica interdictam, quia canone xvii. eiusdem Syn. Nicenae interdicta sit. Quam multa sunt in decretis pontificum, & conciliis de furtis, parricidiis, adulteriis, incestis, idolis, haeresibus, rixis, commestationibus, & ceteris operibus carnis, quae tamen nemo sanae mentis continuo hac ratione dicat, lege tantum Canonica interdicta esse. Imo vero quia sciebant sanctis. patres Nicenae Synodi, sacrorum ordinum castimoniam lege diuina sancitam esse, ad eam seruandam cautionem adhibere hoc interdicto canonico voluerunt. Hanc illorum mentem, & concilium, & canonem ipsum satis mihi declarasse videtur alia similis cautio Synodi Turonen. ii. quae. c. xx. sic cauit, Archipresbyteri, vicani, & diaconi, & subdiaconi non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur a populo, quod cum coniugibus suis maneant. Pro qua re vnus lector canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille iacet, lectum habeat pro testimonio. Et paulo post, Si inuentus fuerit presbyter cum sua presbytera, aut diaconus cum sua diaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio, inter laicos se obseruare cognoscat. Similis quoque cautio est in Conc. Tolet. iii. in quo de coniugibus sacri ordinis constitutum est, ut non liceat eis, viuere cum vxoribus libidinosa societate, sed manente (inquit) inter eos coniugali lege communem vtilitatem habeant, & non sub vno conclaui maneant, vel certe si suffragatur virtus, in alia domo suam faciat vxorem habitare, ut castitas apud deum, & apud homines habeat bonum testimonium. Hanc ergo suspitionem etiam in vxoribus propriis sacrorum ordinum cauere voluit Syno. Nic. quod hodie Graeci in presbyteris tantum hieromonachis seruant,

seruant, quibus diuersum nomen diuersa propriae vitae ratio dedit. hi enim cum non sint monachi, tanquam monachi post ordinationem sacram seorsum ab vxoribus viuunt. Eandem castimoniam olim omnes ordines sacri seruabant, quam Dominus per gratiam suam, ut ceteros Graecos admoneret, & corrigeret, in paucis, id est, in hieromonachis, conseruare voluit, ex quibus hodie propter castitatem episcopi creat.

Postremo, quod Pius secundus, ut narrat Platina, aiebat, ut iuste olim ablatum fuisse matrimonium sacerdotibus, sic posse rursus iuste aliquando restitui, Si hoc voluit dicere, posse scilicet concedi, ut ex maritis fierent sacerdotes, ut aliquando fiebant, assentimur, sed ita, ut deinceps ab vxoribus abstineant, sin autem existimauit restitutionem istam matrimonii ad concubitum pertinere posse, respondemus, ut nunquam tale coniugium sacrorum ordinum lege diuina, aut canonica licitum fuit, ita neque fore vnquam.

Postremo, ut hunc locum finiam, obiicit nobis disciplina Euangelicorum, id est disciplina luxuriae, plerisque non posse, continentem esse, iis autem, qui sic sunt, praecipuum esse, ut propter fornicationem unufquisque eorum uxorem suam habeat. Quod quidem quibus scriptum esset, quod Euangelici magistri non intelligebant, satis supra docuimus. Quin potius eo amentiae, & libidinis procefferunt, ut vulgo profiteantur, quod eorum magister in libro de uita coniugali scripsit, conjunctionem maris, & foeminae necessariam esse, ut cibum, potum, & somnum, neque magis posse hominem hoc carere, quam mutare sexum. Haec est ecclesiae Lutheranorum ad decipiendum mendosa philosophia, & carnalis doctrina, qui, ut beatus Petrus de similibus scripsit, post carnem in concupiscentia immunditiae ambulantes, quaecunque quidem ignorant, ut alius Apost. de eisdem dixit, blasphemant. quae autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Melius quidem, & verecundius scripsit in libro Problematu phyficorum quidam sine deo, philosophorum tamen habitus deus, cupiditate rei uenerae non esse necessariam, ut cibi, & potionis, sed *ἐκ τῆς φύσεως*, & in alio loco cum de moribus tractaret, inter uoluptates naturales non necessarias hanc retulit. Sed noui Euangelici, qui omnem philosophiam explodunt, non modo  
Aa ii illam,

illam, quam Apost. damnat, quæ cum inani, & captiosa fallacia implicata est, ex qua pleræque hæreses ortum duxisse, ueteres patres testantur, dum de diuinis secundum elementa mundi decernunt, sed illam quoque, quæ cum solida ueritate coniuncta est. Isti, inquam, maluerunt hic mali Christiani esse, quam boni Philosophi, & luxuriari in Christo, quàm in mundo. dū suos sacerdotes peiores, & turpiores faciunt, quam quidam fuerint gentilium sacerdotes, quorum perpetuam castitatem unus eorum nobilissimus poeta sic laudat, qui que sacerdotes casti, dum uita manebat. & sacra Cereris per uirgines conficiantur, ut alius summus orator testatur. & in tanta apud nos multitudine sacerdotum ex omni tribu, & lingua, & populo nostra sacra conficiantur per impudicos? Hoc quoq; Siritius Pont. dolebat, loquens enim de pudicitia sacerdotum, & Leuitarum, & renouans mandatum diuinum ab Apostolis, ut ipse ait, traditum; ne scilicet cum vxoribus suis rem haberent, subiungit, Quare hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiam gentilitas accusare. Imo uero quod potest etiam natura ipsa bestiarum damnare. Etenim si vaccas illas allophylorum, quæ arcam plaustrum impositam uehebant, sanctitas arcæ naturæ obliuisci cogebat, ita ut vitulis domi reclusis, directe irent quasi ad regulam, hoc enim significat in itinere vno gradiabantur, neque ad dextram; neque ad sinistram declinantes, neque flexione colli, aut mugitu, (sic enim legendum est) desiderium, aut dolorem significantes, nõ idem faciendum erit, imo multo etiam magis iis, qui secundum prophetam ferunt uasa domini? ne in operibus necessariis naturæ rationis particeps arguatur. nõ facere ratione, quæ bestiarum natura faciunt. Quid? naturam vincere, si non possumus, ut quid Verbum dei libidinosi exprobrat *Ἰνλιμανίαν* equinam? Mochati sunt (inquit Hier.) & in domo meretricis luxuriabantur, deinde subiungit, Equi amatores, & emissarii facti sunt, unusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Sed quia uinci potest libido, cuius ut naturalis est appetitio, ita, ut philosophi tradunt, non est necessaria ea voluptas, idcirco subiungit, Nunquid super his non uisitabo, dicit dominus? & in gente tali nõ uisciscetur anima mea? Sed uideamus iam quale sit secundum scripturam, diuinamque doctrinam Verbi dei, quod Euangelici

sici queruntur, non posse abstinere se, & caste uiuere. item illud, quod Cal. ait in suis Instit. cap. iiii. ar. xviii. Cum ipse dominus non omnibus dari pronunciet, fiduciam specialis doni capere nostrum non est. Vnde art. xix. temere (ait) votum cœlibatus ab iis nuncupari, quibus continendi potestas facta non est. Viuere caste, fatemur quidẽ, nos non posse in nobis, sed in Christo, qui nos roborat, & vires nobis perficit in infirmitate, sic enim possunt, qui sic uolunt. De iis, qui se castrauerunt propter regnũ cœlorum, subiunxit dominus, Qui potest capere, capiat. is autem potest capere, cui datum est, ei autem datũ est, qui dignus est, cui detur, rursus is dignus est, qui, ut talis sit, non solum a deo accipit, sed sibi ipse dedit. Non sunt mea hæc, sed Greg. cognomento Theologi auctoris grauis. & cum ceteris doctrinis, tum scientia sanctarũ literarũ excellentissimi. Is enim in tractatione illa de eunuchis, de qua in hoc libro iterũ memini, Cum audis (inquit) Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est, datum quidem est uolentibus. Etenim cum rursus audis, non est currentis, neque uolentis, sed dei miserentis, cõsulo tibi, ut hoc existimes, quia sunt non nulli, qui sic suis uirtutibus elati sunt, ut totum sibi tribuant, & nihil ei, qui creauit, & qui docuit, & qui omnia bona tribuit, idcirco doceri istos ab scriptura, ad bene uolendum opus esse auxilio dei, imo ipsa electio boni, & honesti diuinum quid est, & ex deo, ac munus charitatis eius erga homines. Oportet enim utrunque, & quod est liberæ potestatis, & quod est dei, seruare integrum, idcirco non est uolentis tantum, sed etiam dei miserentis. Deinde quia uelle a deo est, merito totum deo tribuitur. Et rursus paulo post, Ad illud (inquit) quod dictum est, sed quibus datum est, adde, dignis scilicet, qui ut tales essent, non solum a patre cœlesti acceperunt, sed sibi ipsi dederunt. Hæc Grego. quod si is potest castus, & continens esse, qui in deo uult, talis esse, ergo is rursus non potest castus esse, qui non uult in deo, talis esse. Audierat quoq; istorum querelas Ioannes monachus cognomento Climax, auctor ualde bonus, & antiquus. quidam (inquit) aiunt post peccati gustum, impossibile esse, quenquam castum nominari, ab his ego longe dissentiens ita definitio, possibile esse, & facile ei, qui uelit siluestrem, & non feracem oleam inferendo conuertere in oleam frugiferam. confundat



fundat istos (inquit) ille, qui socrum habuit, & castus fuit, & regni claves a domino suscipere meruit. Itaque non omnibus datum est, continentem esse, quia neque omnes volunt, tales esse, & quia nolunt, tales esse, non credunt, fieri posse, ut sint, & quia hoc non credunt, nulla doni huius fiducia niti possunt. illi rursus volunt, continentem esse, qui se ad continentiam, deo adiuuante, præparant. Tamen Evangelici huiusmodi præparationes fictas esse dicunt, quasi nihil possit homo, a se ipso sumere, unde gratiæ dei collaboret, Sic enim ait Cal. non intelliges, quod scriptum est a Salom. Sicut impetus aquæ, ita cor regis in manu dei, quocumque voluerit, inclinabit illud. Regem enim vocauit hominem libera voluntate præditum, & suarum actionum dominum, cor autem regis ipsam uoluntatem. Quam quidem ita fleuit deus ad omnem uirtutem, operans in ea uelle bonum, ut non priuaretur uoluntas ipsa suo illo impetu, qui a Graecis dicitur *ὄρεσις*, qui inest ei ad prosequendum, aut refugiendum, ut aquæ inest impetus ad fluendum, & refluendum. hunc impetum uoluntas, ut idem Greg. Naz. ait, perducit ad effectum iuuante deo, hoc enim impetu prosequitur gratiam dei in nobis operantem. Hic itaque impetus est, quem potest homo a se ipso sumere ad collaborandum gratiæ dei, quod hæretici ignorant, quia non scrutantur scripturas, quas semper iactant uanissime. Hic enim dicitur in scriptura, tum *ὄρεσις*, tum *προθυμία*, & in parabola euang. de distributione talentorum, *ἰδία δύναμις*, id est, propria uis, ab ecclesiasticis patribus frequenter *προθυμία*, interdum *ἐπιτηδεύσις*, quasi dicamus promptitudinem, & idoneitatem. Rursus idem Salom. Non est sapientia (inquit) non est fortitudo, non est consilium contra impium. Significat, non posse uitam peccatum ullo modo, aut uia, aut ratione absque dei ope. Deinde subiungit, Præparatur equus ad diem belli, a domino autem auxiliatio eius. Equum uocauit hominis uoluntatem, cui natura conuenit uelle, & nolle, quod est quoddam currere prosequendo, aut refugiendo, parendo fræno rationis, aut non parendo, quod prouerbio dicitur, mordere frænum. Huc retulit Apost. quod dixit, non esse currentis, aut uolentis, sed dei miserentis, uoluntas enim præparatur a domino, ut idem Salom. ait, sed ita præparatur a domino ad bellum, id est, ad pugnandum cum appetitu sensus, ut dominus sit adiutor

iator uoluntatis operantis, hoc enim significat, quod statim sequitur, Auxiliatio eius a domino. nemo autem dicitur adiuuare nihil agentem. Qua igitur ratione uoluntas humana equus quidem est, si in se nihil habet, ut hæretici contendunt, unde cursui seruiat, domino dirigente uiam eius? quo se, inquam, ad cursum applicet, domino cursum excitante, & adiuuante, & dirigente instar aurigæ? id autem est ille impetus proprius uoluntatis, qui *ὄρεσις* dicitur. Aut quomodo est cor hominis in manu domini, uelut impetus aquæ, Si non inest homini impetus? aut si inest, ut scriptura docet, quomodo eo impetu, iuuante alioqui deo, in bonis actionibus nihil agat uoluntas? frustra erit inditus is impetus, si eo non utitur, ut frustra impetus aquæ ad fluendum, si quopiam ducente riuum, aqua ipsa per illam vim propriam, quam in se habet, pulsa, & incitata non fluit eo, quo deriuatur, & dirigitur. Hæc, inquam, Evangelici facile intelligerent, si scripturas, quas ore tantum resonant, studiose, ac modeste scrutari uellent. Audierat Tertull. alios suo tempore horum non dissimiles, in eum enim qui defuncta uxore, alteram ducere uolebat, quod per errorem Montani licere non putabat, quasi ille fortassis excusaret, non accepisse gratiam continendi, ita scribit in libro de castitate, Non est bonæ, & solidæ fidei, sic omnia ad uoluntatem dei referre, & ita adulari uinum quemque dicendo, nihil fieri sine iussione eius, ut non intelligamus, aliquid esse in nobis ipsis. Illi igitur, ut ad propositum redeamus, datum est, ut continens sit, qui non cohibet illum impetum animi, uimque illam propriam, quæ uoluntati indita est ad prosequendum gratiam dei operantem in nobis continentiam. Contra uero illi non est datum, qui hanc *ὄρεσις* retinet. Illi (inquam) datum est, qui currit, prosequens suo proprio impetu mouentem, & adiuuantem dei gratiam. Quare ille temere facit uotum continentiæ, non quidem cui non est facta potestas continendi, ut Cal. ait in suis Inst. omnibus enim facta est, quia omnes possunt, modo uelint, continentem esse, sedis, qui non considerauit supputatis rationibus, & sedens iuxta parabolam euang. quæ adiuumenta, aut impedimenta habeat, aut habiturus sit ad cohibendum, aut non cohibendum *προθυμίαν* illam, siue *ὄρεσις*, quæ est propria uis uoluntatis, sic enim in euang. uocatur. Sed de Evangelicis istis, quorum scientia, animalis, terrena,

rena, impudica, & diabolica est, quòd sic credant, & doceant, non ita mirandum est, vt de nonnullis theologis alioqui catholicis, qui esse quidem aliquos, qui còtinentes esse non possint, ipsi etiam aliquando licet uerecundius tradiderunt, quòd quidem cum falsum, & mendosum sit, constat, eos non hoc ex disciplina catholica casti Verbi dei, sed ex propriis protulisse, tamen si salua fide, & non proprio iudicio damnatos, vt Evangelicos istos, idest, paratos semper vt arbitròr, parere, cum audierint, & respicere, cum didicerint, ex quo veniam merentur, hæc enim duo iis conueniunt, qui licet errent, tamen non sunt hæretici, vt magnus Atha. in epist. ad Serapionem scripsit, horum vero contraria propria sunt hæreticorum, hæretici enim solliciti tantum sunt, vt idem auctor ait, ne ab iis, quos ipsi deceperunt, condemnentur, si tacuerint. Ex his ergo sunt, qui còuenienter opinioni suæ, iis, qui, vt ipsi dicunt, non possunt continentes esse, vt uerecùdiores consilium dant, vt petant a Pont. vt ius, potestatemq; coniugii ordini sacro, in quo sunt, faciat, & Pontifici consulunt, vt concedat, aut conuiueat. id enim posse, pro tam certo habent, vt de eo dubitare, non permittat. sed absit, vt mandatum dei propter istorum opinationem Pontifex rescindat. Itaque consilium istorum tale mihi esse videtur, ac si quis domino consulat, vt seruo, furari concedat, aut etiam conuiueat, & rursus seruo, vt dissimulante, vel etiam conuiuente domino, furetur. imò grauius aliquid, quàm furari consulit, qui violare templum dei consulit, & tollere membra Christo consecrata, & sacrilegè membra meretricis facere. Sed hæc de impudicitia carnali hæreticæ disciplinæ.

Est alia extrema impudicitia disciplinæ huius terrenæ, quæ ecclesia Lutheranorum profitetur, quæ neminem castrat propter regnum cælorum, neque secundum corpus, neque secundum concupiscentias, & carnis, & habèdi, & vanæ gloriæ, quæ militant in membris nostris, & stipendium earum mors est. Imò utilis est, vt huiusmodi concupiscentiæ, & passionès peccatorum operentur in membris, dum tradit, non posse hominem carere peccato actuali, latereque in omnibus odium dei, & legis, & esse opera etiam sanctorum, peccata, esseque Christianis impossibile implere mandatum diligendi deum. ex quo sequitur, vt neque mandatum diligendi proximum impleri possit,

possit, cum ita sit hoc cum illo implicatum, & connexum, vt alterum sine altero impleri non possit, Ergo neque lex impleri potest, cum sit dilectio proximi plenitudo legis. Rursus, si lex impleri non potest, frustra Christus mortuus est, & resurrexit, factaque est ecclesia Lutheranorum Synagoga Iudæorum, si non viuunt sub gratia, sed velut sub lege feruitutis, sub cuius maledicto omnes Iudæi erant, sicut scriptum est, Maledictus, qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. a quo maledicto frustra nos redemit Christus, si est catholica doctrina, quæ tradit, ea, quæ spiritus sanctus docuit, & per doctrinam Verbi dei facere præcepit, impossibilia esse, diligere deum ex toto corde, & in tota anima, & in tota mente, declinare ab omni malo, honorare deum in omnibus, deponere omne onus, & peccatum, integrum spiritum, & animam, & corpus per omnia seruare, esse integros, & perfectos in nullo deficientes, & rursus esse perfectos ad omne opus bonum instructos. Hæc est doctrina polluta, & contaminata Verbi dei transuersi, & oppressi, quòd noui Evangelici profitentur, quæ ad currendum per patientiam ad propositum nobis certamè, quomodo utilis esse potest, si docet, non posse deponi omne onus, & relinqui, quòdcunque peccatum? quòd idcirco Apost. *ἐν τῷ δίστυγι* appellauit, quia vt leui occasione incurritur, sic etià facile euanescit, & statim soluitur, si gladio pœnitentiæ excindatur, sicut enim magnus Atha. in quæst. ad Antiochum principem interpretari videtur. Quis, quæso, apud strenuos istos Satanæ milites ad istum cantum tubarum Euangelicarum se in certamè parabit, si prius audiat, se non posse vincere? At ecclesia nostra catholica non sic ex Paulo didicit, quæ, sicut Paulus Colossenses, sic ipsa per suos ministros verbi in omni sapientia, quæ a Christo per apostolos accepit, docet, vt exhibeat omnem hominem perfectum in Christo, & mundet eum ab omni iniquamento carnis, & spiritus. Et Dauid propheta Abscondi (inquit) eloquia tua, vt non peccem tibi, non dixit, vt non peccè graue peccatum, sed vt non peccem, vt peccatum, inquam, quòdcunque illud sit, non committam. Qui enim proxime dixerat, se toto corde exquisisse deum, quòd a nobis præstari posse, negant Lutherani, qui alioqui vidimus, quòd rex ille, & propheta videre concupiuit, & non vidit, vt doceret, quisnam to-

to corde deum exquireret, & quantus esset Verbi dei fructus, & utilitas, subiunxit statim, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, scilicet is in toto corde exquirat deum, qui in corde suo abscondit Verbum eius, idest, iuxta parabolam euangelii instar fermenti recondit in farinae satis tribus, idest, in anima, corpore, & spiritu, vt, sicut Apost. ait, per omnia sanctificetur, cum erit virtute diuini fermenti, quod est Verbum dei, totus ad obediendum deo, in cibum ex omni parte eidem suauissimum mutatus. Sed age, si Verbum dei non esset vtile ad fugiendum omne etiam peccatum leue, neque rursus vtile ad fugiendum graue. Dominus enim dixit, Qui non est fidelis in paruo, non erit in magno, de peccatis enim loquebatur, vt sanctus Maximus in Scholiis Dionys. notauit, quæ a recta ratione naturali sunt aliena, quæ qui nõ declinat, in quo minus laboris est, neque faciet bona, quod est laboriosius, licet ea sint nostra, idest, rationi naturali congruentia. Item Dauid quidem cum adhuc sub lege esset, perfecto odio oderat inimicos, idest, dæmones, quos odisse, vt veteres patres aiunt, multum confert ad salutem, & virtutis studium, ita, inquam, oderat, vt neque *κατ' ἐργεῖαν*, neque *κατὰ διανοίαν*, idest, neque re, neque cogitatione peccaret, quod est argumentum summæ vacuitatis perturbationum. Sic enim Euagrius hunc locum Psalmi in libro *πνευματικῶν* interpretatur. Et rursus, si idem Dauid ait, A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis, paruæ scilicet & magnæ, possumus profecto & nos, ac multo etiam magis, odisse & dæmones, & peccata, qui autem sic oderit, nihil iam damnationis ei est, sicut Apost. ait, siue maioris, siue minoris, tamen si secundum carnem nondum oderit, modo ambulet secundum spiritum in Christo. An potest esse in quopiam actuale peccatum, & nihil ei damnationis esse? minime. Nemo enim peccando, vt tradit sanctus Max. in Hecatontade. v. cap. xlvi. excusare potest carnis infirmitatem, ita vt nihil ei damnationis sit propter peccatum. Siquidem vnio (inquit) humanæ carnis cū verbo sublato maledicto, sanitatem restituit toti naturæ, ita vt qui voluntariis passionibus afficiatur, iam excusari non possit. Deinde subiungit, Diuinitas enim uerbi, quæ secundum gratiam semper adest iis, qui in eum opere, & veritate credunt, legem ipsam peccati, quæ in carne est, infirmat, &

vt verbo

vt verbo illius utar, *ἀπομαρτυρεῖ*. Peccatum igitur, quod uoluntarium est, excusari non potest, quia etsi infirmitas carnis legi peccati nutu suo seruientis naturalis sit, tamen eatenus a deo in credentibus, & obedientibus roboratur, vt non necesse sit eis, peccare. Vnusquisque (inquit beatus Iacobus) tentatur a concupiscentia sua abstractatus, & illectus. hoc naturale est, & omnium cōmune, ac proinde peccatum in eo non est, sed in eo, quod sequitur, quod est voluntatis, idest, in consentiendo concupiscentiæ contra legem mentis, Concupiscentia enim, inquit, cum conceperit, parit peccatum. Et Apost. in eo, qui ambulat secundum spiritum, tamen si carne secundum naturalem eius nutum seruit legi peccati, nihil damnationis esse affirmat. Quomodo igitur tradunt Euangelici contra Verbum dei, imputari naturales concupiscentias? An uero non hoc tradit Cal. cū ait in Inst. c. iii. de lege, art. iii. a propria cupiditate, in qua peccatum regnat, si uincti tenemur, nesci soluti sumus in nostri patris obsequium, non est cur necessitatem pro defensione causemus, cuius malum intra nos est, & nobis imputandum? Vnde in catechesi de fide cum operibus bonis, quæ spiritu dirigente facimus, non nihil inquinamenti, ait, semper admixtum esse, quo vitentur. Docet itaque Verbum dei, voluntarias quidem passionum peccatorum excusari non posse, non autem naturales, & infirmitatem carnis gratia dei sanari, ne obeffe possit, si uelimus. Illud uero de prudentia carnis, quæ legi dei subiecta esse non potest, quæ mors est, vt idem Apost. ait, referendum esse ad peccatum uoluntarium, ex superioribus intelligi potest. dixerat enim, Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. deinde subiungit, Qui enim secundum carnem sunt, & quæ carnis sunt, capiunt, hos autem dixerat prius, ambulare secundum carnem, sequitur postea, nam prudentia carnis mors est, idest, hoc ipsum sapere, siue ambulare secundum carnem, quod quidem consistit in operando secundum sensum uoluptatis præter rationem. appetitionis enim consummatio, quæ est uoluptas ipsa operata, peccatum est, quæ non *φρόνησις*, sed *φρόνημα σαρκός* dicitur, vt sanctus Maximus notauit, idest, prudentia carnis, quæ est terminus motionis, & ueluti factus quidam illius potestatis naturalis, quæ concupiscentia

B b ii dici-

dicitur, quæ non imputatur, vt hæretici volunt, & hoc Verbum dei esse, contendunt non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. hoc enim mihi sæpissime in eos vsurpandum est. Sed ne mihi hoc loco exoriatur aliquis Thomæ interpres non bonus, qui nos existimet, ab eo dissentire, quod tradat, non posse a nobis in gratiam dei alioqui reconciliatis vitari omne peccatum veniale, quod vocant, Quomodo hoc intelligendum sit, ex subiecta ratione intelligi potest. Quia (inquit) dum ratio vni motui sensualitatis resistere nititur, fortassis alius insurgit, & etiam quia ratio non semper potest esse peruigil ad hos motus vitandos. De eo igitur sanctus Thomas loquitur, cuius sensus sensibilia, quæ vocant, menti extrinsecus ministrat, quod quidem quandiu fit, non solum difficile, sed prorsus impossibile est, mentem mundam, ac puram peccati habere, vt ait sanctus Nilus Anachoreta in libro de Christiana philosophia. Vt enim qui volunt, (inquit) locum aliquem fluminis exhaurire, vt aliquid fortasse, quod quærunt, in imo eius fundo videant, frustra laborem sumant, si tantum aquæ succedat eodem affluendo, quantum inde exhauritur, quod si lapsus fluminis superius interceptus, sistitur, facile iam, aquis interclusis, apparebit, quod quæruntur. Adhunc modum (inquit) facile est, omnes imagines, perturbationum animi effectrices exhaurire, sensibus extrinsecus quiescentibus, quod est iuxta allegoriam facere in templo ad imitationem Salomonis fenestras *δικτυώεις*, idest, reticulatas, vt ita interpretemur, quod quidem significabat in ænigmate, vt qui templum mentis mundum, & repurgatum habere vellet, daret operam, vt fenestras sensuum timore dei, & futuri supplicii velut reti protegeret, nequid per eas immundæ cogitationis ad mentem admitteretur, quod quidem non difficile fiat, si vt gubernator nauis, cum tempestate iactatur, metu naufragii pro conseruatione vitæ breuis, ne nauis onere deprimatur, merces omnes proiicit, in hoc opus vsque adeo intentus totus, vt nihil aliud curet, aut sentiat, Similiter & nos metu dei, & geennæ percussi, quæcunque ad terrena nos deprimunt, cohibendo sensus, cõtemnamus, & a nobis abiiciamus. Quod diuinus Paræmiastes monet, cum ait, Cũ oculi tui viderint alienam, os tuum loquetur *σκολιά*, sic vocat tormenta, & pœnas peccatis decernendas.

das. Subiungit deinceps, qualis tunc esse debeat status mentis, & quæ eius sollicitudo, iacebis, (inquit) vt in corde maris, & vt gubernator maris in magna tempestate. Deinde subiungit, Dices autem, verberauerunt me, & non dolui, & illuserunt me, ego autem non videram, Simile est, quod Dauid de se aiebat, Declinante autem a me maligno, non cognoscebã, quod quidem perinde est, quasi diceret, siue cum accedebant, siue cum recedebant aduersarii, nihil me mouebat. Igitur qui sic diligenter mentem a sensibus, & eorum voluptatibus, abduxerit, atq; alienarit, is profecto etiam leui, & minuto peccato carere poterit. Non est igitur verbum Euangelicorum castum, & mundum, quod inutile est ad carendum omni peccato actuali, si quidem tradit, fieri hoc non posse. Cum enim ait beatus Ioan. Si dixerimus, quia peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis, non hoc ait, non posse fieri, vt aliquis nostrum mortalis homo omni errato vacet, sed nemini licere, hoc de se existimare, aut dicere, imo potius, quod Apost. de se & sensit, & dixit, tametsi aliquis nostrum nihil sibi conficius sit, tamen non in eo se iustificatum esse, iustus enim (ait Es.) primum est accusator sui. Nemo est, qui non dicere debeat, & sic de se sentire, vt omnes docuit dominus, & omnibus, ex animo dicere præcepit, Dimitte nobis debita nostra. Sed vt dixi, aliud est tradere, non posse hominem, carere peccato actuali, quod doctrina spiritali, & casta Verbi dei non continetur, aliud dicere, se esse sine peccato, quod est mendacis, & superbi. Sed hæcenus de triplici castitate Verbi dei propria, & de triplici impudicitia verbi diabolici, quod Euangelici profitentur, quæ sunt primæ notæ & characteres vtriusq; Verbi.

Sequitur deinceps, vt finem huic libro imponam, de pace Verbi dei, siue vt ait scriptura, de Verbo pacis carnis inimico pauca differere. Est enim sapientia, quæ de sursum est, primũ quidem pudica, deinde pacifica, qui est insignis, & illustris character Verbi dei, cuius characteris, idest pacis proprietates est, esse *σωατορῆν*, nos congregantem dicere possumus. Obsecro autem vos fratres, inquit Apost. per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & nõ sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Ex epistola Pauli ad Eph. didicimus, ad episcopos, & presbyteros

tanquam ministros verbi, mysteriorum dispensatores, & architectos mysticæ ædificationis corporis Christi, quod est ecclesia, pertinere, ut per eorum ministerium id ipsum dicant omnes, & non sint schismata, sed sint perfecti, ac consummati in eodem sensu, & in eadem scientia, ita ut Vna sit omnium fides, id est, non diuisa in, est, & non, id est, in verum, & falsum. & Vnū baptisma, non diuisum, ut ait Athanasius, in deum, & creaturam, & Vnus Christus, non diuisus in dominum, & ministrū, sed potius vnus dominus non diuisus in duas naturas separatas, sed vera vnione in vna persona diuina copulatas. Fides vero Luteranorum diuisa est, ut in fide sacramentorum nunc vii. sacramenta ponunt, nunc vnum, ut baptismum, nunc duo baptismum, & cœnam, nunc tria, baptismum, cœnam, & pœnitentiam, nunc quatuor, baptismum, cœnam, clauēs, & impositionem manuum, ut Philippus in postrema editione locorū. Confirmationem sacramentū esse modo aiunt, modo negant. Item fides Eucharistiæ diuisa est. Zuinglius, Figurina confessio, Calvinus negant corpus Christi in ea esse, & Luterus contra regem Angliæ, & in lib. de capt. Babyl. Rursus idem Luter. in sermone de Euch. & in libro vīstationis cōtrarium ait. Negat Luter. in libro de capt. Sub vna specie recte sumi corpus, & sanguinē, rursus in catalogo sente. & in declaration. de Eucharistia ait, recte sumi. Rursus tradit neutram speciem necessariam esse, sed solum fidem in Assertion. & in lib. de formula missæ. Item negat Luter. in capt. Babyl. & Philipp. in apolog. esse pœnitentiæ partes tres contritionem, confessionem, & satisfactionem. Rursus idem Philippus in apologia confessionis August. partes duas ponit, confessionem, & fidem. Præterea posse vllam pro temporali pœna satisfactionem esse, negat Luter. in Assert. & Philipp. in Apolog. contra docet idē Luter. in resolut. de indulgentiis. Plurima sunt huiusmodi, quæ loquum esset, si omnia notare vellem, notauit multa erudite, & artificiose Fredericus Staphyl. Quod si fides apud Evangelicos diuisa est, neque sunt in eadem mente, & in eadem scientia consummati, ergo pastores, & doctores, quorum ministerio hoc fit, non sunt ministri Verbi dei, neque docēt ex apostolis, prophetis, & euangelistis, sed ex propriis. Ministrorum enim Verbi dei eo spectat ministerium, ut omnes sint vnū corpus, & vnus spi-

spiritus, id est, ut, sicut de primis illis Christianis scriptum est, multitudinis credentium vnum sit cor, & vna anima, non concordia, & voluntate, ut recte Hilarius interpretatur in lib. viii. de Trin. contra Arianos, sed secundum naturam fidei (inquit) quæ vna est, sic etiam interpretatur. s. Maximus in lib. de Symbolis, & mysteriis ecclesiastici sacrificii, fuisse illius multitudinis credentium cor vnum, & animam vnam, secundum (inquit) vnam simplicem, & non diuisam fidei gratiam, ac virtutem, tanquam essent ex diuersis membris corpus vnum. Quod si diuisa est fides, ergo diuisum est Verbum, diuisus est Christus in aientem, & negantem, id est, veridicum, & mendacem. Rursus si Verbum est diuisum, non est ergo Verbum pacis, sed contentionis, ex quo fit, ut non sit Verbum dei, non enim est deus disensionis, sed pacis, neque Verbi huius diuisi magistri, magistri sunt, sed falsi magistri. Ut enim Leontius Cyprius in lib. 2. contra Aphthartodocetas scripsit, Veri patres ecclesiæ, & charisma docendi in eodem spiritu adepti, neque ab aliis, neque inter se dissentiant, itaque non sunt ii, qui loquuntur, sed spiritus patris, qui loquitur in eis. Deinde subiungit, Qui enim nō sunt tales, digni sunt, qui vocentur magistri, siue doctores *ἰδοὺ δόκτορες*, qui ex pugna ipsa, & contentione probantur, non spiritum pacis, sed spiritum contentionis amicum habere. Hæc Leontius. Rursus quia ii, quos tales magistri docent, non sunt vnum corpus, & vnus spiritus vinculo pacis in vnum sensum, & vnum sermonem congregati, sequitur, ut non sint ecclesia, quod si ecclesia non sunt, ergo neque verbum eorum Verbum dei est. Verbum enim dei nō est *τῆς ἐκκλησίας* extra ecclesiam, sed intus. quare verbum Evangelicorum nō est Verbum dei, quia non est congregans, sed dispergens, non ecclesiasticū, sed schismaticum, non pacis, sed belli. Notauit Cyrillus. Hierosolym. auctor grauissimus, meminisse scripturā Verbi ecclesiæ, quando in tabulis scripta sunt omnia verba, quæ locutus est dominus Moyse in die ecclesiæ, id est, quando (inquit) a deo in unum congregati sunt, scilicet ut intelligeremus, ubi non sunt vinculo pacis ecclesiasticæ in vnum cōgregati, ita ut omnes id ipsum prædicent, credant, sapiant, & non contraria pertinaciter defendant, & obstinate, ibi *ἔστι καὶ ἀληθεία περιγεγραμμένη* non esse verba, quæ locutus est deus, aut quæ apostoli spiritu eius inspira-

ti locuti sunt, & tradiderunt. Postquam Salomon sapientiam Verbi dei describens, ostendit, primum quidem pudicam esse, cum monuit amplecti eam, ut custodiret a muliere extranea, & aliena, quæ verba sua dulcia facit, quæ loco proprio copiosius explanauimus, subiungit statim, in summis, excelsisq; verticibus locatam esse, pro quo Iacob. apost. totum illum locum imitatus, dixit, de sursum esse, ut intelligeremus, sapientiam Verbi dei caelestem esse, & non animale, neque terrenam, stareq; in ecclesia, quæ est ciuitas illa Hierusalem noua, quam Ioannes vidit descendentem de cælo, quæ supra montem posita est secundum Euangelium. Hanc sapientiam dixit idem Salomon in mediis semitis esse iuxta portas ciuitatis, Verbum enim dei nõ est priuatũ, & singulare, sed publicum, & vniuersale. Vnde Apost. ut probaret Corinthiis, quæ scribebat de docendo, & docendi in ecclesia ordine, & honestate, ad Verbum dei pertinere, producit multos testes, id est, omnes ecclesias, sicut in omnibus (inquit) ecclesiis doceo, non tantum in ecclesia Corinthi. Deinde interiecto præcepto, ne mulieres in ecclesia docerent, continuat cum superioribus, quod statim subiungit, in quibus, An a vobis Verbum dei processit? aut in vos peruenit? Plane significat, non posse esse Verbum dei, nisi sit Verbum pacis, & sanctæ, ac catholicæ multorum id ipsum dicentium. vniõnis inter se, & cum primis Verbi dei ministris. Respondeant ergo Euangelici, an ab ipsis processit Verbum dei, & ob eam fortasse causam se Euangelicos appellant? si negent, neque enim vendicare sibi audebunt, quod apostolis tantum, qui erant Hierosolymis, conueniebat, qui cum spiritum paraclætum illic accepissent, inde egressi Verbum dei ubiq; primi prædicauerunt iuxta prophetiam Esaiæ, de Sion exiit lex, & de Hierusalem Verbum domini, & iudicabit gentes, & arguet populos multos. Quod si ab istis non processit Verbum dei, processit ergo ab aliis prioribus, idem rursus de illis ipsis prioribus querendum est, donec regrediendo ad originem suam, id est, ad illam sobolem Hierosolymitanam sanctorum apostolorum reuocetur Verbi dei prædicatio, cum quibus conuenire debet, ut sancta, & catholica habenda sit. Queramus rursus ab Euangelicis, an ad ipsos peruenierit Verbum dei tanquam ad nouissimos? Quod si negent, sicut negare poterant Corinthii, fuerunt

runt ergo post ipsos alii, & item alii, qui per multa sæcula, quæ est istius gentis antiquitas, in vetere religionis Christianæ possessione sibi successerunt. Verbum ergo, quod prædicant, Verbum dei esse non potest, nisi conspiret, & pacem habeat cum antecessoribus, repetita eorum sancta successione usq; ad apostolicam originem, pacem item habeat cum posteris, qui in illa quasi hæreditaria possessione apostolicæ fidei, & doctrinæ deinceps post multas ætates successerunt. hoc est Verbum ειρημικόν, id est, Verbum pacis, & consentiens. Significat præterea, esse sapientiam Verbi dei in mediis semitis, fiduciam, quam sapientia hæc ad loquendum Verbum dei præbet, & pacem eorum, in quibus habitat. Vbi enim omnes vnum dicunt, neque inter se discrepant, non quæruntur latebræ ad loquendum, & docendum, neque fuga, neque penetralia, neque recessus, neque anguli, neque loci priuati, hic, aut illic, sed potius cū fiducia, & vniuersimiliter loquuntur Verbum dei, ut de apostolis sanctis scriptum est. Dominus de doctrina, quam in semitis mediis, id est, in publica, & catholica ecclesia reliquit, Ego (inquit) palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interrogas eos, qui me audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quid dixerim ego. Rursus dominus in euangelio cum prædicaret aduentum suum secundum, & apostasiam antegressuram, & fallacias pseudoapostolorum, Tunc (inquit) si quis dixerit vobis, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ. Et paulo post, Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Sapientia ergo Euangelicorum non est sapientia Verbi dei, quia non est in mediis semitis iuxta portas ciuitatis, sed in deuicis, & exquisitis semitis, & non tritis, iuxta portas quorundam hæreticorum. an enim sapientia verbi negantis confessionem secretam, quod Luter. in libro de instituendis ministris ecclesiæ, & in sermone de x. leprosis, & Philippus in loco de confessione tradunt, in mediis semitis est iuxta portas ciuitatis, an potius in remotis iuxta portas Iacobitarum? quorum est communis error, qui conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Item quod omnes homines sint sacerdotes, & possint ligare, ac soluere, est

ne dogma in medio ecclesie positum; & prædicatum omnibus cum fiducia, & consensu omnium, an diffidenter, & in angulis iuxta portas Arianorum, & Pepucianorum? Præterea quod ecclesia sit inuisibilis, quæ sola fide perfici possit, quod Luter. contra Ambrosium Cather. & Philipp. in apolog. tradunt, quis ignorat sedere hoc dogma non in medio ecclesie, neque iuxta portas ecclesie, sed in penetralibus, & iuxta portas Donatistarum, & Hufitarum, atq; ab omnibus catholicis vno consensu cõuinci, & diiudicari confidenter? In hunc modum dici potest de reliquis erroribus Euangelicorum, quorum verbum nõ est Verbum dei, cum non sit in mediis semitis iuxta portas ciuitatis, siue potentum, vt est apud Ixx. Potentes enim intelligimus apostolos, ecclesie catholice magistros, quos ad prædicandum Verbum induit deus virtute ex alto, qui iuxta prophetiam David, dedit Verbum euangelizantibus virtute multa, qui fuerunt ad imitationem magistri potentes opere, & sermone. non est, inquam, verbum Euangelicorum ecclesiasticum, & εὐγγελικόν, atq; in vnum congregans, quæ est vis, ac proprietates pacis, sed potius verbum factiosum, & apocryphum, Quod non in mediis semitis, sed in occulto traditum est. hæc enim est ratio apochryphi, vt ex libris paschalibus. Theophili Alexad. intelligi potest. cum ait, Abiectis itaque erratis Origenis, & prætermisissis decipulis scripturarum, quæ dicuntur apocrypha, idest occulta, Ego enim, inquit, dominus, in occulto locutus sum nihil, & quæ sequuntur, Sed occurrent fortassis Euangelici, & respõdebunt, non se docere in occulto, vt eis obiicimus, sed in ecclesia, quia in templo, in quo omnes conueniunt, populos docet. Respondebo illis hoc loco, quod beatus Cyrillus Hierosolym. magnus, & valde vetus auctor in catechesi xviii. scripsit, Si quãdo, inquit, ciuitates adieris, ne quæras solum, vbi est κλειστόν, id est templum domini, impiorum enim secretæ speluncas suas templum domini appellare solent, neque rursus quæras, vbi est ecclesia, sed potius vbi est catholica ecclesia. Hoc est præcipuum nomẽ huius catholice, & parentis omnium nostrum ecclesie, quæ est sponsa domini nostri Iesu Christi filii dei vnigeniti. & paulo post, Reges (inquit) gentium, & regionum potestate quidem habent terminis circumscriptam, folius vero ecclesie catholice potestas nullis terminis definita in cunctum orbem pertinet.

pertingit. Et paulo supra rationem verbi catholici copiosius explicans, Catholica (inquit) ecclesia dicitur, quia a finibus terræ vsque ad fines pertingit. & quia docet καθολικῶς, & ἀνελεγκῶς, idest, generatim, & perfecte, quæcunque dogmata scire oportet de iis, quæ videntur, quæque non videntur, de cælestibus, & terrenis, & quia omne genus hominum subiicit religioni, tum potestates, & magistratus, tum priuatos, & quia vniuersaliter curat omne genus peccati, quod per animam, & corpus consumatur, & quia continet in se omnem speciem, & formam virtutis in operibus, in sermonibus, & variis charismatibus. Ecclesia autem appellatur φθωνικός, idest, vt ipsum nomen declarat, quia vocat omnes, & congregat in vnum. Hæc Cyr. congregat, inquam, per Verbum dei in vnam fidem, quod quidem pertinet ad vnitatem spiritus in vinculo pacis, sicut Apost. ait, vt sit vna omnium fides, vna scientia, vna mens, vna salus, & incolumitas, vna sanctitas, vna spes, vnum studium. Vnde Maximus in lib. de Symbolis sacris, ecclesiam dicit esse imaginem dei, qui est vt ait Dionysius εἰρήνη ἀρχισυνάγωγος, idest, prima pax, & omnis congregationis origo, quod eandem, inquit, vnitatem, quam deus, operetur ecclesia in fidelibus, qui quidem vniuntur, quamuis ex diuersis proprietatibus, & variis locis, ac moribus constant. Et Clemens Rom. in primo lib. de doctr. apost. ecclesiam dicit esse εἰρήνην καλῶν ἰδίων, idest pacem, quæ tranquillat. ad quam iussus sit ire is, cui dictum est, Fides tua te saluum fecit, abi in pacem. qui enim (inquit) peccatores absoluit, is in ecclesiam restituit sanos, sine macula, cum bona spe, & studio bonorum operum intentos. Hæc. Clem. vt iam fideles, qui in peccatis grauioribus sunt, sint illi quidem in ecclesia, sed non in pace ecclesie, quia non sunt eis remissa peccata in ecclesia, & ideo non sunt sani, neque bona spe, neque vere in bonorum operum studio. Ex quo rursus fit, vt sicut ecclesia Euangelicorum non est ecclesia dei, sed diaboli synagoga, quia non congregant in vnum cum deo, non enim est in ea pax per remissionem peccatorum. in Verbo dei tranquillans, neque saluat, neque soluit, neque facit esse bona spe, neque bonis operibus studere, sic verbum, quod in ea est, non est Verbum dei, quia non est εὐγγελικόν, idest Verbum pacis, sed potius est verbum ἐλεγκτικόν, pleinum amari zeli, vanæ gloriæ, & contentionis aduersus veritatem.

tem. Sunt quidē singulæ ecclesiæ catholicæ, quas dotes vnus ecclesiæ catholicæ Optatus Afer in lib.ii. contra Marcionistas appellauit, connexæ, & indiuiduæ, vt idem auctor ait, ita vt vna ab altera separari non possit. Numerantur, inquit, in nomine, sed vno intellectu suo iunguntur in corpore suo, vt in manu digiti, quos interuallis singulis videmus esse distinctos, vnde qui tenet vnum, totum teneat necesse est, cum vnusquisque a paribus separari non possit. In eandem sententiam doctus Tertull. in lib. de præf. hæret. de apostolis, & ecclesiis differens, deinde (inquit) in orbem profecti ecclesiam apud vnamquaque ciuitatem condiderunt, a quibus traducem fidei, & femina doctrinæ ceteræ inde ecclesiæ mutuata sunt, & quotidie mutantur, vt ecclesiæ fiant, & per hoc ipsæ apostolicæ deputabuntur, vt soboles apostolicarum ecclesiarum, Omne genus ad originem suam censatur, necesse est, itaque tot, & tantas ecclesias vnā esse illam ab apostolis primam, ex qua omnes, sic omnes primæ, & omnes apostolicæ, dum omnes vnā probant vnitatem. Qui vero hæc scripsit, idem de ecclesia Romana, Felix (inquit) ecclesia, cui totam doctrinam apostolicam sanguine profuderunt. Hæc est prima apostolica ecclesia, ex qua tanquam ex parente, vt beatus martyr Cypri. in lib. de vnitatem ecclesiæ, & in epist. ad Antonianum ait, exordium capit vnitatem ecclesiarum, quod in ea sit successor beati Petri principis apostolorum, a quo, vt idem ait, cœpit origo apostolicæ vnitatis. Ita fit, vt ecclesiæ catholicorum in vnum congregent, & in vnum sint congregatæ, quæ est pax ecclesiarum catholicarum, & rursus Verbum, quod est in ore earum, Verbum sit pacis, & sermo vnus & non multiplex, neque diuisus. At ecclesiæ euangelicorum non sic sunt, non sunt (inquam) connexæ, & indiuiduæ, neque habent originem vnitatis, sed schismatis. ex Lutero enim ortum cœpit Anabaptistarum ecclesia, cum ad Vbaldenses scripsit, præstare baptismum omittere in paruulis, quàm baptizare illos sine fide. Anabaptistarum vero ecclesiæ variæ sunt, & inter se pugnant, quas ex propriis eorum dogmatibus Fridericus Staphylus nominauit Adamitarum, Libertinorum, Sabbatariorum, Dæmoniacorum, & alias aliter, ne omnes enumerem, quæ cum non dicant idiplum, neque congregent in pacem, sequitur, vt in eis Verbum dei esse non possit. quod Verbum pacis, & vnitatis

tatis esse necesse est. item ex Lutero cœpit originem Ecclesia sacramentarium, cum scripsit ad Leonem pont. in Assert. & in libello de formula Missæ, neutram speciem, sed solam fidem necessariam esse ad salutem. item in resolut. quod sola fides sacramenti, & non sacramentum iustificat. horum quoque ecclesia in plures diuisa est, & inter se quoque pugnant. alia est Zuingliarum, alia Svemfeldianorum, alia corpus cum pane ponentium. neque hi habent Verbum dei, quod necesse est, vnum esse in omnibus ecclesiis, & non diuisum in, est, &, nõ, idest, in verum, & falsum. quod. n. tale est, nõ est εἰρηνικόν, quod autem non est εἰρηνικόν, non est cæleste, & diuinum, sed terrenum, animale, & diabolicum. Præterea ecclesia Confessionistarum a Lutero, cuius dogmata sequuntur, ortum cœpit, quæ in multas ecclesias diuisa est. alia est Vitebergensium Maioritarum, alia Prutenorum Osandresium, alia Mansfeldensium Sarcerianorum, alia Sueuorum Brentianorum, alia Sabaudicæ Calvinianæ, alia Lypsensium, alia Francfordiensium, præterea ceteras, quæ cum non sint tanquam membrum vnus corporis, neque sint vnus capitis Christi, neque qui in eis sunt, in domo dei ambulant, cum consensu, sed potius zelum amarum habeant, & contentiones aduersus veritatem, liquet, non pertinere eas ad ecclesiam catholicam, quæ est, vt Clemens ait, εἰρήνη καὶ ἀληθεία, idest, pax tranquillans. neque in illis est prædicatio Verbi dei, quod est εἰρηνικόν, quod non potest esse nisi in ecclesia catholica, non magis quàm in Synagogis Iudæorum, quorum verbum constat, non esse εἰρηνικόν, neque enim pertinet ad pacem cum deo, & angelis, & secum, & cum piis, ac fidelibus habendam, sed potius ad resistendum spiritui sancto & ad odia, & inimicitias cum Christo, & Christianis exercendas. Sed quia nos Euangelicis, vitis illis, quibus ipsi laborant, videmur laborare, sicut terra (inquit Greg. Theolog.) iis quidem stat, qui sani sunt, iis vero moueri videatur, qui vertigine laborant, eorum ægritudine velut in res ipsas transeunte, respondebo eis, qui nobis, imo apostolis hoc vitium diffensionis obiciunt, student enim vt eorum verbum non εἰρηνικόν, sed ἐριστικόν esse appareat. Vt nuper Ioannes Lascus Polonus, qui iam, vt audio, infeliciter mortuus est, cum confutaret non minus insulse, & fatue, quàm impie, & cõtumeliosè libellum pium, & eruditum Reuerendis. Hosii Varmiensi.

viri



virī cū multa doctrina, tū singulari vitæ sanctitate, & incredibili humanitate, de expresso Verbo dei, nō intelligens, neq; quæ diceret, neq; de quib. affirmaret, ausus est obiicere nobis Paulū Petro contradicentē, & Pauli, & Barnabę dissensionē de adiungendo, aut dimittendo Marco. Ego vero, vt Evangelicis occasionem obiiciendi hæc amputem, & ipsi soli in hoc vitio sint, quod cum apostolis, quæ est eorum impietas, & temeritas, cōmune habere volunt, explicabo rationem Pauli, & consilium prudens Petrum reprehendendi, idque ex Euthalio episcopo Sulcensi auctore grauis, ac valde antiquo, qui epistolas catholicas, & acta Apost. iussu Athanasii Alexand. primus *εις ἀκρόασις*, & *ἀνακαταλύσις* diuisit, idem rursus commentarios in acta Apost. rogatu cuiusdam Eusebii archiepiscopi scripsit, ex hypothesi ergo, siue argumento illius apostolicæ historiæ, quod in principio explicauit, totum propositum, & cōsilium, ac ratio reprehensionis huius clarissime, vt mihi videtur, perspicui potest. Vertam e Greco locum ad uerbum, Per hanc (inquit) scripturam maxime docuit Lucas, quemadmodum miris modis, & œconomiis, ac spiritus sancti ordinationibus ostensum fuerit, oportere, vt omnes homines secundum Christum sine obseruatione legis uiuerent, cui consilio, & studio, ac proposito præfuit Paulus secundum gratiam sibi datam. Etenim quia venire Iudæos ad euangelium per ministerium apostolicæ prædicationis, affinitatem, & cognationem legis cum euangelio demonstrabat, eosque tunc secundum legem uiuere, necesse erat, ne qui postea ex Iudæis conuersi legem relinquerent, eos, qui prius nondum lege relicta ad religionē Christianam uenissent, a fide Christi alienarent, necesse fuit, vt diuina gratia Paulum eligeret, qui seorsum, ac sine obseruatione legis religionem Christi gentibus prædicaret. cum quo, vt apostoli, & reliqui omnes Iudæi credentes idem sentirent, effecit & quidem conuenienti ordine, & modo spiritus sanctus. illud siquidem Paulo magnam ad hoc docendum auctoritatem tribuebat, quod cum prius esset persecutor, & spirans minarum, ac cedis in Christi discipulos, esset iam ad fidem Christi traductus, ac conuersus. Neque enim tanta prius pro lege contra Christianam religionem ausus esset, & pro illis hæc nunc docere uellet, & disciplinam Christianam a uita Mosaica omnino disiu-

disiungeret, nisi vi ueritatis impulsus, ac coactus ab illis prioribus ad hæc secunda translatus esset. hæc Euthalius. De obseruatione ergo legis, quam Petrus interim dissimulare cogebatur, Paulus diuino nutu, & consilio reprehendit *αυτῷ* Petrus, id est, secundum sententiam Petri, & ceterorum Apostolorum. Quod enim Petrus, cui euangelium circuncisionis creditum erat, fieri optabat, ac sine scandalo eorum, qui prius ex Iudæis crediderant, & legem adhuc seruabant, Iudæis, qui deinceps ad religionem Christi ueniebant, consulere, & prouidere non poterat, hoc ipsum Paulus, cui euangelium præputii creditum erat, magna cum auctoritate, & fide perfecit. Declarat autem Photius Constanti. cur, si ita erat, tam acerbe Paulus Petrum reprehendit, cur inquam, quod hæc tenus prudenti consilio Petrus fecisset, non laudauit Paulus, aut saltem non excusauit ad œconomiam referens factum, ne Petrus aut ignorasse, aut peccasse existimaretur, vt quidam falso existimarūt. Quia si dixisset, (inquit) œconomicè Petrum circuncidisse Iudæos fortasse dici posset, cur ergo damnas, quam uocas œconomiam? Deinde, cui (inquit) aliquid placet, parua occasione data, id ipsum magis amplectitur, vt hic contigisset, si cœconomiam diceret fuisse, idcirco igitur nō sic, sed potius eos, qui id permisissent, ac dissimulassent, uehementer reprehendit, vt eos scilicet, qui reuera errabant, hac uehementi reprehensione deterreret. Itaque, vt prædicationem Euangelii, solum confirmaret, non ueretur dicere Petrum reprehensibilem, dissimulantem, non recte ambulantem. tanta erat apostolorum inter se pro euangelii prædicatione mutua fiducia, tanto amore deuincti erant, tanto studio, & desiderio progressus euangelii tenebantur, vt si opus fuisset, hoc ipsum fuissent a se ipsi inter se petituri, & precaturi, vt scilicet per mutuam reprehensionem prædicatio confirmaretur. quod uel ex eo perspicui potest, quod uidemus Paulum a Petro alioqui reprehenso summopere laudari, cum ait, epistolas eius sapientia, & gratia dei plenas esse, & rursus Petrum a Paulo commendari, & honorari. hæc Photius. Ergo aduersus hæreticos, qui ad probandum, non omnia apostolos sciuisse, aut licet scirent, non omnia tamen tradidisse, hæc Pauli reprehensionē obiicere solerent, Tertull. in lib. de præsc. hæc. Respōdebo (inquit) quasi pro Petro, ipsum Paulum dixisse, factum se omni-

omnibus esse omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæis non Iudæi, ut omnes lucrifaceret. adeo pro temporibus, & personis, & causis quædam reprehendebant, quæ & ipsi pro temporibus, & personis, & causis committebant. quemadmodum si & Petrus reprehenderet Paulum, quod prohibens circumcisionem circumcidit & ipse Timotheum. Hactenus Tertull. Qui ergo, ut ait beatus Hiero. in comment. Esa. cap. liii. dispensationem inter Petrum & Paulum contentionem & verum iurgium putant, Porphyrio blasphemanti satisfaciunt, & ut idem in alio loco ait, cum Apollinare faciunt, quicumque Petrum existimant, vere fuisse a Paulo reprehensum, quia Apollinarius, ut Theodoritus in extrema parte comment. Ezech. narrat, eos, qui ex Iudæis crediderunt tempore apostolorum, aiebat, Hierosolymis quidem legem seruasse, ceteras vero ecclesias minime, neque concedebat permissum fuisse illud œconomicè. Euangelici ergo, qui Petrum existimant, quasi peccasset, reprehensum esse, ac non potius id ipsum ambos dicere, Porphyriani sunt, & Apollinaristæ, ac Marcionistæ. Sed qualis esset illa reprehensio, utrum ex zelo amaro, contentione, vana gloria, & errore profecta, quales sunt Euangelicorum inter se mutuæ reprehensiones, & accusaciones, ex ipso apostolo Paulo intelligi potest. prius. n. quam Paulus Petrum a se diceret reprehensum, idem dixit ascendisse primum Hierosolymam, ut videret Petrum, id est gratia honoris priori apostolo deferendi, ut ait Hierony. & iterum postea, ut conferret cum Apostolis Euangelium, ne forte in vacuum cucurrisset, aut curreret, id est, ut Tertull. in iiii. lib. contra Marcionistas interpretatur, ne non secundum illos credidisset, & secundum illos euangelizaret. Denique tanquam cum auctoribus (inquit) contulit, & conuenit de regula fidei. & ut idem paulo supra dixerat, auctoritatem antecessorum fidei, & suæ prædicationi optauit. Deinde, Cum cognouissent (inquit Apost.) gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Iohannes, dextras dederunt mihi, & Barnabæ. Quanta in his cernitur simplicitas, modestia, pax, veritas, zelus. Denique ut clarius intelligeretur, non fuisse Petrum reprehensum, quia errasset, narrat de se prius aliquid simile, Sed neque Titus (inquit) coactus est circumcidi, cum esset gætilis, deinde subiungit, Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explo-

rare

rare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent, deinde subiungit, quibus ad horam celsimus subiectioni, ut veritas Euangelii permaneat apud vos. Hunc quodque locum interpretatur idem Tertull. in v. lib. cõtra Marcion. Frustrandi (inquit) erant falsi fratres speculantes libertatem Christianã. Necessario igitur celsus ad tẽpus, & sic ratio cõstat ei Timotheum circumcidendi, & rasos introducendi in templum, quæ in Act. edicuntur adeo vera, ut apostolo cõsonet profiteri, factum se Iudæis Iudæum. Hactenus Tertull. Hoc ergo fuit cedere Paulum falsis fratribus, qui legem cum euangelio retinendam esse putabant, nempe legem ad tempus propter necessitatem œconomicè seruare. celsimus enim legit Irenæ. lib. iiii. Sic quoque legendum esse contendit Ambros. Sic Tertull. legit, & interpretatur. Si non subintroducti (inquit) essent falsi fratres, non celsissent, sed quia subintroierunt, cesserunt. itaque affirmat corrupisse hunc locum Marcionistas, ut pro eo, quod legendum est, ad horam celsimus, legeretur, neque ad horam celsimus, ut sic (inquit) ostenderent, Christum, & Christi prædicatores non pertinere ad creatorem, cuius legem oppugnarent. Dixit ergo Paul. celsisse ad tempus, falsis fratribus seruando legem, ut vel ex eo intelligeremus, quod Petrum reprehendit, non hoc fecisse, quasi non dicerent id ipsum ambo, essetque inter ipsos schisma, absit, sed quia, opus erat eo stratagemate, ut quod Petrus, & Paulus, & reliqui apostoli optabant, omnes ab obseruatione legis illa vehementi reprehensione deterrerentur. Sed hactenus de reprehensione Pauli. Respondeant ergo Euangelici, qui ut tunc Petrum, & Paulum, sic se nunc disside- re fingunt, quas ipsi dextras dederunt, & quibus, ut illi? num dextras dederunt Illyricani Maioritæ, aut Maioritæ Oslandri- nis, aut hi Sarcæianis, aut Sarcæiani Brentianis? aut Brentiani Caluinianis? aut quando hi cum illis euangelium contulerunt, a quibus disident? cum quibus amaro zelo contendunt? Certe si conferre oportebat, cum antecessoribus cõferre oportebat, & illos interrogare, si se forte in vacuum currere, aut cucurrisset conferendo, & interrogando ab illis cognoscerent. nisi forte antecessores habent secum eodem fere tẽpore, aut post exortos sine vlla origine antiquæ vnitatis. An antecessores habeant Saxones Augustanos? aut Vitebergienses Maritimos? aut Man-

D d feldenfes

feldenfes Sueuos? aut Sueui Sabaudianos, & Geneuenfes? vt hi cum illis euangelium conferant? Refpondeat nobis Euangelici, quorum antecessorum auctoritatem suæ fidei, ac prædicationi optant, ut Paulus optabat? aut num id ipsum dicant, ut illi? Quod si respondere non possunt, nisi negando, consequens est, vt Verbum dei, de quo gloriantur, non sit verbum εἰρηνικόν, sed ἐριτικόν, idest, contentiosum, & diaboli proprium. Restat iam, vt ad alterum exemplum dissensionis Pauli, & Barnabæ de adiungendo, aut dimittendo Marco, quod nobis similiter ad dissensiones suas excusandas, & defendendas obiiciunt, respondeamus. Post aliquot autem (inquit) dies dixit ad Barnabam Paulus, reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prædicauimus Verbum dei, quomodo se habeant. Ergo de Verbo dei nulla erat apud illos discrepantia, aut disceptatio, imo vnum, & idem Verbum dei prædicabant. Sequitur deinde in Actis: Barnabas autem volebat secum assumere Ioannem, qui cognominabatur Marcus, Paulus autem rogabat eum, vt qui discessisset ab eis de Pamphilia, & non esset cum eis ad opus, non debere recipi. Non videbatur Paulo æquum esse, vt qui semel laborem subterfugisset, & ignauia, ac timore victus, ab apostolis inter summa pericula, & cum magno labore, & studio prædicantibus recessisset, reuersus postea statim reciperetur, contra vero Barnabæ humanum esse videbatur, pœnitentem admittere. Erat itaque, vt ait Ammonius Alexand. in comment. Act. dissensio illa Pauli, & Barnabæ non iræ, sed æquitatis dissensio, quod ex eo perspici potest, quod cum Paulus ecclesiis iussisset, ne eum reciperent, ut sic studiosior, ac tolerantior fieret, idem postquam vitium emendasse intellexit, eundem rursus ecclesiæ commendauit, cum de eo ad ecclesiam Colofs. scripsit. Salutat vos & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata, si venerit ad vos, suscipite illum, Respondeant Euangelici, qui sua impia schismata, & iras implacabiles, & amarum zelum cum dissensione Pauli & Barnabæ ex charitate, & studio in Marcum profecta comparare audent, an qui vnus apud eos sectæ sunt, & vnum aliquem suæ sectæ principem, & auctorem sequuntur, alios aliarum sectarum principes, & auctores commendent, aut recipi iubeant? an potius execrabiles eos habeant? Itaque facta est (inquit Lucas)

cas) dissensio, ita vt discederent adinuicem. paroxysmum dixit Lucas, quod verbum interpretis epistolæ ad Hebræos, siue is Lucas, siue Clemens fuerit, in bonam partem accepit, cum ait, considerantes inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum. scriptum est. n. Græcè, ἑριστικόν, quod verbum factis declarat, illam Pauli, & Barnabæ dissensionem nihil aliud fuisse, quam prouocationem quandam, & incitamentum Marci ad accuratius studium euangelicæ prædicationis, vt perinde sit, quasi diceretur, facta est autem prouocatio scilicet Marci, ita vt prouocandi illius gratia a se inuicem Paulus, & Barnabas discederent. vtrique; ergo horum proposita erat vtilitas Marci, vt ait Ammonius, & eum secutus Chrysoft. Cum enim (inquit) videret Marcus, Pauli voluntatem esse, vt dimitteretur, valde timuit, seque reprehendit, rursus cum videret, Barnabam dare operam, vt adiungeretur, magno eius amore incensus est Marcus. non sunt dissimiles disceptationes, quas nobis Euangelici exprobrare solent, vt nobis occasionem gloriandi de pace Verbi dei, mentiendo, si possunt, eripiant. Sunt, inquam, nostrorum quæstiones prouocationes quædam vtiliter ad incitandum studium inueniendi, & defendendi veritatem, quæ est vtilitas disputantibus proposita. itaque dum alii ad Thomistas discedunt, alii ad Scoti partes transeunt, alii ad alios scholasticos salua semper pace spiritus, & vnitatis corporis Christi, quod est ecclesia, prouocatio quædam, & incitatio fit ad studium proficiendi in eis ad eliciendam veritatem, & propugnandum pro ea. Sed neutri alteros quamuis dissentientes, & repugnantes inter hæreticos habent, quin potius veritatem sine vilo amaro zelo quærunt. Euangelici vero non sic alii ab aliis discedunt, vt pace Verbi dei salua, prouocent ad vtilitatem. imo alii aliis hæretici sunt, Illyricani Maioritæ, & hi Osiandrinis, similiter in reliquis. Deinde de quibus apud nos alii aiunt, alii negant, hæc à nostris tam modestè, & sobriè disputantur, vt solenne sit, velut loco præfationis profiteri præsertim publicè, neutrum partem pertinaciter, & obstinate nos velle defendere, sed per omnia scripturis sanctis, & sanctorum patrum decretis ecclesiasticis obedire. Euangelici vero pro dogmatibus, in quibus est apud eos, est, &, non, capita, & animas Diabolo deuouerunt. Haftenus ergo de Verbo dei

*ειρηνικῶς*, quod, ut sæpe dictum est, vnum esse oportet, & non diuisum in verum, & falsum, ut est apud Euágelicos, vnde quod est in Ecclesiastico prosequatur te verbum pacis, in aliis exemplis explanatius legitur, sermo tuus sit vnus. Huiusmodi verbū qui diligunt, pax illis multa, sicut scriptum est, pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Quibus verbis præcipit Dauid, ut sanctus Maximus in epist. apologetica ad monachos Siciliae interpretatur, ut pacem nobiscum, & cū aliis per charitatem habeamus, ut per concordiam religiosam, & sanctam scandalum a cunctis remoueamus. Hanc pacem ius sit Dominus habere in nobis, qui rursus per apostolum Paul. præcepit, ut Verbum dei in nobis abundanter habitaret in omni sapientia. Quod quidem fiet, si ut Euthalius in anacephalæosi epist. ad Colos. interpretatur, *πῶς διαδώμεν αὐτῷ ἐπιστολάς* expendimus, id est, si virtutē epistolarum Pauli, imo omnis Verbi dei ponderauerimus. hinc enim exitit omnis Euangelicorum error, atque hæresis, quod ut dominus scribis, & Phariseis exprobrabat, nec scire voluerunt Verbum dei, neque virtutem Verbi dei. Cū tamen nihil magis in ore habeant, quàm Verbum dei, Verbum dei, ut illi apud Hier. pseudopropheta Verbum domini, Verbum domini, esse enim hoc tempore hæreticos, ut olim pseudopphetas, admonuit nos beatus Petrus, cum ait, fuerunt vero & pseudopphetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & quæ sequuntur. Sed iam ad reliqua pergamus.

DOGMA.

*ΕΙΡΗΝΙΚῶΣ*, quod, ut sæpe dictum est, vnum esse oportet, & non diuisum in verum, & falsum, ut est apud Euágelicos, vnde quod est in Ecclesiastico prosequatur te verbum pacis, in aliis exemplis explanatius legitur, sermo tuus sit vnus. Huiusmodi verbū qui diligunt, pax illis multa, sicut scriptum est, pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Quibus verbis præcipit Dauid, ut sanctus Maximus in epist. apologetica ad monachos Siciliae interpretatur, ut pacem nobiscum, & cū aliis per charitatem habeamus, ut per concordiam religiosam, & sanctam scandalum a cunctis remoueamus. Hanc pacem ius sit Dominus habere in nobis, qui rursus per apostolum Paul. præcepit, ut Verbum dei in nobis abundanter habitaret in omni sapientia. Quod quidem fiet, si ut Euthalius in anacephalæosi epist. ad Colos. interpretatur, *πῶς διαδώμεν αὐτῷ ἐπιστολάς* expendimus, id est, si virtutē epistolarum Pauli, imo omnis Verbi dei ponderauerimus. hinc enim exitit omnis Euangelicorum error, atque hæresis, quod ut dominus scribis, & Phariseis exprobrabat, nec scire voluerunt Verbum dei, neque virtutem Verbi dei. Cū tamen nihil magis in ore habeant, quàm Verbum dei, Verbum dei, ut illi apud Hier. pseudopropheta Verbum domini, Verbum domini, esse enim hoc tempore hæreticos, ut olim pseudopphetas, admonuit nos beatus Petrus, cum ait, fuerunt vero & pseudopphetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & quæ sequuntur. Sed iam ad reliqua pergamus.

DOGMATICI CHARACTERES  
VERBI DEI  
LIBER TERTIVS.



**S**EQVITVR, ut deinceps locum Iacobi apostoli persequentes, de iustitia, & æquitate eiusdem Verbi, quæ est illius pacis, de qua dictum est, causa, & de obedientia iustitiæ, & æquitatis custode, & de misericordia ac fructibus bonis eius disseramus. Est enim (inquit) sapientia, quæ de sursum est, primū quidem pudica, deinde pacifica, æqua, obediens plena misericordia, & fructibus bonis, De iustitia ergo perfecta, quæ æquitatem continet, scriptum est in Eccles. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam. Iubet autem iustitia, & æquitas Verbi dei, tribuere cuique secundum dignitatem, in quo iustitiæ vis consistit, omnibus, inquam, debitum reddere, cui tributū, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem, & nemini quicquam debere præter mutuā charitatem, quæ est legis impletio. Est quidem iustitiæ diuinæ, ut tradit diuinus Dionys. cuiusque naturam, & ordinem, ac statum incolumem; & saluum seruare, causamq; esse propriæ cuiusque actionis, & ut, abscedat omnis contentio, & discordia, & alieni muneris vsurpatio, & ut quisque in loco suo, in quem vocatus est, permaneat, neque de gradu suo conuenienti deiiciatur, & si quis errauerit, ut reuocetur, & conuertatur ab errore viæ suæ, si quid desit boni, ut suppleatur, si amissum, ut recuperetur, si infirmum, ut stabiliatur, si extra ordinem, ut restituatur. Huius vero diuinæ iustitiæ participatio quædam est iustitia, & æquitas Verbi dei, quod in ecclesiis catholicis apostoli tradiderunt, siue per scripturam, siue per sermonem. Vnde apud Salomonem in eo ipso loco, quem Iacobus apost. imitatus est, ut supra est obseruatum, subiungit diuina sapientia, Cum iustitia omnia verba oris mei. Itaque huius iustitiæ, & æquitaris, quia, ut dixi, Custos est obedientia; quæ legi, rationi, doctrinæ, honestæ consuetudini, potestatibus, & omnibus inuicem in timore Christi exhibenda est, idcirco postquam di

xit beatus Iacobus de hac sapientia Verbi dei, æqua est, subiun-  
git statim, obediens est. Quare cum iustitiam, & æquitatem,  
ac custodem eius obedientiam ecclesia nostra prædicet, & com-  
mendet, ac colat, Euangelicorum vero synagoga non prædi-  
cet, imo exagitet, & extingat, sequitur, vt nobiscum habiteret  
Verbum dei, cum Euangelicis vero nequaquam. Hi quippe  
sunt, qui dominationem contemnunt, quo nihil iniquius, &  
iniustius, vt beatus Petrus de magistris mendacibus sectas per-  
ditionis introducturis in spiritu prophetauit. Cum enim vt  
Clemens in doct. apost. lib. vi. de schismatibus ait, hæretici om-  
nes philarchia, id est, ambitione laborent, consequens est, vt  
iidem aliorum principatum contemnunt, & aspernentur, vt  
nunc contemnunt Euangelici, Martinum Luterum auctorem  
in libro de abroganda Missa ad senatum Pragensem, & in li-  
bro de capt. Baby. secuti. Apud eos enim omnes sunt iudices,  
omnes papæ, omnes episcopi, & sacerdotes, quæ est præcipua  
Verbi dei, quod falso nomine iactant, professio omnis iniusti-  
tiæ, & inobedienciæ, atque erroris eorum parens. Verissimè  
enim a beatissimo martyre Cypriano scriptum est, non aliunde  
natas esse hæreses, & schismata, quàm ex eo (inquit) quòd  
neque vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, neque ad tempus  
iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diui-  
na obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdo-  
tum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudi-  
cium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum  
iudicem non iam episcopi, sed dei faceret, nemo discidio vnita-  
tis Christi ecclesiam scinderet. De summo sacerdote loquitur,  
qui legitimis suffragiis collegii fratrum a deo creatur. Sic Cle-  
mens, qui doctrinam Verbi dei, quod apostoli prædicabant,  
& ecclesiis tradebant, audiuit, & literis mandauit, de impia, &  
scelerata hæresi contemnendæ dominationis, id est, principa-  
tus sacerdotalis tollendi, pontificalisque iudicii negandi, abie-  
cta obedientia sensit, quæ est summa iniustitia. Nihil enim ini-  
ustius esse potest, quàm iudicem ipsum spiritualem tollere, quæ  
qui tollit, legem ipsam tollit. Quæ est, vt quidam princeps phi-  
losophorum huius sæculi dixit, iustitiæ custos, siquidem fru-  
stra est lex, si iudex, qui secundum legem iudicet, nõ est, vt qui-  
dem necesse est, non esse, qui non sit legitimus, quale fuerit con-  
cilium

cilium non episcoporum tantum, vt esse debet, sed principum  
quoque sæcularium, vt Brentio defensore & patrono, Euange-  
lici habere volunt, cui potestatem tribuunt de iis, quæ ad fidem,  
& doctrinam Verbi dei pertinent, non intelligentes, quid in-  
ter iudices sæculares, & spirituales intersit. Sed doceamus hoc  
nos ex Verbo dei, quod Euangelici semper efflagitant. Scri-  
ptum est ab apostolo de sæcularibus iudicibus, nõ frustra eos  
gladium portare, esse enim dei ministros, vindices in iram ei,  
qui male agit, itaque cauendos esse, non tantum propter con-  
scientiam, sed propter iram. De iudicibus vero, siue potestati-  
bus spiritualibus dixit, idem apost. Arma militiæ nostræ non  
sunt carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum,  
consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se ad-  
uersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem in-  
tellectum. Militiam vocauit Apost. in alio loco ministerium  
Verbi dei, cum loquens de cibo, quo dignus est, qui spiritualia  
seminat, Quis (inquit) militat suis stipendiis? & Timotheo  
episc. postquam dixit, Cõmenda hæc aliis hominibus, qui ido-  
nei erunt, & alios docere, præcepit, vt laboraret, tanquam bo-  
nus miles. Ergo huius militiæ non sæcularis sed spiritualis ar-  
ma item sunt non sæcularia, quæ caro fabricare potest, & so-  
let, sed spiritualia, quæ sunt charismata, & doctrina Verbi dei  
ad redarguendum eos, qui contradicunt veritati, & potestas  
ligandi, ac soluendi. his enim armis feriuntur, qui ab eo, qui spi-  
ritualem potestatem accepit, separantur ab ecclesia. de quibus  
apost. ad Timoth. scribens, increpa illos (inquit) ἀπορώμωσ, quod  
vim secandi declarat. Clarius interpretatus est Clemens in lib.  
ii. de episcopis, eodemque verbo Græco vsus, postquam enim  
dixit, iudica eos ἀπορώμωσ subiungit, quasi explicans, quod di-  
xerat, ἀπορώμωσ, καὶ μαχαίρα πρὸς τὴν ἀνάσσειν, id est, trades gladio  
ignis, & paulo post, ἐκκοψόν τὸ διασπένν μένος, id est, excinde me-  
brum corruptum, & tabidum. Hoc fecit Apost. in Corinthio il-  
lo incesto, & in Hymenæo, & Alexandro. Hoc idem præcepit  
dominus facere in iis, qui ecclesiam non audierint, vt sicut scri-  
ptum est, Auferatur malum de medio. De hac potestate armo-  
rum spiritualium loquitur, cū in alio loco ait, Ne præsens du-  
rius agam per eam potestatem, quam mihi dominus dedit ad  
ædificationem, non ad destructionem, tradebat enim Satanæ,  
& vt

& vt Clemens ait, gladio ignis, vt spiritus saluus fieret in die domini. Sunt ergo huiusmodi arma spiritualia potentia deo, quia qui his iuste feriuntur, traduntur, vt dixit Clemens, gladio ignis, quod est diuinæ potestatis, quam deus cum hominibus non laicis, & sæcularibus, sed spiritualibus communicare voluit. Vnde Apost. in epist. ad Rom. eos, quibus credita est huiusmodi potestas iudicandi ligando, & soluendo, *δυνατός* vocauit; nos potentes interpretemur. quales sunt sacerdotes, qui potestatem acceperunt retinendi, & remittendi peccata. Sic quoque magnus Basil. in reg. bre. c. lxxvi. intellexit, quod Apost. ait, Debemus autem nos, qui potentes sumus, imbecillitates infirmorum tollere. hoc enim tradit idem auctor significare verbum illud *καταλείψαι, τὸ ἀίπειν*, quod ad potestatem ligandi, & soluendi pertinere vult, imbecillitatem vero vocauit peccata. In eadem sententiam dictum accepit, quod idem Apost. in epist. ad Galat. scripsit, Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite, siue aptate huiusmodi hominem in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne & tu teneris. Quos illic vocauit potentes, hic vocat spirituales, quia spirituales potestatem iudicandi peccatores, & ministrandi verbo, ac dispensandi mysteria acceperunt. Sic etiam vocauit in epist. ad Cor. i. Siquis (inquit) propheta est, aut spiritualis, cognoscat, quæ scribo, quoniã domini præcepta sunt. Quem locum cum Vincentius Lirinensis grauis auctor, & Aug. discipulus, ac imitator explanaret, Spiritualis, (inquit) idest spirituum rerum magister. quod ex eo magis intelligi potest, quod cum propheta, qui est scripturæ sanctæ interpretis, spirituales coniunxit Apost. Rursus Timotheo præcepit, vt quæ ex Paulo didicisset, per multos testes, idest in multis ecclesiis prædicata, Sic enim Tertull. interpretatur, hæc eadem commendaret fidelibus hominibus, qui idonei essent ad docendum alios. Fideles homines vocauit dispensatores mysteriorum dei, inter dispensatores enim quæritur, vt idem ait, Quis fidelis inueniatur. Tales enim esse oportet ministros verbi, non adulterantes verbum veritatis, sed recte illud tractantes, vt qui loquitur, tanquam sermones dei loquatur, & non tanquam sermones hominis mendacis. ne si propheta, aut spiritualis, qui alios docere debet, ignorauerit ea, quæ in omnibus ecclesiis catholicis docentur,

centur, sermones dei esse, & ipse ignoretur, cū dicitur ei, quod est in euangelio de malis prophetis, qui scientiæ charismate abusi sunt, nescio te. Cum ergo principum sæcularium carnalia sint arma, sacrorum vero, & spiritualium spiritualia, consequens est, vt de doctrina Verbi dei, quæ res est spiritualis, & sacra, vnde eius administratio *ἰδρυμένη* dicitur in scriptura, iudicare illi non possint, hi possint. Sed prosequamur locum Apost. ad destructionem (inquit) munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Munitiones vocat syllogismos inanis philosophiæ, gētilium, & hæreticorum argumenta, quibus suæ quisque sectæ, & disciplinæ dogmata defendunt, Et altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Oppositiones dicit falsi nominis scientiæ, vt in epist. ad Timoth. vocauit. Quæ omnia idem Apostolus in epist. ad Corinth. qui se de huiusmodi scientia iactabant, appellauit fortia, cum dixit, infirma mundi elegit deus, scilicet discipulos pauperes, & idiotas, vt fortia quæque confunderet, idest, vt sapientes mundi munitissimis oppositionibus falsi nominis scientiæ instructos, & armatos. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Declarat magis more suo, quæ paulo obscurius dixerat, quas, inquam, munitiones, quas altitudines, & quæ consilia, siue cogitationes dixerit, scilicet rationes fallaces, & argumenta captiosa, quibus confutatis, & euerfis, & veritate ipsa veris argumentis astricta, quod præstat, & efficit illa pars Theologiæ, vt Dionys. in epist. ad Titum docet, quam idem vocat demonstrantem, qua intellectus adstringitur ad obediendum Verbo dei. Hoc videlicet est, in captiuitatem redigere intellectum in obsequium dei. Sic quoque interpretati sunt cum alii, tum beatus Chrys. in principio lib. iiii. contra Iudæos, & in comment. epist. Pauli ad Corinth. ii. Cum igitur adfrangendas oppositiones falsi nominis scientiæ, & ad iudicandas, excutiendas, ac damnandas hæreses, & ad mentes hominum virtute vnus fidei adstringendas opus sit non armis carnalibus, qualia sunt regum terræ, & principum sæcularium ad exemplum illius, quem petierunt olim, qui dixerunt, Erimus quoque nos sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis, & quem

omnes tribus Israel elegerunt secundum sortem domini, quæ cecidit super tribum Benjamin, & peruenit vsquæ ad Saulem filium Cis, sed potius opus sit armis spiritualibus, quæ non in sæculo, sed in ecclesia posita sunt, idest, non laicis, sed ecclesiasticis ad dispensationem mysteriorum dei data, consequens est, vt non sæculares, sed ecclesiastici, siue spirituales de iis, quæ ad Verbum dei, quod totum est spirituale, & sacrû, pertinent, iudices esse possint, ac debeant. Conuenit cum his, quod Esa. prophetauit de verbo euangelii futuri, Ex Sion (inquit) exhibit lex, & Verbum domini de Hierusalem, & iudicabit gentes, & arguet populos multos. Non quòd ipsa scriptura, aut ipse sermo per se iudicare possit, vt Euangelici somniant, sed quod secundum legem dei a legitimo iudice iudicii veritas iudicanda sit. alius enim est qui loquitur, & aliud, quod is loquitur, sicut ait beatus Petrus, qui loquitur tanquam sermones dei. Deinde vt significaret propheta, quibus armis vsuri essent iudices isti, qui ex Verbo dei essent iudicaturi, subiungit, constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Vomeres & falces vocat instrumenta agriculturæ dei, quæ sunt arma militiæ spiritualis. tanquam vomere enim Verbi dei profcinditur terra cordis ad excipiendum semen spiritus dei, & fructificandum in eo, falce autem metitur, quod seminatum est, & iam maturitatem accepit, sicut dominus dixit discipulis loquens de aduentu suo tanquam de vere quodam spirituali, quod idem in cantibus descripsit, cum ait, Flores apparuerunt in terra, Apparuit enim in primis flos de radice Iesse. Tempus putationis aduenit, cum scilicet ii, qui erant præordinati, vt crederent, erât maxime dispositi, & præparati, de quibus idem in euangelio, Iam (inquit) regiones albæ sunt ad messem, idest, ad metendum, & colligendum fructus in vitam æternâ, & paulo post, Ego misi nos metere, quod vos non laborastis, alii laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis. Clamauerunt enim prophætæ dicentes, Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, & venit ad nos, qui dixit, Ego sum lux, & veritas, hoc fuit metere, quod alii laborauerunt, sic enim explanatum reperi *ἐν διδασκαλικῷ λόγῳ πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν διακονίαν* Niceni conc. Ergo principes sæculares, qui gladios, & lanceas secundum carnem portant, vt ex Apost. didicimus, neque in vomeres spirituales, neque in lanceas

ceas mutarunt, neque enim missi sunt, vt metant per prædicationem verbi, sed ad portandum gladium in vindictam malorum, laudem vero bonorum, & qui illud eis tribuit, vt Brentius, & eius sectatores noui Euangelici, hic ex vindicibus secundum carnem facit aratores, & messorum, & ventilatores secundum spiritum, quo nihil stultius, & a natura, ac dei legibus magis alienum. Cum enim in concilio de fide, & fidei dogmatibus inquiritur, & decernitur, tunc iuxta parabolam euang. & ad exemplum domini, & discipulorum eius repurgatur area patens ecclesiæ catholicæ, & potestate discernendi, ac separandi secernitur, ac separatur verum a falso, ceu ventilabro quodam paleæ a frumento. Ventilabrum enim vocauit *τὸ δὲ δὲ ἀναμύνη καὶ θρονίαν διακρίσειν*, idest, vim, & potestatem discernendi, ac separandi, vt veteres notarunt, & paleas ac frumentum veritatem, & falsitatem iuxta sermonem Hierem. de falsis & veris prophetis, Quid paleæ ad triticum, dicit dominus? nunquid verba mea non sunt quasi ignis? & in euangelio subiungitur, Et paleas comburet igne inextinguibili. Hoc quoque fit in Synodica repurgatione ecclesiasticæ areæ. separantur spirituali anathemate, & damnantur ad ignem sempiternum, qui profana vaniloquia proferunt, & defendunt. Quare qui potestatibus sæcularibus ventilabrum tribuit, idest, qui eas ad hoc spirituale iudicium admittit tanquam iudices, agriculturam dei corrumpit, & militiam spirituales administrat gladio carnali. Ergo spirituale ventilabrum non est principum sæculi, sed principum ecclesiæ, qui sunt pastores, agricolæ, aratores, messorum, ventilatores, adde etiam vitatores iuxta prophetiam Esa. postquam enim dixit, spiritus domini super me, & quæ sequuntur, quod dominus de se, & aduentu suo interpretatus est; paulo post prophetans de ecclesia noui testamenti, Et vocabuntur (inquit) in ea fortes iustitiæ, plantatio domini in gloriam, & ædificabunt deserta a sæculo, ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem. stabunt alieni, & pascent pecora vestra, filii peregrinorum agricolæ, & vitatores vestri erunt, vos autem sacerdotes domini vocabimini, ministri dei nostri. Subiiciam interpretationem Cyrilli interpretis grauis. & eruditiss. vocados esse, ait, fortes iustitiæ propter iustitiam euangelicam longe præstantiorem iustitia le

Ee ii gis,

gis, de qua dominus aiebat, Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum, & pharisæorum, & quæ sequuntur. Plantatio vero domini, quia (vt ait Apost.) dei agricultura sumus, & ego plantaui, Apollo rigauit, colit enim nos saluator per sanctos mystagogos. Et ædificabunt deserta, significat (inquit) futuras fuisse angustas ecclesias præ multitudine, & frequentia, quæ aliquando fuissent deserta. Et venient alienigenæ. aperte (inquit) translationem legis, & sacerdotii prædicat. alienigenæ enim ministri sacri, & sacerdotes facti sunt. Et rursus paulo post idem Cyrill. Vocati (inquit) sunt ad hæc alienigenæ, facti enim sunt ex gentibus a Christo magistri ecclesiarum sapientes. Hi fuerunt aratores, & vinitores. quia enim frequenter in scriptura appellati sunt terra electa, & hortus, & vinea, ideo vocat propheta aratores, & cultores vinearum eos, qui futuri erant sacerdotes, & ministri. Vocabimini, (inquit) non enim honorem sibi usurparunt, sed a deo vocati sunt. sicut Paul. vbi que se nominat ministrum, & vocatum apostolum. Dicant ergo Euāgelici Brentiani, vbi in scriptura principes sæculares vocantur ministri Verbi dei, aut ecclesiarum, & iudices spirituales, an potius ita se ipsi vocent. Sed videamus, quid Esa. de ministris  
 •• istis ecclesiarum, & sacerdotibus subiungat. Dicitur (inquit)  
 •• vobis, fortitudinem gentium comedetis. Vester sermo (inquit Cyrill.) vincet robur gentium, sæpe enim in scriptura os, quo cibum capitur, pro sermone accipitur, & comedere significat τὸ ἀλαλιζόν, idest, vim consumendi, robur autem gentium, sunt eloquentes, & sapientes gentilium, quos sermone (inquit) sanctorum doctorum victose esse reperiemus. Sic Cyrill. Quod ergo vocat hic Esa. robur gentium, vocauit Apost. munitiones, ac fortia, Quæ nunc ait propheta comedenda, idest, cōminuenda, & consumenda esse a ministris, & sacerdotibus ecclesiarum, non autem a principibus sæcularibus, qui non sunt ministri in ecclesia, sed in sæculo. Quare qui contendunt, conuenire principibus sæcularibus, vt in concilio de fide iudicent, & de hæresi, perinde est, quasi contendat, conuenire vlli homini, vt sine ordine, sine mensura, sine modo, alieno loco, & alieno tempore comedat. An natura non docet nos, quòd qui hoc facit, & non est abstinens, vt ait Ecclesiasticus, non adiiciet vitam? liceat, transferre hæc ad spiritum, quòd si quis princeps sæcularis

ris

ris ad diuidendum cibum pulchros, & firmos dentes habeat, quales describit Salomon in Cant. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt ex lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis, idest, si præditus est notionibus, & cogitationibus, quibus ceu dētibus corporalis crassitudo legis scriptæ, & naturalis in veros sensus subtiliter, & minute diuidatur, efficiaturque apta ad cibum spiritualem, si inquam notionem habet, omni falsitate resecta, instar gregis detonsi repurgatas, & ad solam veritatem aggregatas, quæ ex terrenis, & corporeis ad spiritualia, & cœlestia tanquam lauacro lotæ ascenderunt, & ex his duabus legibus formas virtutum generant, neque est vlla in eis inutilis notio, (sic enim huius loci mysteria grauissimi interpretes Hippolytus martyr, & sanctus Maximus explanarunt) si inquam princeps sæcularis tales dentes habet ad comedendum robur gentium iuxta prophetiam Esa. & si sermone etiam peritus est, vt sicut statim subiungit Salomon, sit ei eloquium dulce, si habet inquam, λόγον διδακτικόν, καὶ διαρηπικόν, καὶ ἐλεγκτικόν, idest, si talis, tātusque est, vt possit, esse magister, & eos, qui contradicunt arguere, dicam simile aliquid, vt Apost. de aliis dixit, an non habet iste domum ad comedendum? aut contemnit ecclesiam dei, in qua omnia sunt ordinata, & mandatum, vt omnia honeste, & secundum ordinem in ea fiant? dicat, respondeat, redarguat domi, consulatur domi, interrogetur domi. Quomodo enim erit magister, qui nō est vocatus, vt doceat? aut quomodo prædicabit in ecclesia, qui ad ecclesiam non est missus, sed ad populum? Miserat Iustinianus imperator epistolam διδακτικὴν confessionis suæ ad Ioannem pont. petiit postea idem imper. ab Agapeto successore, vt eam confirmaret, responderet pont. his verbis, Cupis venerabilis imper. vt tuæ pietatis epistolam de fidei vestræ expositione nuper ad prædecessorem nostrum beatæ memoriæ Ioannem papam per Hypatium & Demetrium episcopos destinatam, & a præfato præfule roboratam, nostra quoque auctoritate firmemus, laudamus, & amplectimur, non quia laicos ad auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestræ nostrorum patrum regulis congruens confirmamus. Adhuc igitur modum si princeps sæcularis sermonem habet διδακτικόν, audiendus est, aut legendus, non quasi in ecclesia propheter,



tet, aut loquatur, sed quasi domi, non quasi in conuentu, & cō-  
 cione ecclesiastica, sed quasi apud se, denique non quasi doceat,  
 sed quasi confiteatur. Sunt quidem, vt prophetæ *Ἰσραηλιται*,  
 qualis fuit Balaam filius Beor, & pontifices *Ἰσραηλιται*, vt Cai-  
 phas, sic etiam magistri *Ἰσραηλιται*, qui faciunt, vt scientia eo-  
 rum, & doctrina deus abutatur ad magisterium, quoties in ec-  
 clesia contra ordinem ecclesiæ docere volunt, sicut ait Clemens  
 in lib. *Πρὸς Ἰταλίαν* octauo de charismatibus, sæpenumero abu-  
 sum esse deum improbis ad prophetiam, & ad miracula eden-  
 da. horum ergo concilium *Ἰσραηλιτικόν* quoque est, & indignum  
 suo nomine. Prophetarunt enim (inquit idem Clem.) olim Ma-  
 ria soror Moysis, & Aaron, post eam Debora, posthanc Ol-  
 dad, & Iudith. hæc quidem tempore Darii regis, illa vero Io-  
 sia, prophetauit etiã mater domini, & Elisabeth cognata eius,  
 & Anna, & nostro tempore filia Philippi, sed non se extule-  
 runt (inquit) in viros suos, sed intra suos se terminos continue-  
 runt. Deinde subiungit, Si quis apud vos sit, siue mulier, siue vir,  
 cui aliqua huiusmodi gratia obtigerit, is modestiam seruet, vt  
 deo approbatus sit. Super quem (inquit) aspiciam, nisi super  
 mitem, & quietum, & tenentem sermones meos? Hæc Clemens.  
 Redeamus ad Esa. postquam prædixerat ministros verbi, &  
 magistros ecclesiarum, ac sacerdotes comesturos esse robur gen-  
 tium, & futuros mirabiles in diuitiis earum, idest, earum phi-  
 losophiam inanem, & fallaces conclusiones, quibus quasi fir-  
 missimis muris suas sectas, & disciplinas cum magna gloria tueri  
 sibi videbantur, oppugnaturus esse, & omnes disputandi, & elo-  
 quendi facultates superaturos, subiungit, Sic secundo posside-  
 bunt terram. Sic enim est apud Ixx. quem locum interpretans  
 idem Cyrill. quod autem (inquit) prædicatio cunctum orbem  
 occupatura esset, significat, cum ait, sic secundo possessuros ter-  
 ram. Olim enim Iesus Naue regiones gentium, vt Amorrhæo-  
 rum, Idumæorum, & reliquorum diuisit Israelitis, postquam  
 autem venit Christus, cuius ille fuit typus, non solum Iudæam,  
 sed cunctam terram diuisit suis ministris. Fuit hæc secunda post  
 illam distributio. Inter se enim sancti mystagogi, ac rectores  
 ecclesiarum regiones, & ciuitates diuino suffragio distribu-  
 runt. Hæc Cyrill. Quod si ministri non gladii carnalis, sed ver-  
 bi dei, quod est gladius spiritus, & principes non sæculares, sed eccle-

eccle-

ecclesiastici, & pastores non corporum, sed animarum, idest,  
 non laici, sed spirituales, denique non profani, sed ex clero, & sa-  
 cri, ac sacerdotes illam distributionem ecclesiarum suffragio  
 dei sortiti sunt, cuius typus fuit illa prima partitio terræ pro-  
 missionis, & inter ecclesiasticos operarios, & ministros sacro-  
 rum non est relictus locus, neque nomen principibus laicis,  
 consequens est, vt iudicium ecclesiasticum, & synodicum de re-  
 bus ecclesiasticis ad eos minime pertineat. Nisi forte confiteri  
 malint Euangelici, diuisionem illam terræ promissionis typum  
 fuisse diuidendi principatus sæculares, quo nihil stultius fingi  
 potest, Lex enim umbram habebat bonorum spiritualium fu-  
 turorum, non autem præteritorum, fuerant autem ante legem  
 principes sæculares, deinde principatus sæculares non nume-  
 rantur in bonis spiritualibus. Aut dicant Euangelici, qui de stu-  
 dio, & scientia scripturarum tantopere gloriantur, quid est, quod  
 Esa. ait, *ἐκ δούτερον κληρονομήσωσι τὴν γῆν*; an non plane signifi-  
 cat fuisse prius alteram κληροδοσίαν, siue κληρονομίαν terræ? & quæ  
 alia, quæso, est, nisi illa, quam Iesus Naue diuina sorte, ac suffra-  
 gio fecit? quam quidem hoc loco docuit dominus per prophe-  
 tam typum fuisse secundæ clironomix terræ spiritualis, idest,  
 distributionis ecclesiarum velut sorte diuina per Iesum Chri-  
 stum illius Iesu Naue prototypum factæ. manentque vsque in  
 hodiernum diem, & permānebunt vsque ad consumationem  
 sæculi sortes istæ ecclesiarum sub suis episcopis, & sacerdotibus.  
 Illud præterea obseruandum est, quos in hoc loco dixit  
 dominus per prophetam, possessuros esse sortem, scilicet earum  
 ciuitatum, idest, ecclesiarum, quas paulo supra dixerat ædificā-  
 das esse, possessuros, dico, secundo, idest, post illas sortes, terræ  
 promissionis, quæ umbra fuerunt secundarum, hos propheta  
 iis nominibus appellauit, quæ principibus laicis neque conue-  
 niunt, neque vilo modo conuenire possunt. Dicuntur enim  
*λαϊκοὶ* ab Esaiâ, quod verbum ministros publicos sacrorum  
 declarat, dictum *ἀπὸ τῆς λαίβεω*, idest, a supplicationibus, & hoc  
 rursus, *ἀπὸ τῆς λαίβεω*, idest, a sacrificando, siue libando. dicuntur  
 præterea *ἱερεῖς*, idest, sacerdotes, item κληρονόμοι, quasi posses-  
 sores sortis, unde dicti sunt clerici, quod eorum pars siue pars sint  
 oblationes, quæ deo offeruntur. Deinde quia isti futuri erant iu-  
 dices, vt admoneret eos de iustitia seruanda, & corruptela cau-  
 uenda,

» uenda, & de præmio, subiungit, Lætitia sempiterna super ca-  
 » put eorum; Ego dominus diligens iustitiam, & odio habens  
 » rapinam ex iniustitia. An non clare vident Euangelici præteri-  
 tos esse in his fortibus, & iudiciis, ac ministeriis principes sæ-  
 culares? quomodo ergo audent vindicare sibi iudicium eccle-  
 siasticum contra dei Verbum? sunt ne ipsi publici ministri fa-  
 cerorum? aut sacerdotes, aut clerici? Sed demonstramus adhuc  
 clarius hoc. prophetans enim Esa. de ecclesia noui testamenti,  
 Inducam (inquit) manum meam in te, & igne examinabo te ad  
 purum, inobedientes vero perdam, & auferam sceleratos, & su-  
 perbos. Eos dicit inobedientes, qui non obediunt fidei, qui ut  
 ait Iudas apost. segregant semetipsos, quales sunt hæretici, eos  
 item, qui de criminibus suis secundum euangeliū admoniti, non  
 audiunt ecclesiam, de quibus scriptura dicit, ut Apostolus in-  
 terpretatus est, Auferite malum ex vobis ipsis, ne scilicet modi-  
 cum fermentum totam massam corrumpat. Hi sunt, qui non ac-  
 quiescunt sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei,  
 quæ secundum pietatem est, doctrinæ, qui sunt, ut idem Apo-  
 stol. ait, superbi. Eiusmodi erant scribæ & pharisæi, qui aliter  
 docebant tradentes mandata hominum, quos deus hoc loco  
 per prophetam promittit, ut beatus Cyrill. ait, mouendos es-  
 se, succedentibus autem iudicibus ecclesiæ, sanctis scilicet aposto-  
 lis, & discipulis, de quibus statim subiungit inquires, Et insti-  
 tuam iudices tuos sicut prius, & consiliarios tuos tanquam a  
 principio. Denique hoc esse ait idem Cyrill. quod in euangelio  
 Matthæi alio modo dictum est, Ipse baptizabit vos spiritu san-  
 cto, & igne, quod est examinare igne ad purum, & abluere om-  
 nes sordes, cuius ventilabrum in manu eius, significat hoc,  
 ut ante dixi, vim separandi paleas a tritico, id est, vaniloquia a  
 sana doctrina ad purgandum aream, id est, ecclesiam, ut non sit  
 in ea macula, aut ruga non obediendi fidei, aut non obediendi  
 ecclesiæ. Quod quidem providere ad eos pertinet, quibus hu-  
 iusmodi ventilabrum traditum est, id est, ad iudices non sæculi,  
 » sed ecclesiæ, sicut nunc per Esaiam promittit, cum ait, Instituā  
 iudices tuos sicut prius, & consiliarios tuos sicut a principio.  
 Si enim hoc promittit loco beneficii, ut quidem promittit, p-  
 fecto non promittit tales iudices, quales Israelitæ per impru-  
 dentiam suā a domino petierunt, dicentes, Erimus nos quoq;  
 sicut

sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur  
 ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis, quod quidem cō-  
 silium, & voluntatem exprobrauit illis dominus, cum dixit Sa-  
 mueli, nō te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Restat er-  
 go, ut eos iudices promittat, qui non secundum legem homi-  
 num a deo sunt constituti, & ordinati, ut sunt principes, & iu-  
 dices omnium gentium, quales petierunt Israelitæ, cum regem  
 more aliarum gentium petierunt, sed qui & a deo, & secundum  
 dei legem constituantur, quales sunt principes, & iudices eccle-  
 siæ, qui sunt pastores spirituales ab illa Christi lege de pas-  
 cendis ouibus profecti, omnibus enim pastoribus spiritualibus  
 dictum communiter est, Pascue oues meas, Petro vero pri-  
 mum, & specialiter, ut omnium principi, per quem dedit deus,  
 ut ait magnus Leo, quicquid aliis non negauit. Sic ergo erant  
 prius iudices illi, quos dominus, sicut ait scriptura, fuscitabat,  
 & erat (inquit) cum iudicibus illis, & liberabāt populum. Vn-  
 de quod beatus Petrus pastoribus spiritualibus præcepit, ut  
 non sic pascerent, quasi dominantes in clero, sed ut forma gre-  
 gis fierent docendo scilicet opere, & non sermone tantum, hoc  
 inquam, quidam illorum iudicum sermone, & exemplo suo  
 præmonstrauit, ait itaque Gedeon, quod me facere videritis,  
 hoc facite, & quod fecero, secutimini, & rursus cum ei dicerent  
 Israelitæ, dominare nostri tu, & filius tuus, & filii tui filius, re-  
 spondit, non dominabor vestri, neque dominabitur in vos fi-  
 lius meus, sed dominabitur dominus. sic quoque magnus Basil.  
 hunc Esaiæ locum de instituendis iudicibus sicut prius in-  
 terpretatus est, ne sine auctore loqui existimemur. Tacitis (in-  
 quit) regibus, de iudicibus meminit, quoniam illa iudicum re-  
 publica liberior erat, & naturæ conuenientior, cum populus  
 suis legibus vivebat, deumque solum agnoscebat, status vero  
 regis ex imprudentia illorum profectus est. Quare oportebat,  
 ut quibus beneficium conferebat, beatiorum statum restitue-  
 ret. Hæc Basil. Congruit præterea mirabiliter cum hoc toto  
 Esaiæ loco alius Malachiæ prophetæ. is enim prophetans de  
 aduentu domini, & ecclesiæ renouatione, Ecce ego (inquit) mit-  
 to angelum meum, quod dominus in euāg. interpretatus est.  
 Et paulo post, ipse (inquit) ingredietur, quasi ignis conflagans, &  
 quasi herba fullonum, & sedebit conflagans, & emundans sicut  
 Ff argen-

argentum, pro quo Esa. dixit, Excoquam ad purum scoriā tuam, & auferam omne stannum tuum, pro quo lxx. sine tropo verterunt, perdam inobedientes, & auferam omnes sceleratos, & superbos. Deinde subiungit Malachias, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum. An non colat filios Leui quasi aurum, & quasi argentum, cum per Apost. præcipit, eos constituere episcopos, qui sine crimine sint? & vt episcopus sit sobrius, prudens, pudicus, hospitalis, doctor, non superbus, non vinolentus, non percussor? similiter vt diaconi sint pudici, non bilingues, non auari, non vino dediti? Tales sunt sacerdotes, de quibus prophetauit Malachias, subiungens, Erunt domino offerentes sacrificium in iustitia, & placebit deo sacrificium Iuda, & sacrificium Hierusalem. Sacrificium Iuda dixit, & sacrificium Hierusalem, quod in ecclesia noui testamenti non iam ex genere Leuitico, sed cuiusque generis optimi quique corde circumcissi, & spiritu Iudæi, ac Dominū Iesum Christum vere confitentes, ad sacerdotium eligendi essent. Horum sacrificium dicit propheta placere deo, sicut dies cæli, & anni priores, idest, sicut olim placuit, cum non secundū legem mandati carnalis ex vna tribu, & genere sacerdos erat, sed optimus, quocumque esset genere, vt placuit sacrificium Abel Noe, Abrahæ Melchisedech, & aliorum sanctorum. Sequitur apud Malachiam, Et accedam ad vos in iudicio, iudicium dicit sacerdotale, quod in locum Leuitici iudicii successit, quo eiciuntur ex ecclesia post breues, & celeres admonitiones secundum ordinem euangelii, qui ecclesiā audire nolunt. idcirco subiūgit, Et ero testis velox super veneficos, & super adulteros, & super periuros. quid enim velocius, quàm si peccauerit in te frater tuus, argue (inquit) eum inter te, & ipsum solum. & si te non audierit, dic ecclesiæ. si ecclesiā non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus? Et Apostol. Siquis frater (inquit) nominatus inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi neque cibum sumere. Auferte malum ex vobis ipsis. Et in epist. ad Titum. Sunt enim (inquit) multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia. Deinde subiungit, Quam ob causam ἐπιτιμῶσιν ἀποπέμψωσιν, idest, multa excindendo, & eiciendo eos, vt sani sint in fide.

fide. Hoc ergo est iudicium, quod ad filios Leui secundum spiritum in nouo testamento pertinet, iudicium, inquam, de iis, quæ ad doctrinam sanam, & ad peccata extirpanda, idest, ad fidem, & mores pertinent. ergo quos Esa. dixit, futuros esse iudices, sicut prius, hos Malach. vocauit filios Leui, & quæ ad eorum iudicium pertinerent, significauit. Itaque ex vtriusque loci prophetici comparatione, & conuenientia intelligere licet, sermonem esse de iudicibus non quidem Leuitici generis, qui ad vetus testamentum pertinebant, sed ordinis clericorum, qui pertinent ad ecclesiam noui testamenti. Tribus enim Leuitica imago fuit cleri altari seruientis, ex qua clero ecclesiastici iudices existunt. Sed clamabunt hic Euangelici, omnes esse sacerdotes, quia scriptum sit, Fecit nos sacerdotes, quare ad omnes iudicium istud pertinere. Explicanda est igitur nobis ratio communis sacerdotii, ne isti errent. Erat quidem in vetere testamento commune omnium Israëlitarum agnum immolare. qua ratione cuncti quodammodo erant sacerdotes, vt Philo quoque Alexand. lib. iiii. de vita Moyſis notauit. In quo festo (inquit) loquitur autem de pascha, privati, & populares, siue sæculares, non quidem aræ victimas adhibent, quas immolare debeant sacerdotes, quin potius iussu legis vniuersa gens sacerdotio eatenus afficitur, vt vnusquisq; hostiam adhibeat, & suis immolet manibus. & rursus in lib. de decalogo, in quo festo (inquit) vnusquisque vulgo sacrificat non expectato sacerdote. Lex enim vno quidem die sacerdotium tribuit vniuersæ genti ad sacrificandum per se. hoc quoque Isidorus Pelusiota in epist. ad Theodosium episcopum obseruauit. Vt in vetere (inquit) testamento non licebat sacrificare nisi solis sacerdotibus, tempore tamen paschæ omnes quodammodo sacerdotio honorabantur, vnusquisque enim immolabat agnum; sic (inquit) in nouo testamento, quod successit, potestas quædam peculiaris, & præcipua ad faciendum sacrificium incruentum quibusdam tributa est, vnusquisque tamen electus est corporis sui sacerdos, non quidem vt citra electionem potestatis, & imperium in subditos sibi vendicet, sed potius vt imperans vitiis corpus suum castitatis templum faciat. hæc Isidorus grauis, & antiquus auctor, cum illum Pauli locū explanaret, Exhibete corpora vestra hostiam viuentem, & quæ sequuntur.

erant ergo omnes filii veteris testamenti quodammodo sacerdotés offerentes sacrificium paschæ, & vnusquisque simili ratione quodammodo iudex, erat inquam ratio quædam Leuiticæ dignitatis, & honoris omnium cõmunis, quæ tamen non prohibebat, quin essent quidam proprie, & simpliciter sacerdotes, ac iudices generis Leuitici. An dicturi sunt Euangelici, quia omnes sub Moyse sacrificarent, omnes fuisse filios Leui, quibus hoc propriè, & simpliciter conueniebat? non dicent vnquam. Sic igitur in nouo testamento sunt quidem omnes Christiani facti sacerdotes, & reges iuxta promissionem spiritualem factam Israëlitis. Si audieritis (inquit) vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in regnum sacerdotale, quod beatus Petrus de omnibus filiis Abraæ secundum spiritum interpretatus est. Hi enim offerunt spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Hi sunt reges propter prouidentiam, & curam, quam quisque gerit de proximo suo, quod est regis officium. Ad hoc regnum pertinet, quod scriptum est, Subiecti inuicem in timore Christi. & illud prouerbum Salomonis, sapiens insipiente utetur seruo. Hi præterea sunt iudices, quisque sui iuxta illud, quod omnibus Christianis conuenit, si nos diiudicemus, non utique iudicemur. Hoc tamen nihil prohibet, quin sint quidam proprie sacerdotes, publice offerentes *αἱματώδης* pro omnibus agnum immaculatum, quem offert vniuersa ecclesia fidelium per veros, & proprios sacerdotes, qui sunt aliorum iudices in ecclesia dei. Quod clarius adhuc expresit Moyses in benedictionibus, ait enim

Exo. 19. de filiis Leui, Date Leui manifestationem, & veritatem eius viro sancto, in rationali enim, quod erat in epomide, siue superhumerali, circa medium pectoris iusserat dominus intexere verbum manifestationis, & veritatis, sicut scriptum est in exodo, & Leuit. hæc autem significabant doctrinam sanam, quam in episcopis, & presbyteris Apost. requirit. quos esse vult ad docendum idoneos, qui possint in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt, arguere. At Euangelici vt veritati resistant, sicut Ianes, & Mambres Moyse resistenterunt, non dicunt, demus Leui iuxta Verbum domini manifestationem, & veritatem tanquam iudicibus, sed demus principibus sæcularibus.

Deut. 33. Sed videamus quæ sequuntur. Qui dicit patri suo, & matri suæ, nescio

nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos. Significant hæc eos, qui in locum istorum succedunt, qui debent esse, sicut Clemens Rom. ait, optimi quique cuiusque generis ad sacerdotium electi, significant inquam, non debere esse sollicitos, quæ mundi sunt, vt attente altari seruiant. hoc autem sæcularibus conuenire non potest, vt dicant patri, & matri, & fratribus, & filiis, atque vxoribus, nescio vos. hi enim quæ mundi sunt, curant. Hi custodierunt (inquit) eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. & manifestabunt iudicia tua Iacob, & legem tuam d. Israël. quod alius propheta dixit, labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius. Non potuit dici quicquam clarius. Hi (inquit) iudicia tua manifestabunt, d. Iacob, & legem tuam d. Israël. Quomodo ergo volunt Euangelici iudicium de quæstionibus, quæ ad legem Christi pertinent, ad principes laicos pertinere? aut quam manifestationem veritatis ab eis expectant? nisi forte existimant, scripta esse hæc propter Israëlitas tantum, quorum lex vmbra habebat futurorum bonorum, vt tribus Leuitica clerici, & iudicium Leuiticum ecclesiastici iudicis. Vbiq; in scriptura sacra coniunctum est sacerdotium cum sacro iudicio. quod profanare audent, imo prorsus tollere, qui ad laicos pertinere volunt. Iudiciū enim, vt ante dixi, tollit, qui illud cui nō conuenit, tribuit, & rursus qui iudiciū tollit, iustitiā ipsam tollit, quo nihil iniustius esse potest. At Verbum dei Verbū iustitiæ, & ordinationis, atq; obedientiæ est, non autē Verbū iniustitiæ, perturbationis, atq; inobedienciæ, vt est verbū Euangelicorum. Præterea cum Dominus dixit, Super cathedram Moysis federunt scribæ, & Pharisei, omnia quæcūque dixerint vobis, facite, quæ autem faciunt, nolite facere, non dixit propter cathedram Moysis tantum, idest, propter potestatem docendi in illa tantum Mosaica Hierarchia, neque propter scribas illos, & Phariseos tantum, qui erant filii Leui, ad quos iudiciū de quæstionibus legis pertinebat, sed propter filios Leui spiritualis, ad quos pertinet cathedra Christi, cuius vmbra erat cathedra Moysis, idest, ad quos pertinet potestas docendi, & iudicandi de Verbo dei, & quæstionibus eius. Vt enim cathedra successit cathedræ, sic sacerdotibus sacerdotes successerunt ad sedendum in cathedra, idest, successerunt in potestate docendi, &

& iudicandi mature, constanter, & vere, hoc enim significat federe in cathedra. Quod si ad laicos quoque eadē cathedra pertinebat, cur non dixit dominus, super cathedram Moÿsis sederunt scribæ, & Pharisei, & iudices de omni plebe? quos iam necesse esset, esse sæculares, ut elegit Moyses secundum consilium soceri sui viros ex omni plebe, qui populum, & minores causas iudicarent. Sed veniamus iam ad Apost. & doceamus ex eo, utrum laici de Verbo dei iudicare debeant. Omnis inquit scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia. Illa notauit, in quibus ad purgandum, illuminandum, & perficiendum, omnis, ut Dionys. tradit, Hierarchiæ ecclesiasticæ sacra institutio, potestas, vis, & studium versatur ad efficiendum deo similes per charitatē, qui est finis, & scopus Hierarchiæ, & scripturæ sacræ. Idcirco subiūgit, Ut sit homo dei perfectus, ad omne opus bonum instructus. Quibus autem cōueniat, sic per scripturam instruere, ex eodem Apost. collatis locis epistolarum eius intelligi potest. In epist. enim ad Gal. cum præcipit, ut eos, qui ob infirmitatem lapsi sunt, blande curemus, Fratres (inquit) si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi hominem instruite in spiritu lenitatis: spirituales vocauit eos, qui potestatem non sæcularem, sed spirituales acceperunt curandi per ministerium Verbi dei, & per ministeriū ligandi, ac soluendi. eodemq; verbo instruendi vsus est hic, quo vsus est in epist. ad Tim. cum dixit, esse utilem scripturam, ut sit homo dei instructus ad omne opus bonum. Ex quo intelligimus, sic instruere per ministerium Verbi dei non ad laicos pertinere, sed ad sacerdotes, quos hic vocat spirituales ut hodie consuetudine communis sermonis *πνευματικῶν*, idest, spirituales in Græcia appellant, & nos patres spirituales, appellare solemus. Præcipit Clem. Rom. in iii. lib. de decreti. apost. ut vnusquisque agnoscat locum suum proprium, deinde subiungit, Non enim laico permittimus, ut opus vllum *τῆς ἰσχυρίας* faciat, docere autem Verbum dei in ecclesia, nemo dubitarit *τῆς ἰσχυρίας* esse, vnde Paul. prædicationem verbi *εὐαγγελίου* euangelii vocare solet, idest, sacram operationem. Quomodo ergo principes laici, & quos illi conuocauerint, ut Brennius vult, causas fidei iudicare possunt, si nullum opus sacrum admi-

ministrare possunt? Rursus idem Apost. in epist. ad Eph. enumerans ministros huiusmodi instructionis spiritualis ad ædificationem, & ipse (inquit) dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autē pastores, & doctores, ad consumationem, siue instructionem sanctorum (idem enim verbum Græcum est vtrobiq; *καταργησιμὸς*) in opus ministerii ad ædificationem corporis Christi. Consumatio ergo, siue instructio sanctitatis operatio est spiritualis, & sacra, quæ non congruit nisi spiritualibus, & sacris, ut episcopis, & presbyteris, Hi enim sunt pastores animarum, quos oportet esse doctores, idest, idoneos ad docendū, ut Apostol. præcipit, pastores, inquam, animarum, pro quibus vigilant, ut idem Apost. ait, tanquam rationem reddituri, si quid eis ad consumationem, siue instructionem sanctitatis culpa pastorum, & doctorum defuerit. Pastores vero sæculares nō pro animabus ædificandis, sed pro corporibus defendendis vigilant. Ut rex olim, sicut ait idem Clemens in ii. lib. militaria tantum administrabat, bello, & pace ad custodiam corporis susceptis, sacerdotium verō (inquit) suscipitur ad custodiendum corpus, & animam a periculis. Ut iam quanto anima præstat corpori, tanto sacerdotium regno præstet. Sed explicemus, quæ sint partes præcipuæ huius *καταργησιμὸς*, idest, instructionis, siue temperationis animarum; cui non laici, sed spirituales præstant, ut medici corporales temperationi corporum. scilicet eæ partes sunt, quas dominus apud Ez. pastoribus spiritualibus tribuit, Quod pingue, & forte est, custodire, idest, fide stantem a lapsu defendere; & robustiorem facere; Quod infirmum, consolidare, idest, eum, qui tentatur, monendo, & hortando firmare, & ægotantem ex fide, aut dubitatione laborantem curare docendo. Quod confractum, alligare, idest, errantes, & deuios consolatoriis monitis vincire, & adstringere, eosque ex peccatis deonerare, ac spe recreatos fulcire, ac sustentare, & ad ouile reuocare. Quod abiectum, reducere, idest, eum, qui ex ecclesia eiectus fuerat, non relinquere foris, sed potius assumere, & in ouile restituere, idest, in ecclesiam. Quod perierat, requirere, idest, eum, qui salutem propter multitudinem peccatorum desperabat, non sinere, ut pereat, eum, inquam, qui propter ignauiam, & desidiam oblitus erat salutis suæ, & procul ab ouili recessit.

cesserat, ita vt in lupos incideret, & deuotionem, requirere, & monendo conuertere, atque hortari ad vigilandum, & non pati, vt sicut Apost. de quibusdam dixit, tradat se desperans omni nequitia. Hæc sunt, & siquæ alia, quæ in primis ad pastores spirituales in ecclesia dei spectant, ex quibus cum sint, vt diximus, quod infirmum est, consolidare, & quod fractum fuerat, alligare, id est, laborâtes ex fide docendo curare, & eos, qui a via veritatis deflexerunt, hortando, monendo, consolando, spem veniæ promittendo, & condonando ad ouile reducere, hæc inquam cum pertineant ad consumationem sanctorum, quæ per ministerium spiritualium pastorum, & doctorum, ac prophetarum fit in ecclesia, & præcipue in concilio, quod est magna ecclesia, quomodo Brentiani concilium a principibus non ecclesiasticis, sed sæcularibus haberi volunt? si spiritualiū est τὸ ἡσχατιστεῖν, vt Paul. docuit, id est, instruere, & accommodare spiritualiter, & si hæc, quæ propheta Ezech. descripsit, & nos Clementē secuti interpretati sumus, ad huiusmodi instructionem, & accommodationem, cui pastores, & doctores, ac prophetae præfunt, pertinent, quemadmodum ministerium curandi, & accommodandi siue aptandi in concilio, quæ hoc tempore curatione, & accommodatione indigent, docendo, statuendo, iudicando, redarguendo, corripiendo, hortando, consolando, remittendo, assumendo, ad principes sæculares in Synodopertere uolunt? id est, ad hircos, nõ ad pastores? Laici enim oues sunt rationales, principes laici hirci, arietes vero episcopi. Sic enim totum gregem distinxit Ezech. inquit, Ecce ego iudico arietem ad arietem, hircum ad hircum, ouem ad ouem, id est, episcopum ad episcopum, principem ad principem, laicum ad laicum. Sic enim idem Clemēs interpretatur, Ne dicat (inquit) laicus, ego ouis sum, non pastor, & princeps, ego hircus sum, non pastor, idcirco ait propheta, omnes iudicabit dominus. Sed de quibus episcopi iudicare debeant, & de eorum excellentia, atque auctoritate, ex nullo magis idoneo auctore, neq; grauiore magistro post apostolos, quàm ex eodem Clemente eorum discipulo, & comite intelligi potest. is enim lib. ii. de episcopis, diaconis, & clericis, Stude (inquit) episcope, vt actiones tuæ puræ, castæque sint. ostende locum, & dignitatem tuam, tanquã exemplum, & imaginem dei, qui inter homines omnium pote-

potestatem, & principatum obtines sacerdotum, regum, principum, patrum, filiorum, magistrorum, & omnium pariter subditorum. Sicque sede in ecclesia, cum sermonem habes, vt potestatem habeas, eos, qui peccarunt, iudicandi. Nobis enim episcopis dictum est, Quodcunque ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælis. & quodcunque solueritis super terram, erit solutum & in cælis. Iudica ergo (inquit) cum potestate tanquã deus, sed penitentes recipe, deus enim deus misericordiæ est. Et rursus paulo post, Non enim iustum est, ò episcope, cum caput sis, caudæ obsequi, id est, laico factioso homini in perniciem alterius, sed soli deo, teenim oportet subditis præesse, non autem subditos præesse tibi. neque enim filius præest patri secundum rationem ortus, neque seruus domino suo secundum rationem potestatis, neque discipulus magistro, neque miles imperatori, sic neque laicus episcopo. Conuocare ergo, & habere concilium de religione, & fidei dogmatibus, quid aliud est, quàm subiectos præpositis, filios patribus, seruos dominis, discipulos magistris, milites imperatoribus præesse? Rursus idē alias, Vos estis (inquit) ò episcopi laicis prophetae, principes, & duces, atque reges, sequestri, & arbitri dei, & tanquam receptacula, & vasa verbi eius, prædicatores, & cognitores scripturarum, voces dei, & testes voluntatis eius, qui omnium peccata portatis, pro omnibus respondetis, & causas dicitis. Quod si episcopi sunt cognitores scripturarum, & receptacula Verbi dei, consequens profecto est, vt soli episcopi ad decernendum de quæstionibus Verbi dei in concilium admittantur. Et paulo post, Episcopum ait esse ministrum verbi, scientiæ, & fidei custodem, sequestrum, & interpretem dei colendi, magistrum religionis, & pietatis, patrem nostrum secundum deum, qui per aquam, & spiritum sanctum nos in adoptionem filiorum dei regenerauit, principem, ducem, regem, & iudicem nostrum, deum quendam terrenum post deum cæli, & terræ. Et alias, Cultores (inquit) dæmonum sine sacerdote nihil offerunt, neque agitant quicquam, quin potius sacerdotem existimant, os lapidis, & statuæ esse, expectantque, quid eis facere iubeat, & sine eo faciunt nihil, honorantque sacerdotem, cuius nomen ad honorem inanimi simulachri, & ad cultum dæmonum ueneratione dignum habent. Si ergo illi vana, & filioptione

imbuti, & nulla firma spe nixi, sancta, & religiosa student imitari, quanto æquius est, nos, qui clarissimam fidem, & veram charitatem habemus, & splendidam, sempiternam, ac veridicam promissionem expectamus, vt deum per præpositos colamus, habentes episcopos tanquam os dei. Etenim si Aaron postquam verba Moyſis Pharaoni nunciauit, propheta Moyſis appellatus est, Moyſes autem deus Pharaonis, tâquam rex, & episcopus, cur non & vos, sequeſtros, atque interpretes Verbi dei non existimatis prophetas esse, & eos, tanquã deos quosdam non colitis? Ergo sedere in concilio episcoporum principes laicos ad iudicandum, nihil aliud est, quam eos, qui non sunt prophetæ, in cœtum prophetarum ad prophetandum admittere. Quam vero auctoritatem habere debeat, siquid in iis, quæ ad deum pertinent, in eiusmodi concilio principum sæcularium fiat, ne hoc quidem dissimulauit Clemens. Si quis (inquit) absque episcopo aliquid faciat, non habebitur factum. Vt enim Saul cum sine sacerdote obtulit, audiuit, stultè egisse, sic omnis laicus, qui absque sacerdote aliquid facit, frustra, & inaniter facit. Et vt Ozias, qui rex erat, & non sacerdos, lepra affectus est, quia legem dei transiuit, sic laicus, qui deo, & sacerdotibus eius neglectis honorem sibi vendicauerit, nõ erit impunitus. An non arserunt Corithæ, quamuis essent Leuiticæ tribus, quia de iis, quæ ad se non pertinebant, cum Moyſe, & Aaron contenderunt? Dathan quoque, & Abiron viuètes descenderunt in infernum, & virga, quæ floruit, infaniam illam represit, & pontificem a deo creatum declarauit. Hæc Clem. Adhuc ergo modum cum conciliorum, quæ aduersus hæreticos superioribus temporibus habita sunt, floreat, & vigeat auctoritas instar illius Aaronicæ virgæ, eorum vero, quæ contra dei legem, & ecclesiasticam regulam aliquando conuocata fuerunt, iaceat, & extincta sit, satis hoc profecto istorum audaciam, & insolentiam reprimere deberet. Quod enim concilium villo vnquam tempore a principibus laicis habitum proferre possunt? a solis vero episcopis permulta habita esse, eademque sanctissima, ne ipsi quidem, qui se a nobis alienarunt, & segregarunt, diffiteri possunt, præsertim si ecclesiasticas historias relegere non pœniteat. Sed obiiciunt nobis Euangelici, non esse soli pontifici, & concilio episcoporum ius interpre-

tandi

tandi scripturas, quia non sit hæc interpretatio humanæ sapientiæ, sed diuini spiritus, qui nulli sit alligatus, neque personas respiciat. Ita se hac ratione iactant, ita exultant, vt nihil existiment, responderi posse. Quid tamen respondendum sit, satis docet ipsa scriptura, de cuius studio, & scientia vanissime gloriantur. Illi enim lxx. quos iussu dei Moyſes elegit, vt onus populi cum eo sustinerent, quod episcopi faciunt cum pontifice, prophetarunt quidem in tabernaculo, quod erat ecclesiæ typus, illi vero duo Eldad, & Medad, qui nõ erant ex eorum numero, neque ad id electi, vt cum Moyſe gubernacula tenerent, in castris tantum, quæ populũ representabant, prophetarunt, & non in tabernaculo, quamuis essent ex veris prophetis, & ipsi in terram promissionis ingressuri, & non sicut illi falsi prophetæ, quibus dominus apud Ez. minabatur, inquit, In scriptura populi non scribentur, & in terram Israël non ingredietur. Idcirco enim duos istos scriptura Moyſis descriptos vocauit, descriptos, inquam, in libro illo viuentium, quem Moyſes dixit, non autem descriptos inter lxx. ad sustinendum onus gubernationis cum Moyſe. Optemus ergo cum Moyſe, vt sic quidem omnes prophetent, Quis (inquit) tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Absit, vt dicamus, quod Iosues, Domine mi, prohibe eis, ne prophetent, sed illud potius dicamus, prohibe, ne eant ad tabernaculum, si forte ire voluerint ad prophetandum. Et fortassis hoc petiit Iosues, non autem ne omnino prophetare sinerentur. quasi eis vir sanctus inuideret, a quo longe aberat, imo ne esset hæc suspicio, prius eum laudarat scriptura, cum paulo ante electum dei vocauit. itaque non opus fuit prohibere illos; imo vltro in castris manserunt, docueruntque, quod Apost. ait, spiritus prophetarum prophetis subiectos, siue vt verbũ de verbo exprimam, subordinatos esse, posseque eos, sicut Apost. ait, per singulos prophetare, vt omnes discant, omnes exhortentur. Ita vt taceant, quos tacere oportet, & quando, & vbi oportet, & vt cedant, quibus cedendum est, secundum mensuram, qua mensus est eis deus, non superextendentes se, neque pertingentes vsque ad alienum locum, sunt enim vt dixi, prophetæ prophetis subordinati, vt Iesus Moyſi, Elisæus Helię, Timotheus, & Titus Paulo. Et Clemens in lib. viii. de charismatibus. Silas

Gg ii (inquit)

Num. 11.

Eq. 13.

Num. 11.

(inquit) & Agabus ætate nostra prophetarunt, neque tamen se superextenderunt apostolis, neque suos fines transierunt, ut deo chari. Et rursus, Olim (inquit) mulieres Maria foror Moyfis, & Aaron, & post eam Debora, post hanc Oldad, & Iudith, illa tempore Iosæ regis, hæc Darii, item mater domini, & Elisabeth cognata eius, & nostra hæc ætate filia Philippi prophetarunt quidem; sed non se extulerunt in viros suos, imo suas mēsuras custodierunt. Quare (inquit) apud nos si quis, siue femina, siue vir aliquam huiusmodi gratiam obtinuerit, esto humilis, ut deo placeat, scriptum est enim, super quem aspiciam; nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Sic ergo laici si prophetæ sint, ut fuit iuxta prouerbiū, & historiam Saul inter prophetas, iustum est, ut aliis prophetis cedat iuxta Verbum dei, quod est verbum *πίστις ἐπιεικής*, idest, æquitatis, non se superextendentes ultra mensuram, neque pertinentes vsque ad alienum locum. Est autem ecclesia alienus locus à non ecclesiasticis, idest, sæcularibus ad docendum. Quare si quis eorum videtur propheta esse, esto subiectus ecclesiasticis, & spiritualibus prophetis. continet se in castris, idest, in populo, & ibi si voluerit, prophetet ad utilitatem, taceat in tabernaculo, vbi eis prophetare licet, qui ad hoc in ecclesiis positi sunt. Sed non est nouum hoc genus doctorum. Nunquam, enim ecclesiæ hæreticorum magistris sæcularibus caruerunt, qui eorum dogmata docerent. De quibus Hormisda pontif. sic presbyteros, diaconos, & archidiaconos secundæ Syriæ monuit in extremo epistolæ, quam ad eos scripsit, Nullus vos incongruentibus præceptis, aut nouis moueat institutis, si enim qui mundani sunt (sæculares dicit) ecclesias tenere non possunt, quia eis conuenit magis discere, quàm docere, (nefas est enim altaribus piis peregrina inferre libamina, quia certos religiosi disciplinis terminos deus inter ipsa quoque cultus sui præscripsit initia, inter Leuitas, & populum suum diuisit officia. alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum. incitauit potius dominum, quàm placauit, qui externum ignem diuinis adytis sacrorum temerarius inuexit.) quis est, qui sibi in alienis institutis iubendi auctoritatem possit assumere? Hoc est autem, quod Euangelici omni studio affectant, volunt, inquam, ecclesiastica dogmata, non occulta, aut pere-

peregrina, neque noua, sed quæ ab initio in conspectu, ut idē Hormisda ait, in oculis, in ore, in ipsis manibus sunt, iudicare, & de iis tãquam ecclesiæ doctores præcipere. Si omnibus, qui scientiam habent, aut prophetiam, docere licet, præfertim in ecclesia magna, idest, in concilio, vbi quæso erunt spiritus prophetarum prophetis ad tacendum subiecti? inane ergo est, & frustra verbum apostoli. Quod si prophetæ prophetis subiecti in loco non apto, neque accommodato loquuntur, quæ erit in sermone eorum auctoritas? Et si quid decreuerint, quod neque eis liceat, neque eos deceat, annon irritum, & infectum erit? Quod si leuius est, vera dogmata ignorare, quàm illa ex muliere magistra discere, imo leuius secundum Apostolum, mulierem ipsam ignorare, quàm ut loquatur in ecclesia interrogando magistrum, vtrumque vero accidit propter decorum, & honestatē ecclesiæ, præstat ergo etiam, eadē ignorare, quàm ex laico propheta in ecclesia discere, quia non deceat ecclesiam, ut sæcularis quod sacrum est, in ecclesia tractet, idest, de religione in Synodo differat, iudicet, & præcipiat.

Satis hæctenus, ni fallor, demonstratum est, nõ sæcularium, sed spiritualium esse de rebus spiritualibus in ecclesia catholica iudicium, eisque cedendum esse à sæcularibus, & obtemperandum secundum Verbum dei, quod est verbū iustitiæ, & æquitatis, atque obedientiæ. Consequens est, ut inter spirituales pastores, doctores, prophetas, iudicēs, vnum primum pastorem, doctorem, iudicē, prophetam, sacerdotem, & episcopum esse, demonstrarem, ex quo totum hoc iudicium pendeat, quem Euāgelici consequenter negent, imo ut hunc primū, quem summo odio iam diu prosequuntur, tollant, si possint, omnia in ecclesia turbare conati sunt. Sed clamant hic Euangelici, & ut cum cæteris hæreticis dominationem, sicut ait beatus Petrus, contemnant, & secundum verbum, quod profitentur, omnem æquitatem, & obedientiam abiiciant, audire nolunt, episcopum Romanum primū iudicem esse, in quo totius iudicii ecclesiastici nitatur, & pendeat auctoritas. Quod quidē ut probare videantur, fingunt, idque tradunt, iudicium pontificis cum Synodico fratrum collegio, ac concilio, quo uti cōuenit, similiter a recto posse deflectere, ut (inquiunt) deflexit olim

Annæ,



Annæ, & Caiphæ iudicium de damnatione Christi, tamen scriptum esset in Deut. de iudicibus veteris populi, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicii veritatem, Quasi errare non possent. Clamans itaque hic eorum propheta Brentius, Iustificemus ergo (inquit) Annam, & Caipham, qui Christum damnarunt, & damnemus Iosephum, & Nicodemum, Qui non confenserunt. Commune quidem est omnium hæreticorum, quod de quibusdam dixit Apost. non intelligere neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Itaque quemadmodum iudicii veritatem iudicaturi illi essent, explicauit Moyses, cum statim subiungit, Facies, quodcunque dixerint, & docuerint iuxta legem dei. ex quo facile est, intelligere, tunc illos iudicii veritatem iudicasse, cum iuxta legem dei iudicarunt, quod erat super cathedram Moysis sedere, vt dominus in Euāgelio dixit, id est, iudicare secundum legem Moysis, Quod autem semper iudicaturi essent secundum legem dei, & nullo vnquam tempore secundum desideria sua, & secundum traditiones, & mandata hominum, sessurique perpetuo super cathedrā Moysis, & nunquam super auaritiam, inuidiam, hypocrisim, & perfidiam, hoc non promisit. Non promisit inquam, vt nunquam fides eorum deficeret. Nostra est huius promissionis gratia, id est, hierarchiæ noui testamenti. An enim cum dominus dixit, Petre, rogauit pro te, vt non deficiat fides tua, rogasse credamus, & non impetrasse? minime, an vero pro Petro tantum rogasse? ne id quidem, statim enim subiungit, Et tu aliquando conuersus firma fratres tuos. nemo autem firmat iam lapsos, & iacentes, sed adhuc stantes, tamen si diabolus deiicere tentarit, ecclesiæ enim catholicæ non potest fides eripi. Recte ergo Clemens in lib. de schismatibus, Qui (inquit) diabolum increpauit, & dixit, increpet in te dominus, qui elegit Hierusalem, nonne hunc quasi torrem extractum vides? & qui tunc dixit iis, qui sacerdoti magno aderant, auferte vestes eius sordidas, & qui illud addidit, ecce abstuli peccatum tuum a te, hic (inquit) dicit nunc de nobis, vt olim nobis congregatis, de nobis dicebat, rogauit, ne deficiat fides vestra. Hactenus Clem. Pro ecclesia ergo catholica rogauit, quam diabolus semper experit, vt cribret sicut triticum, id est, vt fides eius solida, & vera instar aquæ

aquæ effluat, & non pro Petro tantum, imo pro Petro orauit propter ecclesiam, quæ se ad illum debet tanquam ad caput cōuertere, vt vxor ad virum suum. Itaque vt illud, quod dominus a principio dixit, Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnā, non de Adam, & Eua tantum dixit, sed idem in futuro de ceteris omnibus legitimis coniugibus dictum esse voluit, sic quod de Petri fide non defectura, & de ecclesia sorore, & sponsa casta firmanda dixit, idem in futuro de vnoquoque successore Petri, & de ecclesia fratrum catholica sustentanda, & perpetuo stabilienda intelligi voluit secundum promissionem suam de ædificanda ecclesia super Petrum, quem propter firmitatem fidei, nunquam defecturæ Petrum appellauit, vt magni auctores Greg. cognomento Theologus, Basil. Cyrill. & alii, quos prætereò, interpretati sunt. Promiserat quidē deus Salomoni perpetuitatem regni Dauid, quod Christus ex femine Dauid regnat, & iuxta promissionem illam vsque ad consumationem sæculi in Pontifice rege ecclesiæ, & sacrorum nunquam defecturo, perpetuò regnaturus est, sacerdotii vero Mosaici vt non promisit integram perpetuitatem, sed tam diu duraturum, donec veniret alius sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ita non promisit perpetuam fidem & veritatem veteris iudicii sacerdotalis. Vbi enim est simile aliquid dictum, vt de petro, & nobis, Ego rogauit pro te Aaron, vt non deficiat fides tua? Ergo vt super cathedrā legis Mosaicæ sedere poterant hæretici, quales erāt, vt Clemens tradit, Pharisei, qui contra legē Moysis fortunæ, & fato peccata assignabant, de quibus in euāgelio dixit, super cathedram Moysis sederunt Pharisei, &c. vt inquam sedere poterant, & iudicii veritatem iudicare, si tamen secundum legem iudicarent, sic rursus alioqui legitimi iudices, corrupte iudicare poterant, tunc scilicet, cum non secundum legem, sed secundum nequitiam suam iudicarent, sedentes non iam super cathedram Moysis, sed magis super inuidiā, & malitiam, atque incredulitatem. quale fuit iudicium eorum, qui Christum ad mortem damnarūt. quod sic spiritus sanctus per Salomonem descripsit. Videamus ergo, aiebant, si sermones illius veri sunt, & tentemus, quæ ventura sunt illi. & sciemus, quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius dei, suscipiet

scipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorū. Con-  
tumelia, & tormento afficiamus eum, & sciamus reuerentiam  
eius, & probemus patientiam illius. morte turpissima conde-  
mnemus eum. Erit inspectio eius ex sermonibus ipsius. Dein-  
de ut admoneret sapiens, non iudicasse illos iudicii veritatem,  
id est, secundum legem, subiungit, Hæc cogitauerunt, & erra-  
uerunt, ex cæcauit enim illos malitia eorum. & nescierunt sa-  
cramenta dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, neque iu-  
dicauerunt honorem animarum suarum. Hoc est iudicium, de  
quo dixit Esa. in humilitate eius iudicium sublatum est, id est,  
non iudicauerunt iudicii veritatem, quia vilis, humilis, & abie-  
ctus visus est illis. Sic enim beatus Cyrill. hunc locum interpre-  
tatus est. Sæpe itaque Iudæi concilium habuerunt ad iudican-  
dam Christi causam, errauerunt tamen, quia secundum legem  
dei iudicare noluerunt. At vero super cathedram euangelicam  
ecclesiæ catholicæ ut hæreticus sedere non potest, quia iam  
extra ecclesiam est, sic cum pontifex fidelis sedet, quod perpe-  
tuo futurum est, non potest ipse assumpta ecclesia fratrum siue  
parua, siue magna nisi iudicii veritatem iudicare, non potest,  
inquam, nisi secundum legem dei iudicare, si maturè, & cano-  
nicè cum collegis cœpiscopis aliquid graue, & necessarium ad  
Christiane viuendum, decernat, si inquam, ut beatus Gelas. idē  
pont. & idem sapientiss. auctor de legitima & canonica iudicii  
pontificalis maturitate in tomo. de vinculo anathematis scri-  
psit, secundum ecclesiæ regulam, paternamque traditionem,  
more maiorum, & competenti examinatione, denique cum Sy-  
nodica congregatione decreuerit, quod in maioribus (inquit)  
causis fieri necesse est. Talia fuerunt semper ecclesiastica iudi-  
cia sedis apostolicæ a pont. cum collegio fratrum de concilli-  
sententia pronunciata. in quibus de iis, quæ ad fidem pertinet,  
& ad verbum nobis insitum, quæ mutari non possunt, nun-  
quam fuit, est, & non, ut est apud Euangelicos, sed, est, semper  
in illis fuit, ut apost. Paulus de sua prædicatione dixit. Neque in  
eiusmodi iudiciis vnquam pontifices secundum carnem co-  
gitarunt, ut Euangelici cogitant in iudiciis suis, quæ de dogma-  
tibus tam perfids, & inconstanter, atque blasphemè contra Ie-  
sum Christum dominum nostrum faciunt, professi non ita  
multis ante annis, est, & nunc profitentes, non, Iesus Christus

vero


vero heri, & hodie, ipse & in sæcula. Hoc dixit Apost. cum hor-  
taretur ad imitandum fidem sanctorum, quorum memoriam  
pie colimus, quæ imitatio ad successionem fidei plane perti-  
net. alii enim post alios credunt, & deinceps vsque ad finem sæ-  
culi credituri sunt. Simile est, quod ait Esa. de fide, & confes-  
sione fidei perpetua, Spiritus meus in te, & verba, quæ ego de-  
di in os tuum, non deficient ex ore tuo, & ex ore feminis tui.  
dixit enim dominus ex nunc, & in sæculum. Quem locum ex-  
planans beatus Cyrill. in comment. prophetæ huius, Si enim  
(inquit) semper Christus est, & semper deus, & dominus, pro-  
fecto non deficient vnquæ fidei confessio. Similiter ergo Apost.  
hunc locum Esaïæ, ut mihi quidem videtur, imitatus, signifi-  
cauit imitationem sanctorum præpositorum, ad quamhorta-  
batur, nunquam defuturam, quia semper sit Christus, idem  
deus, & idem homo, futurusq; sit in sempiternum. ex quo fit,  
ut qui sanctorum maiorum suorum fidem non imitantur, ut  
Euangelici faciunt, perinde fere sit, quasi negent, Christum  
esse heri, & hodie, & in sæculum. Cur enim si Christus nõ de-  
ficit, neque defecerunt verba, & iudicia, quæ deus pater secun-  
dum prophetiam Moysis posuit in ore eius, defecerunt tamen  
de ore istorum, qui noua, & impia dogmata introduxerunt?  
qui fuerunt aliquando semen dei, nunc autem semen diaboli.  
Caueamus ergo, ne eorum exemplo perpetuam successionem  
fidei, & ecclesiastici, ac pontificalis iudicii interrumpamus. Ca-  
ueamus ne imitationem fidei præpositorum nostrorum, quo-  
rum memoriam sanctè, & religiose colimus, vllò vnquam tem-  
pore intermittendam, aut violandam impie, & scelerate existi-  
memus. Ne si intermiserimus, quod deus auertat, meliora  
enim de nobis confidimus, non sit nobis Christus heri, & ho-  
die, & in sæculum. in Christo enim non est, est, & non, sed sem-  
per in illo, est, fuit. Cuius dogmata a primis ecclesiis, & dein-  
ceps aliis, atque aliis sibi succedentibus vsque ad nostras, præ-  
dicata sunt, Quæ in vnâ conueniunt omnes, id est, catholicas  
quæ omnium temporum, & locorum ecclesias sanctas sancta  
communione complectitur, ut manus digitos, in qua neque  
defecerunt, neque deficient de ore feminis dei, quod sumus nos,  
verba, quæ deus pater posuit in ore filii sui. Aliud præterea no-  
bis Euangelici obiiciunt, in quo eorum magister Luterus ita

H h

se ia-

se iactauit, vt veluti exultans diceret, (sic enim scripsit) Ista ratio, nisi ego sum insensator trunco, cogit, & omnium obstruit os, esse episcopos omnes æquales. Sed videamus, quæ ista ratio sit, quæ nata ab illo trunco mortifero, & igne geennæ digao, imo potius, vt cum Iuda apostolo dicā, ab illa arbore bis mortua, quæ tam pestiferum fructum iniustitiæ, & inobedientiæ profudit, scilicet fuisse omnes apostolos æquales, vt est in epistola Anacleti, & omnes episcopos esse successores apostolorum, quare consequens esse, vt sint omnes episcopi æquales. Cōcedamus, fuisse omnes apostolos æquales, sed vt idem Anacletus interpretatus est, quem ille aduersus nos citauit, xxi. cap. In nouo, &c. Qui. n. dixerat, ceteri vero apostoli cum eodem Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, idem rursus dixit, Inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt ceteris præmineret, de qua forma episcoporum quædam orta est distinctio, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis ecclesiæ cura conflueret. Et rursus in alia epist. vnus (inquit) ordo episcoporum, licet primates primas teneant ciuitates. Ergo cum veteres patres, & ecclesiæ doctores tradunt, fuisse apostolos pari honore, & potestate, intelligendum est de potestate ordinis, & honore electionis ad potestatem ordinis habendam. omnes enim fuerunt episcopi, & episcoporum vnus est ordo, & vna potestas ligandi, & soluendi, neque magis vnus ligabat, aut soluebat, aut spiritum sanctum tribuebat, neque magis Christum, aut euangelium prædicabat, quàm alius, sicut Apostol. de se aiebat, Existimō enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Cum hac tamen æqualitate, & similitudine honoris, ac potestatis coniuncta fuit quædam discretio potestatis, quia vt magnus Athanasius ad Felicem Pont. scripsit, ab ipso Domino potestas ligandi, atque soluendi speciali est priuilegio super alios Petro concessa. Significat ergo reliquos apostolos potestatem ligandi, & soluendi sub Petro habuisse. Vnde veteres patres Petrum appellant apostolorum *πρωτον, εταρον, πρεσβρον, πρωτοστυλιν, κροτιστα, κορυφαιον, αρχιποιμενα, ηγαμενα*, & si quæ alia sunt eiusdem modi nomina. Similes vero fuerunt, & pari inter se potestate successores apostolorum, idest, vt Petrus præerat reliquis apostolis,

stolis, sic successor Petri reliquis episcopis successoribus apostolorum. Causam vero, cur ita, docuit idem Anacletus, Vt ad vnam (inquit) Petri sedē vniuersalis ecclesiæ cura conflueret, idest, vt in ecclesiastica hierarchia omnis instructio spiritualis, quæ in purgationem, illuminationem, & perfectionē per gradus suos distribuitur, ad vnum caput referretur, similiter vt in cælesti hierarchia hæc etiam ad vnum fontem purgationis luminis, & perfectionis reuocantur. Sunt enim ordines sacri, vt notatum reperi *επι της διατυπωσει εκκλησιαστικης*. Niceni conc. imago cælestium, vt episcopus post Christum caput ecclesiæ suæ sit, & velut quidā deus terrenus, presbyteri velut seraphini, diaconi, cherubini, reliqui deinceps ministri, vt reliqui angeli. Sed cur Petro successerit, & vsq; ad consumationē sæculi perpetuo succedat episcopus apostolicus, reliquis vero apostolis non ita, neque enim Alexandriæ apostolicus episcopus beato Marco semper successit, aut Hierus. beato Iacobo, aut Ioāni Ephesi, in causa est, quia diuina prouidentia, ac sapientissimo consilio vnum esse voluit Christus totius ecclesiæ caput, quod ita sanum esset, vt reliqua corporis ex eo connexi membra sanitate firmare posset, si sanis domini nostri Iesu Christi sermonibus, vt Apost. ait, acquiescere vellent. quod quidem effecit orando pro eo, & pro fide ecclesiæ catholicæ, cui præerat. Quam quidem prærogatiuam vnus capit super reliqua omnia, quia non conueniebat, cum aliis communem esse, non sic pro aliorum fide, neque pro fide ecclesiarum, quæ eis commissæ sunt, rogauit, ita vt eas super fidem huius, aut illius apostoli ædificaret. Vbi enim, aut quando dixit de Ioanne, & fide eius, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, idest, Ephesinam? aut de Marco, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, idest, Alexandrinā? in qua Gregorius, Georgius Cappadox, Lucius, Dioscorus, Timotheus, Aelurus, Moggus, & alii hæretici sederunt. Quare falsum est, quod scribit Cal. in Inst. de fide. c. viii. art. xxiii. nunquam apud Græcos interruptam fuisse episcoporum successionem, apud quos tamen (inquit) ecclesiam esse negemus, falsum inquam est, loquimur autem de legitima successione episcoporum. Quis enim ignorat, quàm multi præterea hæretici patriarchæ fuerint Constantinopoli, quæ non Roma appellata est, & facta simul totius Græciæ princeps ecclesiæ.



ecclesia, Macedonius, Acacius, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Anastasius, & alii. Hierosolymis vero Ioannes Origenista, Salustius, Arsenius, Heraclius, Ilarius. Antiochiæ Paulus Samosatensis, Eulalius, Euzoius, Ioannes, Domnus, Petrus Gnaphæus, Macarius. Sed de fide, aucteritate, & principatu primi capituli, ac iudicis scripsi ampridè libros tres, licet paruos, in quibus, ut cetera omittam, tria illa loca Verbi dei de ecclesia super hæc petram ædificanda, deque fratribus a Petro conuerso firmandis, & de pascendis a petro agnis, & ouibus ita explicauit, & quidem prolixè, ut tota eorum explicatio ex scripturarum collatione constet, & in Verbo dei, quod Euangelici conuenienter suo nomini semper appellant, & flagitant, clarissime nitatur. Quare ne eadem repetam, non quia illis nõ esset necessarium, aut quia mihi pigritia sit, sed quia in promptu sunt libri, & ego ad suppleendum eos paucis quibusdam additis a me tunc prætermisissis propero, idcirco petam, ut libellos illos quasi de nouo a me scriptos, & iterum ad eos missos relegant, & hæc ad illos adiungant magni illa quidem, ut opinor, ponderis, & momenti ad probandum in ecclesiastica hierarchia primum iudicem esse in episcopis, & sacerdotibus episcopum Romanum, ut in vetere illa, ac Mosaica hierarchia primus, & summus iudex in filiis Leui erat Aaron summus sacerdos, Quem roborauit (inquit) in vasis virtutis, & cui deus dedit potestatem iudiciorum in testamentis, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israël. quem cinxit tintinabulis aureis plurimis, mixtis malis punicis: in gyro, dare sonitum incessu suo, auditum facere sonitum in templo in memoriam filiis suis, quæ non propter Aaron tantum secundum historiam, sed propter nos in spiritu instituta, & scripta sunt. An enim de Iudæis tantum cura erat deo, & non de nobis etiam, nostrisque mysteriis, quorum exemplari, & vmbre vetera illa seruiebant? Pontificem ergo sicut de Aaron scriptum est, firmavit in vasis virtutis, siue in instrumentis roboris, quando pro eius fide orauit propter ecclesiam, cui firmandæ præesset, oratio enim, sicut sacrificium, quod in consecratione Aaron factum est, instrumentum est roboris, & firmitatis. Hic primus potestatem habet iudiciorum, cui primum in Petro, & per eum ceteris episcopis, & per episcopos sacerdotibus dictum est, **Quod-**  
cunque

cunque ligaueris super terram, erit ligatū & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Hic primus præest mandatis noui testamenti docendis, ut seruentur, & testimoniis denunciandis de vita, & morte sempiternis obedientium, aut non obedientium Verbo dei, item ceremoniis sacris, & religiosis mysteriorū tradendis. Pontifex. n. est primus episcopus, qui ad hæc docenda & denuncianda ceteros episcopos ministros verbi idoneos ordine suo mittit, & hi alios ministros secundū mensurā, qua eis dominus mensus est, per quos pontifex id ipsum dicentes cum mirabili vnione, & ordine velut per tintinabula aurea admixtis malis punicis, facit, resonare Verbum dei, & auditum facit sonitum, per hos enim auditur pontifex in cuncto orbe, & confessio eius, ac prædicatio. Sic fit, ut per episcopos ecclesiastici omnes, imo omnes Christiani primum patrem spiritualem agnoscant, qui est episcopus Rom. Dicant ergo Euangelici, dicant, si sciunt, quis ex uiuentibus nouus Aaron, idest, summus sacerdos noui testamenti auditur per vniuersas ecclesias catholicorum in cuncto orbe præter papam Romanum? quod est, Auditum facere sonitum in templo, & dare vocem in incessu in memoriam filiis suis. Et si Euangelici taceant, nonne vniuersa terra clamat, & prouinciæ omnes etiam remotissimæ? Aut rursus si papa Rom. nõ est nouus Aaron, cuius filii sunt ceteri omnes sacerdotes, siue maiores, siue minores, quis alius restat? Aut si hic est, quod negare, quidem, nisi malitiose, & reclamante conscientia, non possunt, quomodo implent, quod scriptum est de Aaron summo sacerdote, Auditum facere sonitum in templo in memoriam filiis suis? quomodo, inquam, implent in summo aliquo apud nos sacerdote? aut quam memoriam eius habent, cum vident, & audiunt alios episcopos, & sacerdotes? qui sunt, ut dixi, tintinabula eius, malis punicis admixtis, in quibus tintinabulis sermo dei resonat. Sed callide magister eorum diabolus cauit hic, ut enim obscurius coarguerentur, docuit discipulos suos Euangelicos, ut qui pontificem tollebant, tollerent quoque eius tintinabula, idest, negarent episcopos, & sacerdotes, id ipsum dicentes, tollerent quoque mala punica, idest, vnionem, atque ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ, ut Luterus in libro de abroganda Missa ad senatum Pragen. & in lib. de captiuit. Affirmat nul-  
lum

lum esse visibile, & externum, verumque sacerdotium in nouo testamento, esseque omnes homines sacerdotes, vt possint ligare, & soluere. Hic est ergo primus iudex, Hic habet potestatem iudiciorum noui testamenti. Hic portat iudicium filiorum Leui in pectore, sicut de Aaron summo sacerdote veteris testamenti scriptum in Exodo est, Vt idem, & quidem perfectius intelligamus de summo sacerdote noui testamenti, cuius ille fuit umbra, de pontifice, in qua, qui est propheta Christi, excellentioris, quam fuit Moyses, ministri qui summum sacerdotem constituit, sicut Aaron propheta Moysis erat, qui vt typus Christi Aaronem consecrauit, sed hic aiunt noui Evangelistæ, summum illum veteris legis pontificem typum fuisse Christi, non autem papæ, quod quidem Calvinus magnus inter eos propheta non aliter probauit, quam dicendo, neminem hoc ignorare. Sic enim ait in suis institutionibus. cap. viii. art. lxxxvii. At nos typum fuisse pontificis, vel ex eo probamus, quod dicat Apostolus, vmbra habuisse legem futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, quam habet scilicet euangelium. Vt sicut illi veteres sacerdotes, quorum labia iuxta prophetam custodiebant scientiam, typi erant episcoporum, ac presbyterorum, quibus conuenit ministerium Verbi dei, quod Calvinus confitetur, & qui Christi sacerdotis, & episcopi animarum nostrarum gerebant imaginem, sic summus ille sacerdos typus erat summi pont. qui est apud nos, id est, in nostra ecclesia imago summi sacerdotis super domum dei, vt Apostolus ait, qui est Christus dominus, nisi forte vmbra & imaginem rerum celestium, quæ est, secundum Apostolus in nouo testamento, nolit Cal. distinguere, quod est Verbum dei confundere, imo negare.

Habemus itaque huius iudicii primi ad pontificem pertinentis testes grauissimos, sanctiss. ac plurimos Niceni conc. patres cccxviii. Vigeat (inquit) & firma sit prisca consuetudo, quæ est in Aegypto, Libya, & Pentapoli, ita vt episcopus Alexandria horum omnium potestatem habeat, quandoquidem episcopus Rom. hoc consuevit, & similiter vt per Antiochiam, & alias prouincias prærogatiua seruetur ecclesiis. In confirmanda iurisdictione Alexandrini Patriarchæ, & Antiocheni Nicæna Synodus iudicium, & auctoritatem episcopi Romani secuta est.

ta est. Perinde est. n. hoc, quasi diceretur, quia episcopus Rom. iam olim a principio solitus est concedere episcopo Alexandrino iurisdictionem Aegyptiam, Libycam, & Pentapolitanam, Nicæna quoque Synodus eius auctoritatem, & normam secuta potestatem istam, & antiquam iurisdictionem, quam episcopus Alexandrinus iam olim ab episcopo Romano accepit, vt idem retineat, concedit. Si enim hanc potestatem, & iurisdictionem ab episcopo Rom. tanquam primo iudice, & domino episcopus Alex. non accepit, quæ ratio est confirmandi hanc iurisdictionem, quia episcopus Romanus hoc consuevit? Quis sic loquitur? aut quorsum hoc, quia episcopo Romano hoc cõfuetum est? Esto, sit consuetum, quid tum? si ille iam olim a principio non dedit, aut dare non potuit? Ergo quod Nicæna Synodus in iurisdictione episcoporum Alexandrini, & Antiocheni iam olim fieri solitum notarat, episcopo Rom. cõcedente, & approbante, mutare hoc non audet, sed potius confirmare cogitur subiecta causa decreti, Quia (inquit) hoc episcopo Romano consuevit. Sed videamus secundam partem canonis huius. Similiter vero (inquit) & per Antiochiam, & in aliis prouinciis prærogatiua ecclesiis seruetur, id est, prisca etiã consuetudo vigeat per Antiochiam, & alias prouincias ei subiectas, ita vt prærogatiua seruetur ecclesiis, id est, ita vt episcopus Antiochiæ potestatem, & iurisdictionem in eis habeat, quia hoc episcopo Romano consuevit. esse enim repetenda superiora illa ἀπὸ κοινοῦ, satis significat verbum, similiter. Nemo ignorat familiarem esse breuitatem legibus, & decretis. Hinc intelligi potest, falli eos, qui quod in exemplari quodam Latino peruetusto quidem illo, sed mendoso sic legerunt, Quandoquidem aliis episcopis hoc consuevit, recte hoc scriptum esse, existimarunt, imo vero corrupte, & inepte scriptum est. quam enim causam sanctionis subiecit, qui hanc subiecit, Quia hoc aliis episcopis, siue metropolitanis cõfuetum est? Sed quid consuevit, non dixit, neque facile intelligendum, aut supplem dum reliquit. Numquid alii episcopi, & metropolitanæ episcopo Alexandrino iurisdictionem dare potuerunt? aut quod ipsi potestatem, & iurisdictionem in prouinciis suis, & ecclesiis habeant, ratio sit hæc, & causa, cur Alexandrinus in Aegypto, Libya, & Pentapoli potestatem habere debeat? An qui iurisdictionem

tionem in Aegypto, Libya, & Pentapoli dedit, non potuit  
 da: ein Aegypto, & Libya tantū, & Pentapolim propter cau-  
 sam aliquam excipere? Si ergo alii episcopi iurisdictionem Ale-  
 xandrino non dederunt, neque quod ipsi potestatem, & iurif-  
 dictionem in suis prouinciis, & ecclesiis habere cōsueuissent,  
 sit causa, cur Alexandrino in his prouinciis, & non in pluri-  
 bus, aut paucioribus potestas, & iurisdicō sit, necessario re-  
 stat, vt is episcopus, cuius consuetudinem pro causa iurisdicō  
 nis Alexandrinæ Synodus Nicena posuit, habeat tanquam pri-  
 mus iudex potestatem iurisdictiones aliis episcopis circumscri-  
 bendi, & definiendi, qui est episcopus Roman. Petri principis  
 apostolorum successor. Errat igitur Theodorus Balsamo Græ-  
 corum canonum interpret, qui vt more suæ gentis de potesta-  
 te, & auctoritate episcopi Rom. detraheret, ridiculam, & ine-  
 ptam huius canonis interpretationem commentus est, Quia  
 hoc episcopo Romano consuetum est, id est, sicut cōsuevit epi-  
 scopus Rom. habere potestatem in occidente. Quasi, episcopū  
 Alexandrinum, Antiochenum, & episcopum Romanum non  
 posset capere terra, vt habitaret simul, sicut de Abraam, & Lot  
 scriptū est. Sic enim Theodorus iste cogitasse videtur, vt quasi  
 arbitra Synodus Nicena principes composuerit, ne esset iur-  
 gium inter eos, & pastores eorum, Quasi dixerit, tene tu ad me-  
 ridiem, sit is episcopus Alexandrinus; & tu ad orientem, sit is  
 episcopus Antioch. & tu ad occidentem, sit is episcopus Rom.  
 Quid ista explanatione vanius, ne dicam malitiosius? Iurifdi-  
 ctionem enim episcopo Alexandrino, & Antiocheno dandi  
 causam, & auctoritatem supprimit, & reticet, quæ est in episco-  
 po Romano. vt Synodus ipsa testatur, quæ plane dixit, quia  
 hoc consuetum est episcopo Romano. non dixit, sicut, vt fin-  
 git Theodorus. aliud est auctorem esse, & causam, aliud simili-  
 tudinem habere. Quare quod Nicolaus Pont. in epist. ad Mi-  
 chaëlem imper. de hoc canone scripsit, Denique si instituta Ni-  
 cænæ Synodi diligēter inspiciantur, inuenietur profecto, quia  
 Romanæ ecclesiæ nullum eadem Synodus contulit incremen-  
 tum, sed potius ex eius forma quid Alexandrinæ ecclesiæ tri-  
 bueret particulariter sumpsit exemplum, hoc, inquam, sic intel-  
 ligen dum est, exemplum sumpsisse ex forma ecclesiæ Romanæ,  
 vt quod illa iam olim ecclesiæ Alexandrinæ dare consueuisset,  
 hoc

hoc eadem Synodus Nicena nunc eidem daret, non autem sic  
 intelligendum est, vt sicut episcopus ecclesiæ Romanæ iurifdi-  
 ctionem haberet, sic Nicena Synodus iurisdictionem episcopo  
 Alexandrino, & Antiocheno daret, vt interpretatus est Theo-  
 dorus. Quæ enim hæc similitudinis ratio? aut quæ eius cohæ-  
 rentia? præfertim cum episcopus Romanus potestatem, & iu-  
 risdictionem in cuncto orbe, & in vniuersis mundi ecclesiis  
 quasi in vna diœcesi habeat? vt ex can. ix. Synodi Chalcedonen-  
 sis intelligi potest, quod idem Nicolaus in eadem epist. nota-  
 uit. Sed recitemus canonem, Si clericus (inquit) habet causam  
 aduersus episcopum proprium, aut aduersus alterum episco-  
 pum, apud Synodum prouinciæ iudicetur, sin autem aduersus  
 eiusdem prouinciæ metropolitanum episcopus, vel clericus  
 causam habet, adeat præsidem, siue principem diœcesis, aut se-  
 dem regis vrbis, & ibi iudicetur. Concedit hic canon, si cleri-  
 cus, aut episcopus cum metropolitano contendat, & tanta ne-  
 cessitate astringatur, aut si id moleste non ferat, vbicūque sit,  
 & in quacūque regione, adeat, si velit præsidem diœcesis. quod  
 si prope Cōstantinopolim fuerit, & iudicio præfulis Constan-  
 tinopolitani contentus esse voluerit, permittit, vt adeat Con-  
 stantinopolim, & ibi iudicetur. Subiungit Nicolaus hunc cano-  
 nem interpretans, Quem autem principem, siue primatem  
 diœcesis sancta Synodus dixerit, præter apostoli primi vica-  
 rium nullus pœnitus intelligitur. Et paulo post, Ne vero (in-  
 quit) moueat, quia singulari numero Diœcesis dicta est, perin-  
 de. n. est, quasi dixisset, diœcesum, plena est inquit, scriptura si-  
 mili forma locutionis, sicut scriptū est, Fons ascendebat de ter-  
 ra, vt intelligamus fontes numero multitudinis p vniuersam  
 terram, loca, & regiones proprias irrigantes. Ergo vt ad cano-  
 nem Nicenæ Synodi reuertamur, illud, Sicut consuetum est  
 episcopo Romano, non potest intelligi pro eo, quod est, sicut  
 episcopus Rom. iurisdictionem habet in diœcesi occidentali,  
 cum sit cunctus orbis Christianorum episcopo Romano sub-  
 iectus, tanquam vna diœcesis, vt Synodus Chalced. cccc. xxx.  
 episcoporum iudicauit. Est alius canon Nicenæ Synodi xliiii.  
 de potestate patriarchæ in metropolitanos, & episcopos, & me-  
 tropolitani in episcopos, in extrema vero huius canonis parte  
 sic sancitum est, Vt autem cunctis ditionis suæ nationibus im-

perat Patriarcha, & leges indicit, & vt a principio Petrus Christi vicarius religioni, ecclesiis, ceterisque ad Christum rebus pertinentibus præfectus, principum Christianorum, prouinciarum, & omnium gentium dominus, & rector erat, ita ille, cuius principatus Romæ est, Petro similis, & auctoritate par, Patriarcharum omnium dominatum, & principatum obtinet. Deinde subiungit, Huic sanctioni si quis repugnauerit, & obstinere ausus fuerit, totius Synodi decreto anathemati subiicitur. Sed dicent fortasse, non esse repertos hæc tenus canones concilii Niceni præter xx. Et quis quæso, credat, nullo vnquam tempore, neque vlllo loco reperiri posse, quia Cyrillus Alexand. & Atticus Constantin. non nisi xx. tantum, qui nunc apud nos feruntur, reperire potuerunt? & quia magnus Athanasius affirmet, incensos ab hæreticis fuisse? quasi non fieri possit, quod in multis libris euenisse scimus, vt multis sæculis latuerint, & sero tandem reperiantur. vt nuper reperti sunt Niceni concilii canones Arabice scripti in Bibliotheca Marcelli. ii. ex quibus plerique summam a Iulio pontifice relati sunt, & alii apud alios extant. Quod vero in eo canone xliiii. Petrus omnium gentium dominus, ac rector appellatur, non debet nouum videri, neque absurdum, vt quibusdam parum aduertentibus scio videri, neque quod dominus sit, statim sequatur, Vt dominari liceat in clero, ac non potius exemplum omnis humanitatis & modestiæ regi prebere. imitata itaque est Synodus scripturam, cuius est hæc loquendi consuetudo, vt dominos vocet, & reges, ac deos, vt diuinus Dionys. in diuin. nomin. notauit, eos, qui sunt primi, qui ceteris aliis, qui infra eos sunt, præfunt, & prouident, ac munera dei dispensant, & distribuunt. sic Clemens Rom. non vno in loco, sed multis episcopum dicit esse dominum, & regem, ac deum quendam terrenum. vt iam episcopus Rom. dominus sit dominorum, & quidam rex regum, ac quidam etiam deorum deus, de quo tanquam de vicario Christi dei nostri dici potest, deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos diiudicat, id est, Christianos principes. Est enim Petro similis, & auctoritate par, vt est in hoc canone. Quare memoriam beati Petri principis apostolorum non honorat, neque amat, qui episcopo Rom. successor eius similem principatum non tribuit. idcirco in Synodo Sardicensi, Si videtur

(in-

(inquit) memoriã Petri apostoli charitate honoremus, & scribamus omnes ad Iulium Pont. vt si opus sit, renouetur iudicium per episcopos prouinciæ vicinos, & det ipse episcopus Rom. iudices, ac cognitores. Habet ergo episcopus Rom. potestatem iudiciorum, & portat iudicium filiorum Leui, vt de Aaron umbra Pontificis, qui est Christi imago, scriptum est. Ergo quod hæc ita esse veteres scirent, ad hoc vltimum in terris tribunal in ecclesiasticarum rerum difficultatibus semper confugerunt. Extat Theodoriti episcopi Cyri epistola ad Leonem pont. locupletissimum, & grauis. huius rei testimonium. Vertam e Græco, & si non omnia, ne longior sim. Si Paulus (inquit) prædicator veritatis, & spiritus sancti tuba ad Petrum accurrit, vt iis, qui Antiochiæ de viuendo secundum legem Moy sis disceptabant, definitionem, & explicationem ab eo ferret, multo magis nos, qui pusilli sumus, & viles, ad solium vestrum apostolicum accurremus, vt à vobis medicinam vlcibus ecclesiarum seramus. *διὲ πάντων Ἰδὲ ὑμῶν τὸ πρωτόθεν ἀρμόττει*, id est, per omnia enim vobis conuenit, primas tenere. Vestrum enim solium multis prærogatiuis ornatum est. Nam ceteras ciuitates vel amplitudo, vel pulchritudo, vel frequentia ciuium decorat, aliqua vero, quæ his carent, ex quibusdam gratis spiritua libus splendorem, & dignitatem habent, vestræ vero ciuitati vberissimam copiam bonorum ipse dator bonorum largitus est, est enim ipsa omnium amplissima, splendidissima. & orbis princeps, ac domina. Ipsa principatum imperatorum profudit, ac propagauit, & nomen suum, id est, Romanum cum iis, qui in ditione eius sunt, communicauit. ante ceteras vero ciuitates ornat eam fides, vt Paulus testatur, cum clarissima voce ait, fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Et paulo post. Præterea (inquit) Petri, & Pauli, quos communes omnium parentes, ac magistros veritatis habemus, seruat corpora, vnde lumē animis fidelium accenditur. Hi duo in oriente orti sunt, & radios in omnes mundi partes circumquaque porrexerunt, in occidente autem libenter occasum vitæ cœperunt. Hi igitur vestram sedem collustrarunt. Hæc summa bonorum vestrorum. eorum vero deus nunc etiam sedem istam claritate, & splendore affecit, cum sanctitatem vestram, quæ radios rectæ fidei emittit, in ea collocauit. cuius rei cum multa extent argumenta, il-

li ii lud

Iud sufficiat nunc, zelus scilicet, quem nuper sanctitas vestra in Manichæos ostendit. Et paulo post, postquam laudes suas coactus attigit, quod scilicet ecclesiam Cyrrhensem cum DCCC. paucis annis xxvi. sine ullius querela adiuuante deo rexisset, innumerabiles ab errore Marcionis, Arii, & Eunomii liberasset, nullum zizaniorum oriri passus esset, subiungit, Ego vero suffragium apostolicæ sedis expecto, sanctitati que vestræ supplico, ut ea mihi tribunal vestrum incorruptum imploranti opem ferat, iubeatque, ad nos accurri, nobisque doctrinam vestigiis apostolicis insistentem demonstrari. Habeo enim (inquit) quæ scripsi ante annos xii. tum aduersus Arium, & Eunomium, tum aduersus Iudæos, & Gentes, tum aduersus magos Persidis. alia etiam de prouidentia, alia de theologia, & incarnatione. sum præterea epistolas Pauli, & prophetas interpretatus. Et rursus paulo post, suffragium enim iudicii tui expecto. & si mihi iusseris, condemnationi acquiescere, acquiescam, nulli deinceps futurus molestus, quin potius expectabo inuiolatum Christi tribunal. Itaque Theodoritus tantus auctor, & in literis sanctis exercitissimus, & tam multis libris eruditissime, & elegantissime scriptis clarus, & vigilantissimus pastor ad cathedram Episcopi Rom. tanquam primi iudicis pertinere censuit, ut iudicet, quæ sit catholica, & apostolica doctrina, & qualia sint, quæ a catholicis scripta ferantur, item quæ de dogmatibus inquiruntur, ubi consistant, & qui ab aliis de hæresi damnatus est, utrum iuste condemnatus sit. Hæc erat illius antiqui temporis, de auctoritate tribunalis Episcopi Rom. estimatio, & reuerentia, & fides. Rursus idem Theodoritus ad Renatum presbyterum ex collegio cardinalium, Spoliarunt me (inquit) sacerdotio, eieceruntque ex ciuitatibus, neque ætatem in religione exactam, neque caniciem reueriti, quam obrem te deprecor, ut sanctissimo archiepiscopo (Leonem dicit) persuadeas, ut apostolica utatur auctoritate, iubeatque ad vestrum concilium adire. Tenet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis ecclesiarum cum propter alia, tum quia semper hæretici sætoris expertus permansit, neque ullus unquam, qui contraria sentiret, in ea sedit, quin potius apostolicam gratiam inuiolatam custodiuit. Quare quæ ab isto vestro tribunali proficiscuntur, qualiacunque erunt, integritate iudicii cõfissi libenter

libenter amplectemur. Oramusque, ut ex iis, quæ hæcenus scriptissimus, iudicemur. scripsi enim libros amplius xxx. Hactenus Theodoritus, ne omnia interpreter. Scribit præterea Greg. Naz. in oratione funebri in obitum magni Basilii, ad componendas res ecclesiæ Cæsariensis, sedandosque tumultus venisse episcopos occidentis missos scilicet ab episcopo Rom. tanquam primo, & summo in terris iudice, qui (inquit) eos omnes, qui erant sanæ fidei, ad partes suas trahebant. Quis non intelligit ex hoc loco, quæ esset illius quoque temporis, & illorum sanctorum virorum de tribunali episcopi Romani sententia? huc pertinet, quod magnus Basilius ad Athanasium magnum scripsit, visum est (inquit) consentaneum, scribere ad episcopum Rom. ut videat res nostras, & iudicii sui decretum interponat, ut quia difficile est, aliquos inde de concilii sententia mitti, ipse auctoritatem rei tribuat delectis viris, qui laborem quidem itineris perferre possint, lenitate vero, ac facilitate morum, tum commoda, & prudenti oratione eos, qui a via recta deflexerunt, monere, quique acta Ariminensis concilii secum ferant, ad ea rescindenda, quæ illic violente acta sunt. Hæc magnus Basilius. Qui quidem nisi episcopum Rom. primum, summumque in terris iudicem habuisset, nunquam ei auctoritatem ecclesiæ orientis visitandi, habendi Synodos, faciendi decreta, & hæreticorum acta synodica rescindendi tribuisset. Rursus idem Basilius in epist. ad Occidentales, (sic enim episcopum Romanum, & collegium fratrum vocasse, nemo erit, ut opinor, tam tardus, qui non ex iis ipsis literis intelligat) pontifici tribuit potestatem considerate, & mature cum collegio fratrum inquirendi, visitandi, corrigendi, & medendi. Quis autem ægrotus est, qui non debeat obsequi medico suo? aut quis medicus, qui non possit ægrotis suis imperare? & de ægritudine eorum iudicare? Itaque obsecramus (inquit) vos, si dominus permiserit, ut tute ad nos venire liceat, ne pigeat nos visitare, aut si hoc beneficium in aliud tempus referuat, qui vitam nostram sapienter moderatur, scribite, quæ ratio consolandi eos, qui malis premuntur, & ea emendandi, quæ quassata sunt, a vobis scribi postulant. Multiplex enim quassatio ecclesiæ facta est, quæ nos vehementer premit. Neque auxilium aliunde expectamus, nisi dominus opera vestra, qui fideliter ei seruitis, curationem nobis adhibe- rit.



rit. Sic vero visitare, & quassata curare, pastoribus tribuit propheta Ez. qui sunt velut medici. Et paulo post petit idem Basil. a pont. vt Eustathium, Apolinarium, & Paulinum hæreticos denuntiet, vt deinceps ab omnibus Catholicis vitetur. Hoc autem cui nisi primo Iudici orientalis ecclesiæ tribuendum est? ac ne dubitari possit, scripta esse hæc ad pont. Romanum & quidem Liberii successorem, & ad collegium fratrum, paulo post petit, vt quia Liberius episc. Rom. scilicet cum suis collegis, Eustathium iussit restitui, (neque enim restitutio damnati, vt ait Gelasin Tomo de vinculo anathem. quia noua causa est, sine synodica, aut consistoriali, vt nunc loquuntur, congregatione fieri solet) is autem istorum fiducia abutens euerisionem ecclesiis inferebat, scribat rursus ad ecclesias Orientis, quibus de causis ante receptus esset, & quemadmodum nunc idem mutatus gratiam, quam ab illis tunc patribus consecutus fuerat, irritam fecerit. Item idem Basil. in epist. ad Transmarinos, (sic enim vocat nunc Occidentales, idest, episcopum Rom. cum suo collegio sacerdotum) eorum opem implorans, postquam statum rerum ecclesiasticarum exposuit, cum (inquit) sic habeant res nostræ, consentaneum erat pro vestra in nos charitate, viros aliquos probatos ad nos mitti, qui nos morbis affectos visitarent, & litteras ad nos crebro dari tum ad voluntates nostras confirmandas, tum ad corrigendum errata. neque enim negamus multis nos lapsibus obnoxios esse, vt qui homines simus. Deinde subiungit, sed quia hætenus, fratres, quæ nobis debebatis, omissa sunt. siue quia non aduertistis, quod vos decebat, siue quia nos visitatione vestra indignos iudicastis aliorum in nos criminationibus anticipati, ecce (inquit) nos principium scribendi facimus, & criminationes nobis illatas confitemur parati a vobis examinari, modo velint ii ipsi, qui nos contumeliis vexant, in conspectum vestrum vobis presentibus venire. Si conuicti erimus, erratum nostrum agnosceamus, & vos post examinationes veniam a deo feretis, si communionem nostram vitabitis, & accusatores nostri remunerabuntur. Quod si nos ante examinationem condemnaueritis, nobis quidem nulla fuerit iniuria facta præter iacturam nostræ vobiscum amicitiae, ac societatis, quæ est apud me maximæ estimationis, ac idem ipsum damnatum vos facietis, nobis amiffis.

sis, & euangelio repugnare videbimini, cum ait, nunquid lex iudicat hominem, nisi audiat, & cognoscat, quid facit? Quis hic non intelligit, potestatem cognoscendi causas ecclesiasticas, & eas iudicandi pontifici cum fratribus suis tribui? ac clarius adhuc paulo infra, cum ait, siue vos caput vniuersæ ecclesiæ esse cogitatis, non potest caput dicere pedibus, non estis mihi necessarii, siue in alio ordine membrorum ecclesiasticorum vos collocatis, non potestis, nobis dicere, non estis nobis opus. Man us enim eiusdem corporis mutua inter se opera indigent, item pedes. oculi etiam cõcordia quadam suo munere percipiendi funguntur. Cum caput vniuersæ ecclesiæ distinxit a reliquis membris, illud quidem ad episc. Romanum retulit, hæc vero ad reliquos illius fratres, & cõepiscopos, cum quibus secundum regulam apostolicam conquirat, & decernit. Quorsum enim dixisset, siue vos caput esse vniuersæ ecclesiæ, cogitatis, nisi ibidem caput esse vniuersæ ecclesiæ cognosceret? quod enim ait cogitatis, siue reputatis, vtrunque est verbum non propriæ estimationis, quæ falsa, & inanis esse potest, sed verbum animaduersionis. Non placet imitari Euangelicos, qui neque rerum, neque verborum pondera examinant, nos scripturas sanctas, & sanctorum patrum scripta libenter scrutamur. Præterea in extremo epistolæ huius, siue ipsi (inquit) ad nos venire vultis, & per vos quibus malis conflictamur, perspicere, sint ne vera, quæ de nobis auditis, an mentiendo aucta sint, & facta grauiora, quæ nunciant a nobis commissa, vt placet, parati sumus, obuiis, vt dicitur, manibus excipere aduentantes, nosque diligenter excutiendos, & examinandos offerre, modo sola charitas omnibus factis antecedit. Deinde subiungit, siue vultis, apud vos ipsi locum aliquem designare, vbi nos & visitationis, quam nobis debetis, explebimus solutionem, & de nobis, quo ad fieri potest, experiendi potestatem faciemus. hoc erat debitum visitationis quod in principio epistolæ omissum esse querebatur, quæ visitatio, ne quis erret, non est honoris, vt vulgo loquimur, sed curæ, & sollicitudinis, qualis illa in actis Apostol. de qua Paul. ad Barn. reuertentes (inquit) visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prædicauimus Verbum domini, quomodo se habeant. Sic etiam nunc dicere solemus, visitare, pro eo, quod est, inquirere, quod est munus magistrati, iudicis,

dicis, medici, pastoris. Quis igitur negare potest, quin solvere debitum visitationis, ad eum pertineat, qui pastor, aut magister, aut medicus, aut iudex sit? Sic episc. Rom. si per se non potest, per eos, qui idonei sunt, ecclesias per omnes dioceses visitare debet, ut cognoscat, quomodo se in fide, & pietate habeat. Denique ut finiam, idem Basil. scribens de statu ecclesie orientalis, auxilii petendi gratia ad episcopos Gallie, & Italie, eos vocat caput, in quo satis significat, scribere se ad episc. Rom. & eius synodum, quae ex episcopis Italie, & Gallie ut vicinioribus colligi solet. Itaque (ait) non potest caput, dicere pedibus, non estis mihi opus, Et paulo post, scimus enim vos nunquam nostri oblitos esse, non magis quam matrem filiorum, quos peperit. Ecclesiam suam, id est, orientalem facit filiam, & nostram, id est, occidentalem facit matrem, quae nulla est alia, praeterquam ecclesia Rom. cui praest, qui est vniuersae ecclesiae caput, & omnium episcoporum pater. Haec tunc magni Basilii non vnum, sed multa, imo multorum testium illius temporis aequalium in vno testimonia de summa auctoritate iudiciali episcopi Romani de causis, & quaestionibus ecclesiasticis aduersus haereticos, haec, inquam, erat tunc catholicorum ecclesiae orientalis de iudiciali potestate, & principatu episcopi Romani sententia. Adhuc confugiebant, qui se iniuriam passos querebantur non solum mali, & improbi per speciem simulationis, quod Calvinus exprobrandum esse insipienter existimauit, sed etiam innocentissimi, & sanctissimi, non ut armis carnalibus protegerentur, sed armis illis, quae Apost. ait, spiritualia esse, potentia deo ad destructionem munitionum, & consiliorum, & omnis altitudinis extollentis se aduersus scientiam dei, & ad redigendum in captiuitatem omnem intellectum in obsequium Christi. Neque vero quod magnus Basil. in his litteris episcopo Rom. alios episcopos adiunctos esse voluit, ut vel ex inscriptione ipsarum litterarum intelligi potest, nunc enim Transmarinos, nunc occidentales, nunc episcopos Gallie, & Italie vocat, hoc, inquam, nihil de auctoritate episcopi Rom. detrahit, imo vero auctoritatem amplificat, qui eum, cuius est auctoritas, omni suspicione liberat, ut contra minuit, qui suspitioni locum relinquit. Quomodo enim potest, ut omnis erroris, & corruptelae suspicio abesse possit, magna conquisitio fieri, sicut

ri, sicut de illa apostolorum Hierosolymis quaestione scriptum est, ubi vnus est, imo ubi non sunt multi? Itaque Petrus princeps apostolorum noluit sententia sua contentus esse, neque enim conueniebat, ut solus de re tanta, quamuis a deo edoctus esset, decerneret. quae forma conquisitionis, & iudicii in causis maioribus, & nouis quaestionibus successoribus eius vsque in hodiernum diem relicta est. Atque ita quidem fit, ut non possit episc. Rom. secundum gratiam ei datam in iis diiudicandis falli, quae ad fidem, & pietatem pertinent, scilicet cum sapientes fratres ad iudicium more maiorum, & secundum regulam ecclesiasticam tanquam spiritualis rex ecclesiae adhibet, sicut Salom. in prou. de rege scripsit, cui sapientes in consilium adiungit, quos vocat *πρωτοπρεβυτεροι*, cum sit, dico, magna conquisitio de ecclesiasticis quaestionibus, sicut de illa quaestione Hierosol. scriptum est in actis Apost. cum surgit Petrus primus, id est, episcopus Rom. Petri successor, & auctoritate patris eius uelatus, deinde ceteris tacentibus singuli episcopi ita ordine, & modeste sententias suas dicunt, ut si alii reuelatum fuerit sedenti, sicut Apost. ait, prior taceat, & qui non sunt ex eo numero, prophetent extra tabernaculum, id est, extra Synodum ecclesiasticam, cum haec, inquam, seruantur, quae magnus Gelas. in Tomo de vinculo anathe. notauit, non potest fieri, quin beati Petri successor, pro cuius fide ad confirmandos fratres, id est, ecclesiam, siue concilium rogauit dominus in Petro, id dicat, cum quo conueniat scriptura, & simile fiat, ut de illo conc. Hierosol. in actis scriptum est, cum ait beatus Iacobus, viri fratres, audite me, Simon narravit, & quae sequuntur, deinde subiungit, & huic concordant verba prophetarum, &c. Sic fit, ut tandem decreta fiant, quibus conueniat illud, visum est spiritui sancto, & nobis, id est, episcopo Romano, & reliquis collegis in concilium conuocatis. Neque enim illa in Actis apost. propter illud solum concil. & propter Petrum tantum, ac reliquos apostolos, & seniores scriptum est, sed propter nostras etiam synodos ecclesiasticas, & canonicas, & nostrum pontificem beati Petri principis apost. successorem, & reliquos coepiscopos, ac co-seniores, quibus exemplum, & forma ac sanctitas synodici iudicii, in illis proposita, & expressa est. Itaque ut hoc quoque obiter notemus, quod Petro dictum est, Petre, rogauit pro te, ut

non deficiat fides tua, non propter fidem Petri tantum, & in eo successoris eius episc. Romani scriptum est, sed propter fidem fraternitatis, idest, ecclesie Catholice connexæ cum suo capite, pro cuius fide rogauit, cum pro fide Petri rogauit, vt scilicet conuersus tanquam petra firmaret fraternitatem, idest, ecclesiam catholicam super fidem firmam Petri ædificatâ, quæ nõ potest fide defici, vt idem dominus significauit verbo ipso firmandi, nemo enim iacentem, & lapsum firmat, sed stantem, & erectum. Itaque, vt non potest, sicut Apost. ait, dicere caput pedibus, aut manibus, aut reliquis membris, quæ sunt ecclesia, siue concilium, non estis mihi opus, ita rursus, neque manus, neq; pedes, aut reliqua mēbra, quæ sunt ecclesia, dicere possunt capiti, non es mihi necessarium. Sed pergamus iam ad reliqua testimonia patrũ de summa auctoritate iudiciali episcopi Rom. Item sanctus Maximus disputans cum Theodosio Cæsariensi, Hortentur (inquit) imperator, & Patriarcha de concilii sententia, aut orent summisse pontificem Romanum, vt si quis modus ecclesiasticus reperiatur, qui hoc permittat, propter rectam fidei confessionem vobis concedatur. satis clare docuit esse episcopum Rom. primum iudicem, & summum in ecclesia catholica, si de rebus quæ ad fidem catholicam pertinent, sine auctoritate, & permissu eius tractare publice non licet. Item Iustinianus imper. in epist. ad Epiphanium, Quæ est in sexta Synodo, Quia sæpenumero (inquit) hæretici in his locis extiterunt, qui iudicio illius venerandæ sedis sublatis sunt, licet nobis dicere, ac pronunciare, omnes eos, qui habere eam pro capite noluerint, non esse dei sacerdotes, neque fideles seruos. Si imperator cum iis omnibus, qui fidem religiosi imperatoris tenebant, episcopum Rom. non summum, ac primum iudicem habuissent, nunquam omnes hæreses orientis iudicio Romani tribunalis damnatas, & extinctas esse dixisset, & eos, qui summi sacerdotis potestatem negarent, non dei, sed diaboli sacerdotes esse. Præterea Photius Constantinopolitanus Patriarcha auctor in omni genere litterarũ eruditiss. Tarasii Constantinopolitani nepos in epistola, quam ad Nicolaum pont. scripsit, solet (inquit) vulgus hominum vt plurimum propter imbecillitatem mentis, & inconstantiam rebus nouis potius inhiare, quàm in fixis, & pulchre constitutis niti, quorum ar-

dens

dens audacia, & amentia tamen Synodico suffragio extincta est, & concilii aduersus eos sententia a sanctitate vestra per suos vicarios robur, & auctoritatem accepit, tamẽ fumus adhuc relictus molestus est iis, qui in ouili sibi commissio munus episcopi recte administrare cupiunt. Satis explicite, & aperte significauit, esse episcopum Rom. primum iudicem rerum ecclesiasticarum, cui conueniat ἐπιτροπὴν συνωδικῶ ἀπόφασιν, his enim verbis vtitur, idest, auctoritatem tribuere Synodice sententiæ & paulo post, Fortasse vero (inquit) canonibus sancitis, quibus ecclesia Romana incolumis, & integra, nullisque schismatum infantiis scissa, & in sectas distracta hæctenus conseruata est, discutietur fumus, & caligo, & nos, mœstitia eiecta, recreabimur. Rursus in eadem epist. quia iusserat pontifex per legatos suos, quos Constantinopolim miserat, statuere, vt quicumque ordinati essent episcopi non consulto pontifice, referrent se εἰς οὐκείαν προμήτορα, sic enim vocauit ecclesiam Romanam primam parentem, respondit Photius, libenter se id facturum fuisse, neque quicquam aliud excusaturum, si suæ potestatis esset, neque imperator per vim obstaret. hic quoq; principatum episcopi Rom. & primas iudicii eius partes agnoscit, & cõfiteatur. Sic Photius sensit, siquid postea ab his discrepans eius fertur esse, aut falso inscriptũ est ei, aut mutata fuit mentis eius sanitas. Itẽ Theodorus Studites, sanctus confessor in epist. ad Michaële, Siquis (inquit) dubitat; aut non credit, petat pie potentia tua, explicari a pontifice, & enodationem ab ecclesia Romana ferat. Idem in epist. ad Naucratium aduersus hæreticos imaginum violatores, Testor (inquit) coram deo, se ipsos absciderunt a corpore Christi, & principe sede, in qua Christus clauis fidei posuit, aduersus quas non præualuerunt, neque præualebunt portæ inferi. Deficeret me tempus, si sanctorum patrum testimonia, de principatu Romani tribunalis, & de prima cathedra ecclesie catholice percensere vellem. Ad ea verò quæ hic obiici solent, & si satis me in meis de summa pontificis auctoritate libris respondi arbitror, tamẽ quia Caluini hæretici, ac falsi magistri Geneuensiũ pueræ institutiones nuper in manus meas venerunt, in quibus ille quicquid aduersus principatum pont. partim fingi, partim peruertere & deprauari potest, prolixè, & contumeliose congescit, respondebo ad pauca,

Kk ii. quæ

quæ tum illi fortasse difficiliora, apparebant, tum infirmos subuertere, atque incautos fallere facilius posse videantur. Sed prius ad illud, quod in præfatione apologetica suarum institutionum posuit tanquam in fronte Characterem bestię. Antichristus enim est, qui ecclesiam oculis subiectam Christi sponsam, & Vicarium Christi Petri principis apost. successorem negat. Deinde veniam ad illa, quæ in cap. viii. scripsit. Igitur Cal. non intelligens neque quæ loquitur, neque de quibus affirmat, vt ecclesiam oculis subiectam, & eius caput tollat, sic a nobis quærit, si ex animo loquuntur, de nobis dicit, respondeant (inquit) mihi bona fide, vbi nam gentium, ac locorum ecclesiã residere existiment. ex quo Basileensis Concilii decreto deiectus, & abdicatus est pont. Eug. subrogato in eius locum Amedæo, negare, vel si rumpantur, nequeunt, concilium quantum ad externos ritus attinet, fuisse legitimum, neque ab vno tantum pont. sed a duobus indictum. Pergit deinde. Damnatus est illic Eug. schismatis, rebellionis, pertinaciæ cum toto Cardinalium, & episcoporum grege, qui cum eo concilii dissolutione admoliti sunt, postea tamen principum fauore subleuatus saluum pontificatum recepit. Illa Amedæi electio generali, & sacrosanctę Synodi auctoritate rite peracta in sumũ abiit. Deinde subiungit, Ex illorum hæreticorum, rebellium, pertinacium gremio prodiit quicquid postea Papatũ, Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, Presbyterorum fuit. Deinde addit quasi victor exultans. Hic deprehensi hæreant, necesse est. Subiungit deinde, Vtram. n. in partem ecclesię nomen conferent? Negabunt ne concilium generale fuisse, cui nihil ad exteriorẽ maiestatem deerat, nempe quod duobus diplomatibus solenniter indictum præsidente Romanę sedis legato cõsecratum, rerum omnium ordine bene compositum eadem semper dignitate ad extremum perseuerauit? fatebuntur schismaticum Eugenium cũ tota sua cohorte, a quo omnes sanctificati sunt? Igitur ecclesię formam aliter definiant, aut quotquot sunt, habebuntura nobis schismatici, qui scientes, volentes ab hæreticis ordinati sunt. Hactenus Cal. Putamus ne intelligere Caluinum, quæ legit? qui cum legit, neque de antecedentibus meminit, neque consequentia conferre didicit, neque causas, neque modos, neque euentus, neque mutationes causarum, aut euentuum

tuũ notat. hoc tantum satis esse existimat ad intelligendum, si litteras oculis subiectas componendo legat. Videamus ergo an Eug. iiii. in conc. legitimo, vt Cal. fingit, damnatus sit, & pontificatu eiectus, & Amedæus sancte electus, & vt ipse ait, legitima auctoritate conc. subrogatus. Constatiense conc. inde enim repetere necesse est, constans iam communi quadam concordia ex iis, qui obedierant Ioanni, Greg. Benedicto tribus illis pontificatu eiectis, ipsisque assentientibus, & pace facta quasi iam sanius sentiens totam auctoritatem reformationis, quam vocant, faciendę pontifici cum conc. tribuit. ita enim ait sessione xl. Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in spiritu sancto legitime cõgregata vniuersalem ecclesiam repræsentans statuit, & decernit, quod futurus pont. per dei gratiam de proximo assumendus cum hoc sacro conc. vel deputandis per singulas nationes, debeat reformare ecclesiam in capite, & mēbris, &c. non iam addit, Hęc sacrosancta Synodus potestatem immãdiatè a deo habens, cui papa etiam obedire tenetur, sanctissime vero sensit Synodus creato iam pont. Martino. v. & cum eo iam coniuncta. Illud enim decretum, quod inique, & insolenter, neque præsentè certo pontifice, neque legato eius vllò, de auctoritate conc. supra pont. sessione iiii. & v. factum fuerat, rescissum damnatumque est ab eodem postea Martino. v. sacro approbante concilio, vt perspici potest in Martini bula, in qua sæpe hoc repetitum est. Imo in eadem bula eadem sacra Synodo approbante iubentur archiepiscopi, episcopi, & inquisitores, vt inter ceteros articulos, vt vocant, ibidem scriptos, & inquirendos, atque examinandos, in suspectis inquirent, vtrum suspectus, credat, quod papa Canonice electus, qui pro tempore fuerit, eius nomine proprio expresso, sit successor beati Petri supremam habens auctoritatem in ecclesia dei, cõtra quàm sentiebant Ioannes Vuicleff, & Ioannes Hus, & eorum nunc discipuli, & sectatores Euãgelici, ex quorum numero est Cal. Venio ad Basileense conc. primum auctoritate Martini. v. congregatum, postea Eug. iiii. auctoritate confirmatum. Quod quidem cum dicat, & profiteatur sine pontifice, velle se renouare decretum Constantiensis conc. de auctoritate conc. supra pontificem, id autem decretum rescissum postea esse in bula Martini eodem sacro conc. Constant. approbante, supra demonstratum

monstratum fit, sequitur, neque hanc renouationem sanctionis irritæ, & rescissæ ratam esse, & firmam. Deinde de eodem conc. Basileensi, quod Eugenius iiii. dimittere voluit, tandem redintegrato, confirmato, ac continuato sic est in sessione xvi. Declaramus (inquit) præfatum conc. Basileense a tempore prædictæ inchoationis suæ legitimè continuatum fuisse, & esse, prosecutioneque continuari, & prosecutionem habere debere ad prædicta, & pertinentia ad ea. Has vero litteras, seu bulam ipsa Synodus Basileensis ita approbavit, Lectis (inquit) & examinatis diligenter sanctis. domini Eugen. iiii. litteris eadem sancta Synodus decernit, & declarat præfatum dominum Eug. per prædictas litteras satisfecisse plenarie monitioni, citationi, & requisitionibus huius sacri conc. ipsasque litteras approbat, acceptat, & admittit, ratasque habet, & gratas, & sic ab omnibus haberi vult. Sunt præterea in hac xvi. sessione recitata, & ab Eug. iiii. confirmata, & a Synodo Basileensi approbata litteræ Martini ad Legatum suum Iulianum Cardinalem sancti Angeli, Quibus litteris continebatur, vt de omnibus, quæ agenda, & tractanda, ac decernenda essent legatus prius Martini, postea successoris eius Eug. cum consilio concilii ageret, vt iam de quocunque decreto faciendò, aut quacunque re ecclesiastica non ageretur cum Synodo, irritum esse, & omni auctoritate carere necesse esset. Cum enim Basileense conc. nomine Eug. cum Basileensi nomine Martini continuaretur auctoritate pont. Eugenii eodè sacro conc. approbata, nihil licebat præter eas litteras, seu bulam tentare redintegrato, & continuato conc. non magis quàm nunquam dimisso, & soluto, cùm iam vnum, & idem esset. Quæ enim continuantur, vnum efficiant, necesse est, & eorum vnus motus continuus est. Iam nescit Calvinus, iam ne videt, quanta sit auctoritas tum illius sceleratæ damnationis Eug. tum illius nefariæ, & sacrilegæ electionis Amedæi? An dicturus est Cal. legato Eugenii assentiente, & approbante damnatum esse Eug. & electum Amedæum? Si Synodus Basileensis capiti suo detrahit, quod Constantiensis ante tribuerat, imò eadem approbat legati eius auctoritatem ad conquirendum, decernendumque de omnibus ecclesiasticis quæstionibus de concilii sententia, postea vero pontifice & legato eius spreto, insolenti coitione facta, quasi repete corpore

pore in caput mutato pontificem damnat, & eiicit, quemadmodum non est iudicanda leuitate vsa esse, & secundum carnem iudicasse, vt in ea reperiatur est, & non? Quid igitur somniat Cal. & somniando blasphematur, inquiens, ex illorum rebellium, pertinacium gremio prodisse quicquid postea Papatum, Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, & presbyterorum fuit? Sed relinquamus iam illius blasphemias, quas turpe est etiam nominare. Veniamus ad alia, Concedit igitur Calui. cap. viii. artic. lxxxviii. quæ afferuntur a nobis ad probandum Petri principatum, esse quidem illas firmas probationes, si ostendamus (inquit) commendari ei potestatem in omnes ecclesias, qui pascere Christi gregem iubetur, neque aliud esse, ligare & soluere, quàm toti mundo præfidere. Illud quidem, ne longius probatio petatur, satis ipsa vis verborum, & sermonis Græci proprietates declarat. Pasce enim (inquit) id est, rege *πάσχειν τὰ μου*. Significare hic *κράτους* articulū, nemo est, qui mediocriter Græce norit, qui nesciat, ita vt non has, aut illas, sed *ἀποστολῆς* quascunq; oues dicat, quæ ad septa, & ouile ecclesiæ dei pertineant, plane significare voluerit, Quid enim mihi est, (inquit Apost.) de iis, qui foris sunt, iudicare? nam eos, qui foris sunt, deus iudicabit. Simile est illud, quod eidem Petro dixit, Firma *ἔσθι* *ἀδελφούς σου*, quod ad rationem fundamenti, vt alias docui, pertinet. hic quoque *κράτους* vniuersam fraternitatem, vt beatus Cyprianus loqui solet, significauit, quæ est ecclesia catholica. Episcopis vero Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithyniæ præcepit beatus Petrus pascere oues, scilicet cuiq; suas, id enim significat, quod ait, Pascite gregem, qui in vobis est, non dixit, *τὸ ποίμνιον μου*, sed qui in vobis est, & presbyteris Ephesi, Attendite (inquit Paulus) vobis, & vniuerso gregi, & ne cuncti orbis gregem intelligeremus, subiungit, in quo vos posuit episcopos regere ecclesiam dei. Alterum vero, de ecclesiæ ædificatione, super Christum confessum, vt ita dicam, a Petro, aut super Petrum confitentem Christum, quæ idem sunt, ratione tantum differentia, & illa soluendi, atque ligandi potestas huic fundamento specialiter tributa, quod ad rationem præsidendi cuncto orbi pertineat, ex ratione fundamenti intelligi potest, cuius proprium est, vniuersum ædificium portare, ac sustentare, vt radice arborem totam. Quare cum Calvinus concedit;

fuisse

fuisse quidem primum apostolorum Petrum non potestate, sed honore ordinis, id est, collocatum esse, ut idem ait, primum in ædificio, non tamen primatum habere in alios, repugnantia loquitur. non enim potest, si fundamentum est, non esse primus etiam potestate, ita ut sub eo tanquam sub capite ædificii, quod fundamentum appellamus, cum Christo per fidem connexo reliquum ædificium ecclesiæ catholicæ compactum, & connexum per omnes suas partes, & ordines, ac gradus secundum convenientiam cuiusque, virtutem, & augmentum ab spiritu Christi accipiat, ut membra sub capite, quod in ea habet principem vim motus, ac sensus, & ut arbor sub radice, in qua habet hypostasim. Est itaque Christus fundamentum ecclesiæ suæ a fidei pontifice inseparabile, & vicissim fidelis pontifex fundamentum ecclesiæ a Christo secundum promissionem eius similiter inseparabile, vnum enim atque idem sunt hæc, ratione tantum differunt secundum motum descendendi a Christo ad pontif. & ascendendi a pont. ad Christum, qui habet rationem primi fundamenti, ut pont. secundi. Sed hæc Caluinum cum ceteris Euangelicis non intellexisse, qui omnes disciplinas præter Verbi dei scientiã, quam falso iactant, contemnunt, non mirum est, ac multo etiam minus mirum, si ea blasphemant, quæ ignorant. Ut de quibusdam hæreticis dixit Iudas apost. Illud vero magis mirum, quod Caluinus tandem veritate victus qua (ut ait scriptura) nihil fortius, cum concedat, fuisse Petrum principem apostolorum, & dignitate reliquos antecelluisse, non est tamen (inquit) causa, cur quod semel factum sit, ad perpetuitatem trahamus. in quo se ostendit non obseruasse in scriptura sancta, de cuius scientia, & studio vane gloriatur, significare verbum ædificandi perpetuitatem successionis in regno ecclesiæ. Quod enim dominus dixit, cum promitteret regi Dauid perpetuam successionem regni in domo eius secundum spiritum, Firmabo regnum eius, & stabiliam thronum eius usque in sempiternum, & paulo post, Thronus tuus erit firmus in seculum, pro hoc rursus dixit paulo infra, ædificabo tibi domum, similiter nunc ædificare Christum non super arenam iuxta parabolam euangelii, sed super petram, quæ symbolum firmitatis est, regnum suum spirituale, quod est ecclesia, sit firmare illam perpetua auctoritate fidelis regis ecclesiæ, id est, pontificis, ut sit thronus

thronus eius firmus usque ad consumationem sæculi, quod statim declarauit, subiungens, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, quod quidem declarat, nunquam desituram esse ecclesiã. Sed huc locum copiosius explicauit in iis libris, quos de hac re iam pridem scripsi, vnde sunt, si quæ hic desiderabuntur, petenda. Præterea quod quærit Cal. cum Apost. in epist. ad Eph. viuam vniuersam ecclesiæ catholicæ imaginem nobis depingeret, cur vnitatem eius ad ministerium vniuersi capitis non retulit, cur, inquam, qui dixit, vnum corpus, vnum baptisma, non addidit vnum summum pontificem, qui ecclesiã in vnitatem contineret, & qui dixit, & ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores, non dixit, vnum omnibus præfuisse, qui vices suas gereret? Si Caluinus scrutari scripturas, & virtutem earum perpendere, didicisset, ut Verbum dei temere iactare didicit, nunquam hic hæreret. Igitur cum Apost. dixit, Vnum corpus, quod quidem ad vniuersam ecclesiã sub aspectum cadentem retulisse, nemo, credo, est sanæ mentis, qui dubitet, non dixisse de corpore, quod capite aspectabili careret, ex eodem Paulo intelligi potest. Cum in epist. ad Rom. de eodem vno corpore loquens, Multi (inquit) vnum corpus sumus, omnes enim dicit, qui sunt multi, ut idem Apost. & in eadem epist. de quibus dixerat, pertransisse mortem in omnes, de eisdem dixit statim, vniuersi delicto multos mortuos esse. Rursus de eodem corpore vno loquens in epist. priore ad Corinth. omnes nos (inquit) in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, & omnes in vno spiritu potati sumus. Itaque de hoc ipso corpore Christi, quod est ecclesia, dixit paulo infra in ænigmati, non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarii, habet ergo hoc vniuersum corpus caput sub sensum cadens, ut sunt manus, & pedes. Christo enim qui est caput & principium omnis principatus, & potestatis, ut Apost. ait, non sunt necessarii pedes, aut manus, aut reliqua membra, quæ sumus nos, neque ille nobis indiget, sed nos potius illo indigemus, Deinde quo magis pateat, de vniuerso corpore Christi, quod est ecclesia, apostolum loqui, subiungit ministeria in ecclesia vniuersali a Christo disposita, & collocata, similiter ut in epist. ad Eph. L1 lios,

hos, inquit, & quosdam quidem posuit deus in ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, mirum, si non visum est Caluino, præteritos esse hic pastores, quia non audit nomen pastorum, cum satis sit doctores, & gubernationes nominasse, oportet enim, pastores spirituales, quorum officium est spiritualia gubernare, idoneos esse ad docendum, sic igitur in epistola ad Eph. non necesse fuit, addere, ut vult Caluinus, vnum omnibus præfuisse, cum satis esset, dixisse vnum corpus, ut vnum caput simul intelligatur, idque visibile, quod non possit ceteris membris dicere, non estis mihi necessaria. Qui autem vnum caput dicit, idem dicit, vnum hominem reliquis hominibus, qui sunt membra ecclesiæ, præfectum. Ait præterea Caluinus, duxisse Cyprianum originem vnitatis ecclesiæ, ab vno Christi episcopatu, fuisseque veteribus de vnitatis terreni capitis prorsus ignotum, sic enim ait. ca. viii. art. ciiii. recitat igitur multa verba Cypriani ex libro de vnitatis ecclesiæ, (sic enim inscribitur liber in veteribus exemplis, qui nunc de simplicitate prælatorum fertur inscriptus) & quæ ille de vno episcopatu Petri scripsit, aut non intellexit, aut malitiose interpretatur. Cui enim Cyprianus causam hæresum, & schismatum assignaret, subiunxit, Hoc eo fit fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, neque caput quaeritur, neque magistri cœlestis doctrina seruetur, de quo autem capite diceret, & quæ ista esset doctrina cœlestis magistri de capite, statim explicauit subiungens, Loquitur dominus ad Petrum, Ego tibi dico (inquit) quia tu es Petrus, & super petram istam ædificabo ecclesiam meam. Et paulo post, Et eidem post resurrectionem dicit, Pasce oues meas. Ac rursus paulo post, ut vnitatem ecclesiæ manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit, ab vno (inquit) incipientem, id est, a capite quod supra dixerat, non quaeri ab hæreticis, & schismaticis, quod dominus sua auctoritate disposuit, cum dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. hæc vnitatis terreni capitis efficit, ut vna sit in terris ecclesia, hoc enim significat, quod idem Cyprianus ait, Exordium ab vnitatis proficiscitur, ut ecclesia vna monstratur, Et paulo post, Vnum caput, vna origo est, & una mater fecunditatis. Rursus cum paulo post ait, episcopatus vnus est, non hoc dictum est ut

fingit

fingit Cal. de episcopatu Christi, qui est alioqui vnus ecclesiæ episcopus animarum nostrarum, sed de ordine episcoporum in terra, qui est vnus, cuius a singulis, ut ait idem Cyprianus, in solidum pars tenetur, non enim magis est ordinis episcoporum vnus episcopus, quam alius, imo omnes sunt, quod vnus secundum rationem episcopi. Vnum tamen est caput, & origo a dño disposita, unde ceteros, inquit, proficisci voluit, ita ut per hoc caput ceu per fontem, & lumen quoddam, ac radicem ceteros episcopos tanquam riuos, & radios, ac ramos quosdam ille fons aquæ viuæ, ac pater luminum, & arbor vitæ emittat, deriuat, proferat moderetur secundum mensuram vniuscuiusque. Sed quod de pontifice dictum accipiendum sit, quod beatus Cyprianus in epist. ad Corn. dixit, causam hæresum, & schismatum esse, quod caput non quaereretur, ex eodem rursus Cypriano intelligi potest, quod Caluinus vel non aduertit, vel quod probabilius est, callide dissimulauit, Itaque eandem causam assignans, non aliunde (inquit) hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti dei non obtemperatur, neque vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quicquam moueret. Vniuersam ecclesiam, id est catholicam vocauit vniuersam fraternitatem, quæ vni capiti obtemperare debet.

Postremo, ut ad illud respondeam, quo Cal. totam hanc quaestionem terminare voluit, Sic enim ait art. cxv. Verum ut semel quaestionem hanc finiamus, qualis olim fuerit Romani episcopi iurisdicatio, vna historia palam faciet. Accusauerat (inquit) Cæcilianum Donatus, damnatus fuit reus indicta causa. Ventum inde est ad Const. imperatorem, ille cum vellet causam ecclesiastico iudicio finire, cognitionem mandauit Melchiodi Rom. episcopo, cui addidit collegas nonnullos ex Italia, ex Gallia, ex Hispania episcopos. Deinde subiungit, Si id erat ex ordinaria Romanæ sedis iurisdictione audire appellationem in causa ecclesiastica, cur alios sibi adiungi patitur imperatoris arbitrio? Imo cur ipse iussu magis imperatoris, quam ex officio suscipit iudicium? Obicit deinde aliud, Vicit illic (inquit) Cæcilianus, Appellat Donatus ad imper. Const. Hic Constantinus appel-

litionis

lationis iudicium demādat episcopo Arel. Sedet ille iudex post Rom. pont. Si Romanā sedes summā habet potestatem sine prouocatione, cur sibi tam insignem ignominiam irrogari patitur Melchides? Et quis imperator hoc facit? Constantinus scilicet. Hæc Cal. quibus se ait, vt dixi, totam hanc quæstionē velle finire, quasi essent valentissimā ad efficiendum, quod volebat. Ego vero quia vel hæc fatis esse existimo ad conuincendam hominis vel ignorantiam, vel malitiam, finem hic respondendi faciam. Appellauit Donatus in causa ecclesiastica Constantinū, fatemur, quid tum, si iniusta fuit appellatio? Aut cur non probauit Cal. iustam fuisse? Quis enim imperatorem ecclesiasticæ causæ iudicem fecit? Adiunxit Melchiadi Constantinus collegas episcopos, vnde hoc probat Cal. recte factum? an quia fecit optimus imperator? viderit Cal. vtrum hoc satis sit. Rursus appellat Donatus Const. iniqua est appellatio, & temeraria. Post Romanū iudicium causam detulit episcopo Arelatensi Const. Itē hoc vnde pbat Cal. licuisse? scilicet quia erat Constantinus, sic enim ait, & quis imperator hoc facit? Constantinus scilicet. Sed quo magis erubescat Cal. & qui eum sequuntur, recitemus ex eadem epistola Aug. illa, quæ vir sanctissimus Aug. de iis scripsit, quæ Cal. nobis obiecit, quæ quidem miror vehementer, aut non intellexisse Caluini, aut fortasse non legisse, præsertim cum epistolam citer, ex qua historiam istam petiuit, non debuit (inquit) episcopus pro consulari iudicio purgari, Cæcilianum dicit, Deinde excusate eum, culpam purificationis episcopi coram iudice sæculari in Constantinum imperatorem transferens, subiungit enim, Quasi vero ipse sibi hoc compararit, ac non imperator ita quæri iusserit, ad cuius curam, de qua rationem deo redditurus esset, res illa maxime pertinebat. Arbitrum enim & iudicem causæ traditionis, & schismatis illi eum fecerant, qui ad eum etiam preces miserāt, ad quem postea prouocarunt. Et paulo post, An forte non debuit Romanæ ecclesiæ Melchides episcopus cum collegis transmarinis episcopis illud sibi vsurpare iudicium, quod ab episcopis lxx. vbi primas Tigistanus præsedet, fuerat terminatū? Quid quod neque ipse vsurpauit? Rogatus quippe imperator iudices misit episcopos, qui cum eo sederent, & de tota illa causā quid iustum videretur, statuerent. Precibus igitur victus fecit Constant.

quod

quod alioqui neque facturus erat, neque facere licebat. De Arelatensi vero iudicio paulo post sic ait, Sed apud imperatorem ausi sunt accusare, quod male iudicarent scilicet episcopi cum pontifice, dedit ille aliud Arelatense iudicium aliorum scilicet episcoporum, non quia iam necesse erat, sed eorum peruersitatibus cedens, & omni modo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neque ausus est Christianus imperator sic eorum tumultuosas, & fallaces querelas suscipere, vt de iudicio episcoporum, qui Romæ federant, ipse iudicaret. Sed alios, vt dixi, episcopos dedit, a quibus tamen illi ad ipsum rursus imperatorem prouocare maluerunt. Quia in re illos quemadmodum detestetur, audistis. Atque vtinam saltem ipsius iudicio insanissimis animositatibus suis finem posuissent. Atque vt eis ipse cessit, vt de illa causa post episcopos iudicaret, a sanctis antistibus veniam petiturus, dum tamen illi, quod vltius dicerent, non haberent, si eius sententiæ non obtemperarent, ad quem ipsi prouocauerunt, sic & illi aliquando cederent veritati. Hactenus Aug. Eat nunc Cal. & obiciat nobis de Arelat. iudicio, & de iudicibus a Const. adiunctis Melchiadi, quorum vtrūq; fecisse Constantinum precibus victum, & sibi alioqui consciū, non licere, vt vel sic paci consuleret, affirmat idem Aug. ex cuius epist. clxii. historiam, quam nobis obieceret, recitauit Cal. Sed interrogemus Calui. cur illud dissimulauit, quod Aug. in eadem epist. de ecclesia Romana scripsit, in qua semper (inquit) apostolicæ cathedræ vixit principatus. & quæ sequuntur. Cur, inquam, hoc dissimulauit, nisi quia vt nouus quidam Corita, aut Rubenita a summo sacerdote defecerat, a quo quā sit graue, & periculosum deficere, superest, vt hoc postremo loco doceamus, recitatis solum, quæ Clemens Rom. in libro de schismatibus de ea re scripsit, Reddamus Latine. Si (inquit) qui a rege suo deficit, dignus supplicio est, quamuis filius, quamuis amicus sit, quanto erit magis, qui a sacerdotibus defiscit? quanto enim sacerdotium, quod de anima certat, excellentius regno est, tantò grauiorem pœnam sustinebit, qui sacerdotio repugnare ausus fuerit. Nam nec in regno fuit impunita filii defectio, neque enim Absalon, Seba, Core, Datan impune tulerunt, quia illi a rege Dauid propter regnum defecerunt, hi cum Moyse de principatu contenderunt, & vtrūq; probris, & maledictis



ledictis vexarunt. Absalon quidem cum patrem quasi iniquum iudicem insectaretur, singulis dicebat, Sermones tui boni sunt, sed non est, qui te audiat, qui tibi ius reddat. quis (inquit) constituat iudicem? Seba vero non est (inquit) mihi pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iesse. quibus verbis significabat, indignum esse, ut sub potestate, & imperio Dauid esset, de quo tamen dixisset deus, Inveni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Datan vero, & Abiron, Nunquid (aiebant) parum est, quod nos eduxisti ex terra Aegypti melle, & lacte manantis? quod eruisti oculos nostros? & tu imperas nobis? & congregarunt magnam ecclesiam contra eum. Et Corithæ, nunquid (aiunt) soli Moyse locutus est deus, quia soli Aaron dedit sacerdotium? an non omnis synagoga domini sancta? & quid est, quod solus Aaron fungitur sacerdotio? & ante hos dixerat alius, quis te constituit principem, & iudicem super nos? Et paulo post, Contra hunc (inquit) steterunt Corithæ, & Rubenitæ, & lapides in eum proiecerunt orantem, & dicentem, Ne respicias ad sacrificium eorum. Et gloria dei, quæ apparuit, alios quidem deiecit humi, alios vero combussit. Atque ita auctores quidem schismatis, qui dixerunt, demus nobis ipsis ducem, terra dehiscens cum tabernaculis, & rebus omnibus deuorauit, descenderuntque in infernum viuentes, Corithæ vero consumpsit ignis. Si vera est apostoli sententia, quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus, profecto scripta sunt hæc, ut si quâdo simile aliquid eueniret, quod euenisse iam magno cum dolore cernimus, scilicet novos Corithæ, & proceres Rubenitas a summo sacerdote, & cuncti orbis præside defecisse, eumque maledictis, & probris vexare, ne animum desponderemus, neue deum nostri oblitum esse suspicaremur, quin potius patienter expectaremus, quousque gloria domini appareret, quæ novos Corithæ partim combureret, partim ab errore conuerteret. Ut non ita pridem euenit, cum gloria domini apparuit, quæ Absalonitas, & Sebanitas, impios filios, & perfidos amicos, qui ab imperatore suo desciscissent, humi deiecit, & prostravit, descenderuntque in infernum cæsi gladio, ut impiam, & nefariam defectionem poenitentibus lærent sempiternis. Subiungit deinde Clemens, Quod

si iis,

si iis, qui se propter philarchiam congregarunt, id est, propter principatus cupiditatem, statim deus supplicium inflixit, quanto magis principibus, & auctoribus impiarum hæresum, & sectarum infliget? grauius profecto iudicium his impendet. Verum vos (inquit) fratres de scripturis eruditi caute, ne faciatis schismata, ac scissions diuinæ sententiæ, & vnionis. Qui enim impiæ disciplinæ auctores sunt, inuentores sunt interitus populi. Similiter laici (inquit) ne accedatis ad eos, qui contraria sententiæ, ac voluntatis dei tradunt, neue eorum impietas vobiscum communis sit, ait enim dominus, Separamini de medio horum, ne pereatis cum illis. Et rursus, Exite de medio, & separamini, & immundum ne tetigeritis, & ego suscipiam vos. Hæc Clemens in eos, qui contra iustitiam, æquitatem, & obedientiam Verbi dei, à summo sacerdote, & spiritali patre patrum deficiunt, & deficiendum esse docent, qui est character verbi non dei, sed diaboli, quod Euangelici tradunt. Sapientia enim, quæ de sursum est, pacifica, æqua, & obediens est.

Rursus ad pacem, æquitatem, & obedientiam sapientiæ celestis pertinet, ecclesiasticas consuetudines non solum quæ ad decorum, & ordinem, sed quæ ad ritus symbolicos, & mysticas ceremonias spectant, tanquã leges matris nostræ tenere. Quas qui docet non esse tenendas, is non verbum pacis, sed contentionis, non iustitiæ, & æquitatis, sed iniustitiæ, & iniquitatis, non obedientiæ amicum, sed inimicum, id est, verbum diaboli cum profitetur. quare si Euangelici secundum verbum, quod tradunt, contentiosum, & æquitatis, atque obedientiæ, inimicum, ritus, & ceremonias ac consuetudines ecclesiæ nostræ reprehenderit, & respuendas esse contenderit, respuideamus, Quod ex Apostolo didicimus, nos talem consuetudinem repugnandi scilicet & contradicendi sanctis traditionibus non habere, neque ecclesias dei. Præceperat enim Apostolus viris quidem, orare in ecclesia aperto capite, mulieribus vero, tecto, quod vsque in hodiernum diem per cunctum orbem inter catholicos seruetur. Præceperat quoque mulieri, non tondere capillum, qui ei natura datus esset pro velamine. cuius præcepti rationem aperuit Synodus Gangrensis. c. xvii. Si quæ mulier (inquit) ut habeatur religiosa, tondeat comam, quam deus dedit ad recordationem subiectionis, anathema sit. Ut iam valitudinis

letudinis gratia, aut tollendæ sollicitudinis de pectendõ, aut curando capillo, tum etiã ad recordationem renunciationis mundi, & voluptatum, quas designant capilli, vt apud nos fit in monachis fœminis, tondere quidẽ, liceat mulieribus. Viris quoq; præceperat, non nutrire comam, scilicet causa religionis more Nazaræorum, vt. S. Epiph. lib. iiii. tom. ii. scribens aduersus Meletianos interpretatur. Solis enim (inquit) Nazaræis comam capitis nutrire in typum Christi capitis nostri propter votũ, quod faciebant, tandiu licuit, donec venit votum mundi, idest, Christus optatus, & desideratus gentibus. Cum ergo typus, & umbra legis transferretur, & veritas venerit, turpe iam est, & naturæ repugnans, hac ratione nutrire velle. quæ quidem turpitudine (inquit Epiph.) a proprio capite in Christi caput nostrum redundarit, scilicet quia coma, quæ ex summa parte hominis natura nascitur, idest, ex capite, typus Christi est, qui ex deo natus est, qui est eius caput. Deinde quia sciebat Apostolus, non de futuros esse cauillatores tam calumniolosos, & præfractos, vt neq; ipsa natura commonefaceret, qui que sensum suum, quàm rationem vllam sequi mallent, & qui libertatem euangelii interpretarentur *ἀδιαφορίαν*, quorum sapientia non esset æqua, & obediens, subiungit, Siquis videtur contentiosus esse, non dixit, si quis videtur, non seruare consuetudinem ecclesiasticam, liceat enim aliquando non seruare aliquam, si necesse sit, & seruari non possit, sed si quis videtur contentiosus esse, idest, si quis non contentus non obedire ecclesiasticæ consuetudini, quod malum est, insuper studeat, vt tollatur, quod est peius, is enim dicitur contentiosus, qui non solum non obedit, sed contraria facit, hæc est enim vis verbi, vt Philo. in lib. de ebrietate notauit, cum legem Deut. de filio non obediente, & contentioso capiendõ interpretaretur. Nos (inquit) talem consuetudinẽ non habemus, neque ecclesia dei, idest, nos consuetudinem a nobis ecclesiis traditam, & ab ecclesiis acceptam sequimur nõ repugnantes, sed obediens. Non existimauit, respondendum esse amplius ei, qui non acquiescit consuetudini ecclesiarum, vt superbo, & nihil scienti, ac languenti circa quæstiones, & pugnas verborum, vt in alio loco dixit de non acquiescente sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & piæ doctrinæ. Eos itaque (inquit Epiph.) qui sic faciunt, & sic contendunt, extra

sanctionem

sanctionem Apostolorũ, & simul extra ecclesiam posuit Apostolus. Quare qui piæ, laudabiles, sanctas, & religiosas ecclesiarũ catholicarum consuetudines, & cum scriptura, ac natura, & disciplina conuenientes aspernatur, sciat, se simul aspernari eos, qui illas ecclesiis tradiderunt. Partim enim earum Christus primum apostolis tradidit, partim apostoli, partim ii tradiderunt, quos apostoli ordinarunt, & miserunt, quos Clem. Rom. lib. vii. ordinationum apostolicarũ nominat, qui fuerunt, Zachæus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, post eum Cornelius, tertius Theophilus, Ennodius Antiochiæ, post eum Ignatius, Annianus Alexandriæ, post eum Abilius, Linus Romæ, post eum clemens, Timotheus Ephesi, Ariston Smirnæ, Gaius Pergami, Demetrius Philadelphicæ, & Lucius Cenchrensis, Titus Cretæ, Dionysius Athenarum, Marthones Tripolitanus. Episcopus, Archippus Laodicæ, Philemon Colossensis, Onesimus Beroæ in Macædonia, Crescens Galatiæ, Aquila, & Nicetes Paræciarum Asiæ, Crispus Aeginæ, Deinde subiungit, Hi sunt, quibus paræcias commisimus, quorum doctrinæ memores semper, custodite nostros sermones, & sit dominus vobiscum nunc, & in sempiterna sæcula, sicut ipse dixit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi. Denique quos isti ab apostolis ordinati, item ordinarunt, eorũ alii alias piæ consuetudines decori, ordinis & cerimoniarum deinceps tradiderunt, ita vt nullas ecclesiasticas consuetudines, & cerimonias notare liceat, quæ non sint antiquissimæ, quarum omnium ad ipsos Apostolos quodammodo referenda est origo, & auctoritas. Quod enim Apostoli per se ecclesiis dixerunt de episcopis, quos ipsi ordinarunt, Horum scilicet doctrinæ memores semper, custodite sermones nostros, hoc ipsum per illos ipsos, quos ordinarunt, dicunt ecclesiis de iis, quos ipsi illi ordinati ab Apostolis ordinauerunt, atque ita deinceps vsque ad nostrorum temporum, & nostrarum ecclesiarum episcopos, de quibus dixerunt nobis Apostoli, Horum doctrinæ memores semper, custodite nostros sermones. Rursus vero de apostolis primum dominus dixit, qui vos audit, me audit, & per eos idem de reliquis præpositis ecclesiarum. Quare qui ritus cerimoniarum, & consuetudines ecclesiasticas non seruat, hic apostolorum sermones nõ seruat. Ipsi enim

M m de

de omnibus episcopis ecclesiarum siue per se, siue per successores ecclesiis dixerunt, quod Clem. ait, Horum doctrinæ memores semper, custodite nostros sermones, & Paul. obedite (inquit) præpositis vestris. Quare qui non custodite ea, quæ ecclesiæ memores doctrinæ suorum præpositorum custodiunt, is sermones apostolorum non custodit & qui horum sermones non custodit, neque Christi custodit. En, quo prouehit non obediens cōtemptus ecclesiastici ritus. Sed quia Euangelici tradunt, nugas esse ecclesiasticas cerimonias, nihilque vilitatis habere, neque esse intellectas, esseque præstigias, & spectatium oculos inani pompa deludere, sic enim scripsit Cal. xiii. c. suarum Instit. dicit autem, loqui se de cerimoniis, quibus (inquit) subesse magna mysteria, volunt Romanenses magistri. nos vero nihil, quàm mera ludibria experimur, sic iste blasphematur, quæ ignorat, sicut de similibus hæreticis Iudas apostol. dixit, Experiamur nos exempli gratia de mysticis cerimoniis sacri baptismi, quas cum ceteris rident, & explodunt, & earum mysteria, quàm breuissime possumus, explicemus, vt intelligat omnes, qui credere voluerint, nisi enim crediderint, sicut ait Es. non intelligent, de flatu mystico, de sale in os baptizandi mittendo, de linendis sputo naribus, & auribus, de vngedis oleo pectore, scapulis, de induendis albis, de vnctione capitis. Hæc enim omnia, vt dixi, rident, nō propter religionem & pietatem, vt fingunt, sed vt contentiose abiecta semel obedientia ecclesiis catholicis per omnia contradicant. Explicemus itaque primum de exufflatione, quam vocant, cuius rei imago sit, & quam gratiam spiritualem, & vim efficiētem habeat. Habet enim, sicut Apost. ait, euangelium imagines rerum. vmbri legis longe excellentiores, quæ cum inuocatione, & preteritione coniunctæ habent ex virtute dei gratiam spiritualem, & virtutem operandi, quarum nuda symbola vmbra illæ veteres erant, vt Apost. in epist. ad Heb. docuit. Igitur flatus mysticus diabolus eiecit virtute spiritus dei, qui prius spirauerat spiraculum vitæ in faciem hominis, quem de limo terræ in veritate, & iustitia creauerat, & quem a diabolo ante destructum nunc ex aqua, & spiritu sancto iterum creaturus est. An igitur natura spiritus aërei, qui miræ celeritatis est, & ad agendum, & viuificandum mirabiliter efficax, non docet nos, quàm abso-

absonum sit, & absurdum, mystico statui cum inuocatione, & preteritione coniuncto non concedere vim spiritualem eius, qui est dominus, & effector omnis creaturæ? Deinde quia nulla societas lucis ad tenebras, nulla conuentio Christi ad Belial, & iuxta Leuit. nulla fermenti cum sale in oblatione coniunctio, idcirco expulso prius diabolo fermenti sapientiæ terrenæ, & animalis patre, quod exufflatio ipsa cum exorcizatione significat, idque agit, inditur sal in os baptizandi, vt fiat victima deo accepta, & grata, sicut scriptum est in euangelio iuxta Leuiticum, Omnis victima sale salietur. Qui enim in mortem Christi baptizantur, in Christo, tanquam in altari mysticè, vt ait Dionys. consecrati, fiunt victima, & holocaustum. Sal ergo mysticum symbolum est *ὀσφραγισμὸν* sapientiæ, quæ esse debet in eo, qui est Christi, vt sicut apostolus ait, sermo eius sit sale conditus, qui det gratiam audientibus, idest, vt in alio loco dixit idem Apostolus, qui sit bonus ad ædificationem fidei, idcirco statim recitatur symbolum fidei, quæ est quædam, vt ita dicam, recapitulatio diuinæ sapientiæ, quæ instar salis seruat ab ea, quæ est in mundo, concupiscentiæ corruptione, An ergo ipsa natura salis tam apte in ecclesiastica consuetudine naturam sapientiæ spiritualis, & diuinæ exprimens & cū inuocatione coniuncta eam operans non docet nos, quod qui hanc mysticam imaginem mittendi in os baptizandi salis rident, aut contemnit, is rem ipsam, idest, sapientiam spiritualem & datorem eius Christum, qui est sapientia patris, rident, & contemnit? Deinde quia hæc sapientia spiritualis facit, vt anima aspirationes dei excipiat, quod est aurium spiritualium, item facit, vt discernat scienter odorem vitæ ab odore mortis, quæ est vis, & potestas narium spiritus, idcirco sale in os indito, & recitato symbolo, tanguntur nares, & aures, idque sputo, quod quidem significat, idque cum inuocatione efficit, vt quandiu hæc virtus in eo manserit, non sit is auditorus, aut odoraturus sermones vanos, in quibus, vt ait Iob, non magis gustus est, quàm in pane sine sale. designat enim saliu gustum, quod sine humore linguæ nihil percipiat gustandi sensus. In tanta ergo, & tā apta ratione symboli annon docet nos ipsa natura, quod qui hanc symbolicam, & solennem cerimoniam nares, & aures sputo linendi spernit, & vanam esse iactat, illud quoque, quod

significat & operatur, spernit? id est, gratiam sermonis utilis, & suauius? Deinde quia is, qui ad baptismum venit, in certamen, ut ait Dionys. vocatur, cuius leges (inquit) descripsit Christus, ut sapiens, præmium fabricauit, ut præpotens, proposuit, ut benignus, deinde certamen adiuuat, ut bonus, idcirco oleo, quo athletæ unguuntur, & quod iam sanctificatum Christi imago est, & per inuocationem, & sanctificationem gratiam spiritualem, virtutemque operandi accepit, ut tradit Clemens in vii. lib. *τῆς διατάξεως*, ungitur pectus, quæ unctio designat, & operatur inuictum robur, & cordis custodiam, ac propugnaculum, & scapulæ unguuntur, quod eis, ut idem Dionys. in cœlesti Hierarch. tradit, omnium partium vitalium vis contineatur. Hic etiam natura, quæ oleum tam utile ad roborandum corpus gignit, an non docet nos oleum mysticum, quod omnis creaturæ tum corporeæ, tum incorporeæ dominus sanctificat, & virtute spirituali afficit, non contemnere? & quod qui contemnit, is quidem certamen, in quod noua creatura per baptismum vocatur, & eum, qui leges certaminis descripsit, præmium proposuit, & certamen ipsum adiuuat, vituperat, & contumelia afficit? Deinde post baptismum statim, baptizatus induitur tunica albam, quia scilicet hæc est vis, & proprietas tunicæ, quam Dionys. notauit, ut ab iis, quæ lædunt, defendat, & ad vnum corpus applicata eum ornet, candor vero diuini splendoris index est. Sic ergo baptizatus forti, ac diuina quadam virtute ab aduersario defensus, & protectus, atque ad vnum deum applicatus, ornatur vita splendida, & diuina. Hæc protectionem, & ornatum significat, & efficit mysticum indumentum cum inuocatione, & præcatione coniunctum. An igitur natura, vis, & proprietas huius symboli tam apte dignitatem, & statum diuini regenerati in ecclesia representans non docet nos, quod qui eum respuit, iniuriam facit deo, qui hæc in anima eius, qui regeneratus est, facit? Post indutam tunicam, quæ, ut dixi, diuinæ protectionis, ut magnus Dionys. tradit, & applicationis ad vnum deum symbolum efficax est, ungitur deinde caput regenerati, quod quidem symbolicè significat, vniri cum deo, cuius sunt omnes gratiæ, & charismata, eum, qui baptizatus est, fierique ab eo suauius apud deum, & homines odoris, propter virtutes, ascriptumque esse iam in regnum sacerdotale Christi.

Vnge-

Vngebantur enim olim capite reges, & sacerdotes. Siquis ergo olei sacri, & odorati vim, & proprietates exquirat, & cum charismatibus spiritus sancti, id est, cum sanctissimis virtutibus comparet, profecto docebit eum natura ipsa cum inuocatione spiritum sanctum contumelia afficere, & eius cum mente coniunctionem spernere, qui symbolicam, & sacram unctioem capitis solenni ritu & ecclesiastica consuetudine apostolicæ traditionis in baptizato fieri solitum contemnit. ad hunc modum in reliquis ceremoniarum ritibus symbolicis, qui sunt in ecclesiis catholicis plurimi, vel natura ipsa, ut Paul. diuine admonuit, docere nos potest. Euangelicos vero Babylonios, duos, & feros, si neque natura ipsa symbolorum cum inuocatione, & præcatione coniuncta ad diuinas res representandas, & operandas aptissime accommodata ad religionem tenendi ea mouet, neque commouefacit, & malunt eiicere huiusmodi ritus sacros, & ceremonias quasi inanes, & ludicras, quod iam diu faciunt, non quidem ob religionem, ac pietatem aliquam, ut simulant, sed potius ut contradicant, & non obediant, respondemus eis, quod Apost. respondere docuit, apostoli, & qui Apostolos consecuti sunt, & qui eis successerunt, talem consuetudinem non habuerunt, scilicet symbolicas ceremonias tollendi, neque talem consuetudinem habent ecclesiæ dei, quæ vsque in hodiernum diem a priscis temporibus, quæ illi tradiderunt, religiose retinent. Quod si Apost. consuetudinem ecclesiarum opposuit, & eam consuetudinem ecclesiarum, quam defendebat, ad cultum dei referri docuit, cum dixit, omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput suum, & de muliere, An decet mulierem non velatam orare deum? quomodo Verbum dei esse potest, quod ecclesiasticas consuetudines non admittit? & consuetudines ecclesiasticarum ceremoniarum negat posse ad cultum dei referri? imo tradit, dei cultum ecclesiasticis ceremoniis contaminari, ut Cal. tradit. Neque enim quod Apostolus dixit, An natura ipsa non docet vos? & illud, quod sequitur, Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei, hæc inquam, non dixit propter ritum tantum de coma viri non nutrienda, sed propter ceteros quoque ritus ecclesiasticos similes, id est, symbolicos ac mysticas ceremonias. Quarum consuetudinem seruandam esse tum propter auctores

res

res eorum, tum propter utilitatē, tum etiam ad vitandas offensiones, & scandala vel ex iis intelligere licet similia cum similibus comparando, quæ Philo Alex. in libro de migratione Abrahæ de consuetudine mysticarum ceremoniarum veteris testamenti scripsit. Sunt (inquit) nonnulli, quibus cum persuasum sit, symbola esse rerum spiritualium ipsa legum verba, diligenti illi quidem studio res illas occultas exquisierunt, hæc vero verba desidiose, & ignave neglexerunt. oportebat autem pari studio teneri tum occulta illa perscrutandi, tum hæc aperta custodiendi. At nunc tanquam soli, & a conuictu hominum remoti, & quasi corporibus depositis, neque ciuitatem, neque pagum, neque conuentum hominum cogitantes, iis neglectis, quæ multitudini patent, solam veritatem cōtemplantur. quos quidem scriptura sacra docet, vt studeant recte sentire, & nullas consuetudines tollere, quas sancti viri, & maioris, quàm nos, auctoritatis, constituerunt. Neque enim quia sabbatum symbolicè docet, studendum esse diuinis, & vacandum a caducis, idcirco leges sabbati non seruabimus de non incendiendo foco, colendo agro, ferendo onere, accusando, reddendo iure, repetendo deposito, exigendo scēnore, aut non faciendis aliis, quæ diebus nō festis facere licet. Neque quia dies festus lætitiā animi designat, & gratiarum deo agendarum symbolum est, idcirco annuas celebritates deferemus. Neque quia circumcidi significat, extirpandas esse voluptates, & perturbaciones, euellendamq; impiam opinionem, qua cogitet mens, posse per se gignere, ob eam causam legem circumcidendi abrogabimus. Imo vero templi cultum, & religionem, & infinita alia negligemus, si illa solum spiritualia attendamus, quæ in ænigmate significantur. Quin potius existimandum est, esse hæc quidē corpori similia, illa vero animæ. Quare vt corporis cura habenda est, quia sit animæ domicilium, sic verbis legis studendum est. his enim seruatis apertius spiritualia illa intelliguntur, quorum Symbola sunt hæc corpora. Adde, quòd reprehensiones, & criminationes multorum sic vitabimus. Hæc Philon. quæ in ceremonias quoque mysticas noui testamenti licet longe præstantiores mirabiliter conueniunt. Quàm graues, & quanti momenti rationes colendarum ceremoniarum attigit doctiss. auctor. Quæ quanquàm auctoris a nostra religione

gione alieni, & pro ceremoniis veteribus iam antiquatis, & desitis dictæ, tamen propter similitudinem tam apte, & accommodate ad ecclesiasticas ceremonias mysticas traduci possunt, vt si de eis proprie prolatae essent. Tria itaque notauit Philon ad defendendas veteris testamenti ceremonias, quæ sunt auctoritas eorum, qui eas instituerunt, utilitas, quæ in eis inest, tertium est, vitare scandalum, & criminationes. Igitur cum de ceremoniarum ecclesiasticarum auctoritate loquimur, cogitemus, sic dici a primis magistris ecclesiarum, vt Apost. dixit de ecclesiastico ritu silentii religiosi mulierū, sic in omnibus ecclesiis sanctorum docemus, & illud, talē consuetudinē nō habēt ecclesiæ dei, & tenete traditiones, quas tradidi vobis, & quod apostoli de magistris ecclesiarum deinceps cōsecutis, nobis, vt Clemens Rom. auctor est, dixerunt, Horum doctrinæ memores, custodite nostros sermones. Sermo enim Apostolici præcepti est, vt teneatur, quod in omnibus ecclesiis sanctorum à magistris earum catholicè docetur. Hæc est igitur auctoritas ecclesiasticarum ceremoniarum consuetudo scilicet ecclesiarū, auctoritate Paul. ad Cor. sancita, & à natura cōmendata. Utilitas vero mysticarum ceremoniarum tum in significando, tum in operando consistit, per eas enim tanquam per notas sensui subiectas accommodate ad naturam nostram ex corpore, & anima constantē ad spiritualia, intelligēda, & participāda, id est, ad deum, & dei charismata, quæ sunt virtutes eius, euehimur. altera utilitas significationis in symbolicis, ac mysticis signis ceremoniarum latentis hæc est, ne aspiciāt, qui digni non sunt, non enim omnium est scientia, sicut Apost. ait, quam sententiā ad ea diuinus Dionys. accommodauit, quæ in symbolis apostoli, & apostolici patres operata esse voluerunt, ne profanis pateant, quæ quidem iis aperienda sunt, qui iam tute remoto velo, operata percipere & cognoscere possunt. Quare qui nos reprehendunt, quòd habeamus ceremonias non intellectas, Sic enim ait Caluinus, non intelligunt, quod loquuntur, neque de quo affirmant, vt hoc sæpius in istos vsurpem. Si enim quæ in eis operata sunt, tute omnibus patere possent, aut nos tanquam angeli nullo iam sensu corporis ad intelligendū indigeremus, non opus esset vllis mysticis integumentis. Quòd si mysticas ceremonias vocant non intellectas, quia non omnibus pateāt,

& hac ratione damandas esse existimant, damnent igitur parabolas, symbola, tenebricosum sermonem, & ænigmata scripturæ sanctæ. Tertium, quod Philon addidit ad retinendos solennes ritus ceremoniarum est, ut vitentur multorum reprehensiones, ac criminationes. quod quidem minime omnium Euangelici curant, qui omnibus ecclesiis catholicorum reclamantibus, & reprehendentibus, huiusmodi ceremonias mysticas expolunt, contenti, nescio quibus, ut ipsi dicunt, ceremoniis decori, & ordinis ad cultum dei non pertinentibus sed ad honestatem quandam, ut iidem aiunt. Qui aliarum ecclesiarum consuetudines reprehendunt, & criminantur, & suas tuentur, neque placet interim cum aliis, & secum perpendere, utra sint cum disciplina dei magis convenientes, hi profecto diuidunt corpus, hoc enim tunc accidit, cum non id ipsum pro inuicem, sicut Apostolus ait, sollicita sunt membra, ut siquid gloriatur unum membrum, congaudeant omnia membra. Non est mea hæc sententia, sed docti Tertull. qui aduersus eos, qui corruptam consuetudinem de non velandis virginibus opponebant, sic ait, ceterum diuidis corpus, tam hic, sicut in omnibus varie institutis, & dubiis, & incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, quæ nam magis ex duabus tam diuersis consuetudinibus disciplina dei conueniret. De consuetudine vero legitima, quam ipse contra opponebat, sic ait, sed ego eas ecclesias opposui, quas & ipsi apostoli, & apostolici viri condiderunt. Basilus certe consuetudines ecclesiasticas tam sanctas esse voluit, ut licet euangelium aliud quandoque, quam in consuetudine ecclesiastica esset, permittere videretur, consuetudo tamen teneretur. Itaque canone ix. & xx. quamuis (inquit) secundum euangelii consequentiam ex æquo vxoribus conueniat viros suos propter fornicationem dimittere, hoc tamen consuetudo non habet, neque facilis est ratio discriminis. Rursus idem Basil. in epist. ad Eustathium medicum ita scripsit aduersus hæreticos, sed obiciunt (inquit) non esse hoc apud eos in consuetudine, neque conuenire cum scriptura, Quid ad hoc nos? scilicet non arbitramur, æquum esse, ut consuetudo, quæ apud eos obtinuit, nobis fiat lex, & norma rectæ rationis. Etenim si ad demonstrationem recti consuetudo valet, licet nobis eisdem rursus obiciere consuetudinem, quæ apud nos obtinuit, quam si deprauant

nant ipsi, & vitiat, non sunt nobis sequendi, hæc ille. Sed nos quia consuetudines ecclesiasticas per scripturas contra Euangelicos istos defendimus, redeamus ad scripturam, quam libenter scrutamur. Scribens ad Hebr. Apost. & legem Moysis cum euangelio comparans, Vmbra (inquit) habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Quem locum explicans magnus Dionysius in eccl. Hierar. c. iiii. Deus (inquit) ut benigne nobiscum munera sua communicaret, cum eramus paruuli, ut Apostolus ait, dedit quidem Hierarchiam Mosaicam legis ex tenuibus, & obscuris imaginibus verorum, ex remotis adumbrationibus archetyporum, & inuolucris, ac figuris ad intelligendum difficilibus constantem, lumen infirmis oculis comensus. Sic. n. interpretatus est, quod ab Apostolo scriptum erat, habere legem vmbra futurorum bonorum, & quod Petrus legem appellauit lucernam in caliginoso loco positam. De Hierarchia vero euangelica paulo post subiungit, esse eam inter celestem, & Mosaicam interiectam, cum celesti quidem coniunctam, quatenus spiritualibus intelligentiis utitur, cum Mosaicam vero, quatenus habet symbola varia sub sensum cadentia, & per hæc ad deum prouehitur. Si ergo ut lex vetus non vmbra vnam, sed multiplices habet, sic euangelium multas, & varias imagines rerum, annon contra Apostolum plane faciunt, qui ritus sacros, symbolicos, & mysticas ecclesiarum dei ceremonias, quæ sunt quedam rerum spiritualium imagines, tollunt? quæ quidem quia præstantiores sunt Mosaicis, ut aspersiones vinctio- nes, sacrificia &c. & secundum spiritum ad purgationem conscientiarum valent, non iam ad seruitutem legis, ut veteres illæ, sed ad libertatem gratiæ pertinent. Ergo mysteria, siue sacramenta, & sacræ ceremoniæ veteris legis, quæ tantum erant adumbrationes spiritualis cultus, peccata coram deo non tollebat, sed illas tantum coram hominibus maculas, quæ ad vitium vitæ, & mortum, ut ait Iustinus Martyr, non pertinebat, quale erat, tetigisse mortuum, aut lepram. Sacramenta vero nouæ legis, nouæque ecclesiæ, & sacræ signa mystica nouæ hierarchiæ ad spirituale cultum spectant, & gratiam alia purgandi, alia illuminandi, alia perficiendi continent, & hæc gratiam aptissimè & naturæ conuenienter & non tenuiter, neque obscure, neque remote representant, & operantur, unde imagines rerum ab Apostolo nominantur. Quare qui sacramenta, & solennes, ac ratas eorum ceremonias aut tol-

lit, aut negat aliquid spirituale efficere, is Verbum dei negat, quod per Paul. nobis reuelatum est, cum docuit, habuisse quidem legem umbram futurorum bonorum, euangelium vero ipsam imaginem rerum. Fuerunt enim illa vetera nudæ umbræ, & quæ tunc fiebant, typice tantum fiebant, nostra vero sacramenta, & eorum cerimonix ex imaginibus, & rebus spiritualibus constant, & vere, atque *εἰς τὸν αἰῶνα* efficiunt, quæ *εἰς τὸν αἰῶνα* repræsentant. Sed dicamus sigillatim non quidem de omnibus neque omnia, sed de præcipuis sacramentis, & quæ ad ea pertinent, ex multis pauca notatione illa quidem, vt arbitror, digna, de baptismo, oleo mystico, chrismate, sancta Eucharistia, & de Missa, in quibus veteres patres, multa illi quidem doctrina, & magna auctoritate, secundum scripturam, & apostolorum traditiones, ac naturæ & disciplinæ conuenientiam diuine philosophati sunt. ex quorum numero, vt de vno Cyrillo Hierosolymitano nunc commemorem, qui Catecheses eruditissimas scripsit, quarum Hierony. meminit, de mysterio baptismi, eiusque solennibus, & mysticis cerimoniis multa prima, & secunda catechesi mystagogica sapienter explicauit. in quo Calvinus qui nobis in cultu cerimoniarum ecclesiasticarum sæpe Iudaismum blasphemè obiicit, ipse maxime iudaizat, — cum tradit c. xvii. art. xxii. his verbis, inter circuncisionem, & — baptismum in mysterio interiore nihil discriminis esse, ita vt — constituere liceat, quicquid circuncisioni conuenit, ad baptismum simul pertinere, excepta (inquit) visibilis cerimonix differentia. Itaque nihil in baptismo esse vult præter promissionem misericordiæ dei, & remissionis peccatorum, & præter figurationem, siue repræsentationem regenerationis, nullam, inquam, vim efficientiæ, nullamque gratiam spirituales cum eiusmodi aqua per inuocationem trinitatis coniunctam esse vult, sed aquam esse *ψαλῶν*, idest, ab omni energia spirituali nudam, & vacuam. cum Apost. plane doceat, ad veterem legem pertinere baptismata illa, ceterasque obseruationes Mosaicas, quæ non valebant ad conscientix purificationem, neque coram deo, sed coram hominibus tantum iustificabant, idque vsque ad tempus correctionis, quod est tempus noui testamenti. in quo non solum corpus aqua munda baptismi abluitur, sed cor etiam a conscientia mala, sicut Apost. ait, aspergitur, & sanctifi-

ficatur. Hæc autem non est virtus aquæ propria, sed virtus sanguinis Christi, quam idem, vt omnis creaturæ tum corporeæ, tum incorporeæ effector, & Dominus cum creatura aquæ ad salutem nostram vt bonus, vt sapiens, vt præpotens coniungere voluit. Hanc efficientiam aquæ baptismi satis expressit beatus Ioann. cum docens de spirituali natiuitate per fidem in baptismo operatam, omne (inquit) quod natum est ex deo, (is vero est omnis baptizatus ex aqua, & spiritu sancto) vincit mundum. Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei? Hic est (inquit) qui venit per aquam, & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua, & sanguine. Quare qui in sacro baptismo aquam tantum, vt Cal. cogitat, quasi Christus in aqua tantum veniat, aut in sanguine tantum, ac non potius, vt Ioann. ait, in aqua, & sanguine, is profecto hoc Verbum dei beato Ioanni, & per eum nobis reuelatum non intelligendo, ad suam perditionem deprauat. Vt beatus Petrus de difficilibus locis in epistolis Pauli dixit. Sequitur, Et spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Ipse enim dixit beato Ioanni, super quem videris spiritum sanctum descendantem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto & ita euenit, vt dixit. Cum enim baptizatus, confestim ascendisset de aqua, descendit spiritus sanctus & probauit, quod dixerat, qui mentiri non poterat, & audita est vox patris. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sequitur, quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus. Et hi tres vnus sunt. Hoc est trinitatis, cuius vna est substantia, operatio, & virtus, de Christo dei filio testimonium in baptismo eius. De adoptione vero nostra, qui terreni homines sumus, testimonium quoque trium est, quorum vna est operatio in baptismo, quo regeneramur, & adoptamur. testimonio enim trium de generatione naturali filii dei opponit beatus Ioann. testimonium item trium de generatione, & natiuitate filiorum dei secundum gratiam adoptionis. Itaque Tres (inquit) sunt, qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis. & hi tres in vnum sunt. Vnum (inquam) sunt operatione, Deus enim qui spiritus est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & humanitas Christi vnita cum Ver-

bo hypostatica vnione, & aqua baptismi cum inuocatione sanctæ trinitatis simul efficiunt natiuitatem spiritualem nouæ creaturæ. Sic etiam, ne sine auctore loquar, Dionys. Alexandrinus insignis (vt Hier. ait) auditor Origenis, in epistola insigni contra Paulum Samosatenum interpretatus est, in baptismo scilicet spiritum, aquam, & sanguinem in vnum esse operatione. Quomodo igitur aqua in vnum esse poterit cum spiritu, & sanguine Christi in baptismo, si nihil aqua efficit in baptismo? Negat igitur Verbum dei, qui hoc dicit. Neque enim hoc loco aqua de illa, quæ ex latere Christi fluxit, vt quibusdam placet, accipi potest. nam quomodo aqua lateris cum spiritu, & sanguine sit vnū operatione, cum neque in aqua lateris Christi baptizemur in mortem eius, sed in aqua munda, sicut Apostolus ait, cum inuocatione sanctæ trinitatis, vt Dominus instituit, & præcepit, id est, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, neque per aquam lateris redempti sumus, sed per sanguinem crucis? Quia enim pueri communicauerunt carni, & sanguini, ipse similiter sicut Apostolus ait, participauit eisdem, scilicet vt mori posset pro nobis. non dixit, quia communicauerunt sanguini, & aquæ, fluxio enim sanguinis non fuit propria naturæ humanæ, neque mortis, sed mysticæ significationis, & indicium diuinitatis. Neque rursus accipi potest hæc aqua, vt aliis videtur, de aqua illa Iordanis, qua Christus baptizatus est. Quomodo enim illa cum spiritu & sanguine sit vnum operatione, cum baptismus noster virtutem abluendi, & sanctificandi non ex baptismo, quo Christus baptizatus est, sed ex morte eius traxerit? Vnde Græci hodie cum in die Epiphaniæ domini aquam baptismi ecclesiastico ritu, & solenni cerimonia sanctificant, crucem in aquam mergunt, & qui alia ratione baptismum domini eo die celebrabant, quasi virtus nostri baptismi inde extitisset, eos magnus Leo pontifex acerbe reprehendit in epistola ad episcopos Siciliæ, cuius Rupertus abbas lib. iiii. cap. xxiiii. de diuinis officiis meminit. Sed huiusmodi efficientiam spiritualem aquæ baptismi Clemens Rom. comes apostolorum diuine explicat in lib. vi. *ἢ δὲ διατάξαι, ἢ διδασκαλῶν ἀποστολικῶν*, post multa enim, quæ ad aquæ mysticæ sanctificationem pertinent, admonet eum, qui baptizat, vt baptizaturus sic deum præcetur, *ἀγίασον τὸ ὕδωρ, ἅγιος, ἁγιος, ἁγιος, ὁὗς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐκ τοῦ γένους, καὶ ἐκ τοῦ κράτους, καὶ ἐκ τοῦ δόξου*, id est, sanctifica

etifica hanc aquam, ac tribue gratiã, & vim, aquæ scilicet, huic enim præcatur. Quæ vero illa gratia, ac vis mysticæ aquæ, & quorsum spectet, statim explicat, scilicet vt baptizatus (inquit) secundum mandatum Christi, cum eo simul crucifigatur, commoriatur, & resurgat in adoptionem, vt mortuus peccato, viuat iustitiæ. Cum hoc, quod Clemens tradit de aquæ baptismi vi, & efficientia spirituali conuenit, quod Dionys. Areop. huic mysterio sacri baptismi, ceterisque symbolis mysticis noui testamenti tribuit in epistola ad Titum *τὸ πνεῦμα ἁγίου*, nos dicamus efficacitatem, siue vim efficiendi. Ex his, quæ dicta sunt, perspicui potest, baptismum Ioannis non fuisse baptismum noui testamenti, vt idem Cal. defendit. ille enim in aqua solum baptizabat, neque illa aqua, & spiritus in vnū erant, baptismus autem noui testamenti fit in aqua, & spiritu sancto, quod est semen incorruptibile Verbi dei viui. Qui autem tradit, baptismum Ioannis non fuisse differentem a baptismo apostolorum, dimidius Christianus, & dimidius Iudæus vult esse, vt Cal. vult enim baptizatus esse baptismo, qui fuerit medijs inter veterem legem, & nouum testamentum, id est, ex parte ad vtrumque pertinens, qualis erat baptismus Ioannis, qui ad vetus quidem testamentum pertinebat, quia erat symbolum tantum, non habens gratiam, neque vim *ἐνδεδυκένω*, ad nouum vero, quia erat baptismus pœnitentiæ in remissionem peccatorum. baptizando enim inuitabat, & excitabat ad pœnitentiam, & confessionem peccatorum, vt per pœnitentiam remitterentur illis peccata, sicut remissa sunt prophetæ Dauid, qui post peccatum suum non confugit ad legem, vt ait Iustinus martyr, quæ non remittebat peccata, sed occidebat propter homicidium, & adulterium, sed confugit ad pœnitentiam cordis contriti, qui de se scripsit, Dixi, confitebor aduersum me, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quæ quidem pœnitentia, & per pœnitentiam remissio peccatorum ad nouum testamentum spectabat. Sic nos Catechumenos grandiores ad pœnitentiam peccatorum suorum hortamur in remissionem per baptismum tribuendam. Sic apostoli prædicabant, dicentes sicut beatus Petrus dixit, Agite pœnitentiam, sed non tribuebatur per eiusmodi baptismum adoptio filiorum, sicut ait Cyrillus Hierosol. in Catechesi secunda de baptismo, neque aperiebatur eis aditus



in cœlum tanquàm filiis, & hæredibus. Erat itaque ille baptis-  
mus Ioannis quædam catechesis, atque instructio illis accom-  
modata, & præparatio ad baptismum Verbi dei patris ex aqua  
in spiritu sancto, quæ in eo differebat a catechetica pœnitentia  
nostrorum catechumenorum, cum grandiores sunt, & pœ-  
nitentia indigent, quòd ab his adhibenda est pœnitentia in re-  
missionem simul & adoptionem faciendam per baptismum no-  
ui testamenti, illorum vero pœnitentia, ad quam ille baptismus  
Ioannis excitabat, erat in remissionem peccatorum, quæ fie-  
bat per illam ipsam pœnitentiam, cum vera, & non simulata  
erat, sicut idem beatus Ioann. significabat, cum videns mul-  
tos Phariseorum, & Saducæorum, qui ad baptismum simula-  
ta pœnitentia veniebant, **Q**uis (inquit) demonstravit vobis,  
fugere a ventura ira? quod perinde erat, quasi diceret, ut ait Didy-  
mus in libro contra Manichæos, **Q**ui recte, & legitime demò-  
stret, se a peccatis velle recedere, & iram dei effugere, is quidem  
non simulabit pœnitentiam, ut vos facitis, qui cum hypocri-  
si, & simulatione ad baptismum venitis.

Rident Præterea Evangelici oleum mysticum, quod in ba-  
ptismo quoq; adhibetur, blasphemantes suo more quæcunq;  
— ignorant. Sic itaque tradit vnus eorum Cal. Oleum ecclesiasti-  
— cum symbolum dumtaxat esse, nulliusque energiæ. **Q**uærit  
— deinde ridendo, vnde hauserimus exorcismos olei multo hali-  
— tu calefacti, & multo murmure incantati. & addit, impie men-  
— tiri, qui dicunt, per sacram vnctionem peccata remitti. Nolo  
hæc refellere multis testimoniis veterum patrum, fecerunt hoc  
alii, esse enim graue genus probandi hæc, audisse ea per multos  
testes in ecclesia dei, ex Paul. didicimus. sed tantum commemo-  
rabo de duobus magnis auctoribus, qui a me diu, multumque  
desiderati, & quæsit, nuper ad manus meas venerunt, valde il-  
li quidem idonei, & digni, in quorum ore stet hoc Verbum  
de oleo mystico, & exorcismo eius, ac virtute, item de chrisma-  
te. Cyrillus ergo explicans in ii. catechesi mystagogica solen-  
nes, & ratas sacri baptismi cerimonias, sic ait, ut flatus sancto-  
rum virorum; & inuocatio nominis dei instar vehementis flā-  
mæ vrunt, & expellunt dæmones, sic (inquit) καὶ τὸ ἐπερισπῆ-  
σθαι ἑλκοὶν ἐπικλησεί Θεοῦ καὶ ἐν ἁγίῳ δυνάμει. τηλικούτω λαμβάνει, ὡς  
οὐ μόνον καὶ ὁ τὰ ἴχνη τῆς ἀμορφημάτων ἀποκαθαίρειν, ἀλλὰ καὶ ἀορα-

718

καὶ τὸ ἁγίου ἐκδιώκειν δυνάμει. idest, sic oleum hoc exorcizatū  
in uocatione dei, & pœcatione, vim tantam accipit, ut non solū  
vestigia, & notas peccatorum vrat, & repurget, sed etiam exer-  
citus dæmonum expellat, & exagitet. Sic Cyr. secundum tra-  
ditiones Apost. ante m. cc. annos in ecclesia Hierosolymita-  
na, vnde Verbū domini exiuit, in oleo mystico sacri baptismi  
philosophatus est. Calui. vero ab heri, & nudius tertius in his  
philosophatur secundum traditiones Luteri per fallaciam, &  
simulationem quærendi Verbum dei, & per philosophiam il-  
lam, quæ omnia metitur sensu, & quæ oculis subiici non pos-  
sunt, non credit esse. Sic enim ait Cal. Ego præter oleum nihil  
video. Alter testis est Clemens Rom. in vii. lib. τῆς διατάξεως. Be-  
nedicitur (inquit) oleum hoc ab episcopo εἰς ἀφεσιν ἀμαρτιῶν,  
καὶ πρὸς πύξιν δυνάμει, τῆς ἐκλήσεως, idest, ad remissionem peccato-  
rum, & ad præparationem baptismi. Sic enim (inquit) inuocat  
deum ingentum patrem domini nostri Iesu Christi, regem o-  
mnis naturæ corporeæ, & spiritualis. hoc addidit, ut admone-  
ret nos, præpotentē esse, ut iam qui omnem creaturā effecerit,  
& cui omnis natura obediatur, ut domino, & omnia modere-  
tur, ut rex, credatur, posse etiam tribuere naturæ olei hanc  
gratiam, & vim sanctificandi alias creaturas, idest, nos, ita ut san-  
ctificatum sanctificet, & cum inuocatione dei, & pœcatione  
possit hæc, quæ sequitur, efficere, precatur enim (ut ait Clem.)  
episcopus olei consecrator, ut sanctificet deus oleum in nomi-  
ne domini Iesu, & tribuat gratiam spiritualem, & vim efficien-  
tem, remissionemque peccatorum, ac præparationem confes-  
sionis baptismi, ut oleo (inquit) vnctus liberetur ab omni im-  
pietate, efficiaturque dignus mysterio baptismi secundum man-  
datum domini. Hæc Clem. quæ quia Cyrill. Hier. per multos  
testos audierat, idest, ex multarum ecclesiarum prædicatione,  
& professione cognouerat, ab apostolis accepta esse, idcirco  
secundam catechesim mystagogicam, in qua de vnctione olei  
in baptismo commemorauit, his verbis conclusit. Rogo vos,  
ut ego alioqui indignus de vobis dicam, diligo vos, quòd sem-  
per mei memores estis, & traditiones, quas tradidi vobis, tene-  
tis, vsurpat Apostoli verba, cuius traditiones docet, ut sciant  
se, qui hanc doctrinam tenere velint, traditiones apostolorum  
tenere velle, ipsi enim commendantes studium obediendi ma-  
gistris

gistris ecclesiarum catholicarum, aiebant, ut Clem. scribit, Horum doctrinæ memores custodite nostros sermones Cyr. Hierosol. traditiones esse ait, negat Calui. si testimonium hominum accipimus, an non est maius testimonium. Cyr. Hierosolymitani episcopi antiqui, sanctissimi, eruditissimi, quam infanti Calui. nudius tertius natus viderit ecclesia Gen. quæ talem magistrum sequitur. Huiusmodi ergo traditionibus qui non vult obedire, & eas tenere, is Verbum dei, quod eas tenere docet, & iubet, non tenet, sed potius verbum Belial, & Saranæ. Multus usus erat olei in cultu veteris legis, sed illud symbolum tantum erat, & nuda umbra gratiæ huius, & virtutis effectricis, quæ per inuocationem nominis Iesu, & per precationem cum oleo mystico coniuncta est, quod qui negat, rursus Verbum dei negat, illud dico Verbum, quod per Apost. nobis reuelatum est, habuisse scilicet legem umbram tantum futurorum bonorum, id est, spiritualium, non autem ipsam imaginem spiritualium, ut habet lex noua in ecclesiis dei. Quare qui mysticas ceremonias noui testamenti symbolicas tantum esse dicit, hoc est, nudas ab omni gratia spirituali, & virtute effectrice, plane iudaizat, & Verbum dei negat.

Sequitur iam, ut eisdem auctoribus Clemente Rom. & Cyrillo Hierosol. pauca ite de chrismate commemoremus, quod plerique etiam Euangelici explodunt, imo blasphemant, ex quibus Cal. est. Cyrillus ergo in iii. Catechesi mystagogica ita commemorat, Postquam Christus ascendit ex aqua, venisse super eum *ουσιωδως* spiritum sanctum, similiter postquam nos ex aqua sacri baptismi emerimus, dari nobis chrisma, quod sit typus spiritus sancti, quo Christus unctus est, ut Esaias prophetauit. Subiungit postea quasi in eum intuens, qui dixit, Videmus oleum, crassum scilicet, & pinguem liquorem, præterea nihil. Sic enim scripsit Cal. c. xix. *ἀλλ' ὅρα* (inquit) *μη' ὑπονοήσεις τὸ μύρον εἶναι φίλον, ὡς πρὸς τὸ ἄρτος τῆς ἐν χαρισίᾳ μετὰ τὴν ἐπιπέλασιν τῆς ἀγίου πνεύματος, οὐκ ἐπ' ἀρτος λιπὸς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ, οὐτῶν καὶ τὸ ἄρον εἶναι μύρον οὐκ ἐπ' φίλον, οὐδὲ ὡς αὐ' εἰποῦς κοινὸν, μετὰ τῆς ἐπιπέλαστος, ἀλλὰ χριστοῦ χρίσμα καὶ πνεύματος ἀγίου προυσίαστος, τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐν ὁρθόδοξον νόμον.* Vertamus nos Græco ad verbum. Sed Caue (inquit) ne suspiceris, unguentum, siue chrisma, quod verbum iam est pro Latino tritum, esse ab omni alia re nudum.

nudum. Ut enim panis Eucharistiæ post inuocationem spiritus sancti non amplius est panis simplex, sed corpus Christi, ad hunc modum hoc item chrisma sanctum coniunctum cum inuocatione non est amplius ab omni alio nudum, neque commune, quod vocant, sed est Christi, & spiritus sancti gratia, siue charisma, quo efficimur diuinitatis eius participes. Sed hic perita nobis Cal. ut proferamus Verbum dei, si quicquam aliud nos eum in oleo intueri volumus, quam oleum, ita enim ait. Nos vero Verbum habemus, quod sit in ecclesia catholica sacrum, & mysticum, chrisma, de quo sic Esa. prophetauit, ut idem Cyr. notauit. Et faciet (inquit dominus) omnibus gentibus super montem hunc, montem (inquit) vocat ecclesiam. Sequitur, Bibent vinum, bibent lætitiā, ungentur chrismate. Illud de mysterio cœnæ mysticæ, hoc de mysterio unctionis siue chrismatis dixit. Deinde subiungit Cyr. ut profus non dubitarem de hoc chrismate mystico accipiendum esse, addidisse prophetam, trades hæc omnia gentibus, cōsiliū enim domini in omnes gentes. Respondeat igitur nobis Cal. aut alius pro eo Euāgelicus, quod aliud sacrū, & mysticum chrisma habeant omnes omnium gentium ecclesiæ, quæ ad fidem vocatæ sunt, præter hoc, quod est in ecclesia catholica Romana? scilicet quod erat ante mille. cc. annos in ecclesia Hierosoly. Cui Cyrillus hic magna sanctitatis laude præfuit. Aut igitur tenent Euangelici chrisma, quod habent vocati Iudæi, & Græci secundum dei cōsiliū in omnes gentes, ut ait propheta, aut negent verbum prophetæ non solum de hoc mysterio chrismatis, sed etiam de mysterio cœnæ, de quo propheta in eodem loco dixit, bibent vinum, bibent lætitiā. nisi propheta malint de vino a propola & de cupa in monte ecclesiæ bibendo, ut quod in illis Paul. reprehendit, & in ecclesia fieri vertit, quod domos haberent ad manducandum, & bibendum, hoc iam propheta nō veret, imo id tradat omnibus gentibus, & a deo permittit esse prænunciet. Aut si hoc isti non sunt dicendi, reddant causam, cur illud potius de mysterio vini, quam hoc de mysterio unctionis, siue chrismatis accipiendum esse existiment. Aliam profecto reddere non possunt, quam quod facta in ecclesiam Romanam coniuratione, ecclesiis catholicis

repugnare decreuerunt, & Verbum dei, quod est Verbum æquitatis, & obedientiæ, peruertere. Admonet præterea idem Cyr. vnguentū illud, quo Aaron, postquam lauit eum Moyses aqua, ab eodem Moyse iussu dei est vnctus, cum fieret pontifex, a qua vnctione vocatus est Christus, idest, vnctus, symbolum fuisse chrismatis nostri, Item vnguentum, quo pontifex Salomonem vnxit, vt rex fieret, postquam lauit eum in Geon. Sed hæc (inquit Cyr.) typice illis quidem contigerunt, nobis vero vere. Vngi enim vere ab spiritu sancto, initium est nostræ salutis, qui est Christus, ille enim vere est delibatio, & nos massa, quod si delibatio sancta, profecto transibit sanctitas in massam. Hactenus Cyr. Age ergo, si vmbra habebat lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerū, & est hoc Verbum dei, cuius nam rei ceu corporis vmbra erat illa vnctio vetus? si vnctionis spiritus sancti, quæramus ab eis rursus, quæ erit huius rei, idest, huius veræ vnctionis imago? Aut enim illa vmbra nullius corporis vmbra fuerit, aut huius rei nulla erit imago, quod est negare Verbum dei. Igitur chrismate, ait Cyr. quod oculis videtur, corpus vngitur, sancto vero spiritu anima sanctificatur. illic imago est, siue forma, hic res est, quæ non videtur, vt iam ex vtroque simul constet hoc mysterium siue sacramentum chrismatis, scilicet ex forma, siue imagine visibili, & ex gratia inuisibili cum eo coniuncta, sicut fit in mysterio baptismi, in quo corpus abluitur aqua munda oculis subiecta, in qua εἰκονικῶς καὶ τῆ μίμησης, per speciem scilicet mergendi, & emergendi similitudo mortis, sepulturæ, & resurrectionis Christi exprimitur, cor vero aspergitur, sicut Apost. ait, a conscientia mala scilicet per spiritum sanctum, qui est aqua viua saliens in vitam æternam, sed non per spiritum solum, sed per spiritum, & sanguinem Christi, & aquam. Sed de baptismo dictum est supra. Reuertamur ad chrisma, siue vnctionem de qua idem auctor subiungit monendi causa, Seruate hæc incorruptam, & inuiolatam, hæc enim omnia docere poterit, si in vobis manserit, vt paulo ante (inquit) audistis beatum Ioannem multa in vnctione philosophantem. Est enim sancta, & spiritalis, quæ ad incolumitatem corporis, & animæ salutem valet. Hac (inquit) vnctione, siue chrismate vngitur primum frons, quod symbolice significat, fieri hoc chrismate, ne erubescamus,

scamus, & pudeat, idest, vt ego interpretor, ne committamus ali quid, cuius pudeat, & vt reuelata facie gloriã dei speculemur. Videtur mihi Cyr. interpretatus esse hic, quod beatus Ioannes de vnctione differens subiunxit, Et nunc filioli manete in eo, scilicet chrismate, siue vnctione, de qua proxime dixerat, vnctio, quam accepistis, maneat in vobis, vt cum apparuerit (inquit) fidutiam habeamus, & non confundamur ab eo in aduentu eius, idest, ne nos pudeat eius, quod vnctio mystica frons designat, & efficit quãdiu virtus eius spiritalis a nobis cõseruatur. En, Verbum dei a beato Ioanne scriptum, de mystico chrismate ecclesiastico interpretatus est vetus & grauis auctor, & episcopus Hieros. negat vero Cal. interpretationẽ, vtri potius ad stipulandum est? Respondet Cal. Verbo dei. En Verbum dei. En, scimus a quo huius Verbi dei interpretationem didicerimus, & in hac doctrina, & dogmate permanent ecclesiæ catholicæ. Euangelici vero neque permanent in iis, quæ ante xl. annos ipsi, & eorum maiores semper didicerant, quæ illis credita erant, neque sciunt, quæ nunc defendunt, a quo illa didicerint. itaque Paulum audire noluerunt in Timotheo nos quoque monentem, cum ait, Tu vero permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens, a quo didiceris. Iam illud quale est, quod Christo detrahi putat Cal. quod chrisma per Christi, & spiritus eius gratiam fiat animæ salus, & baptismo item detrahi, si gratiam baptismi consumet, & perficiat chrisma confirmationis. Sic enim ait ironice, Dei ergo sapientia cœlestis, tota Christi doctrina Christianos inchoat, oleum perficit. Dicam hic, quod sæpissime cogor dicere, hunc neque intelligere, quid loquatur, neque de quo affirmet. Vna enim Christi virtus est, quæ per baptismi sacramentum regenerat, & regenerato per sacramentum chrismatis gratiam roboris spiritalis ad non peccandum addit. Ecquis detrahi dicat de virtute mirabili naturalis seminis genitalis, ex quo ortum capit infans, quod iam editum in lucem alimentum roborat, & perficiat? liceat enim demonstrare hoc exemplo, quæ pertinent ad semen incorruptibile spiritus sancti, quo per baptismum regeneramur, & ad robur spirituale, quod per chrisma mysticum tanquam per alimentū spiritus regenerato accedit. Ab hoc robore dicitur mysterium confirmationis, quam quidem sym-

bolice significat vnctio pectoris, vt induti (inquit) thoracem iustitiæ stemus aduersus insidias, & machinationes diaboli. Vt enim (inquit) dominus post baptismum, & descensum spiritus sancti super eum, egressus debellauit aduersarium, sic nos (inquit) per baptismum sacrum, & mysticum chrisma induti armaturam spiritus sancti stamus contra potestates aduersarias, & eas expugnamus. Neque vero quod in ecclesia nostra ad capiendum robur, & arietandum in satanam, & in carnis concupiscentias, frons tantum vngitur, idcirco, ne hic cauilletur Euangelicus, minus roboris capiemus, minus ve confirmati erimus, quam quibus frons, & pectus, adde, etiam, aures, & nares vnguntur. Vt in Orientali ecclesia fit, nisi existimant, magis baptizari, qui totus mergitur, quam cuius caput tantum. Vngi autem aures, ait idem auctor, vt accipiamus aures illas, quæ diuina mysteria audire valeant, de quibus ait Ef. Addidit mihi auriculam ad audiendum, & dominus in euang. Qui habet (inquit) aures audiendi, audiat, Deinde vngi nares, vt olfaciamus diuinum vnguentum, ita vt dicere possimus, Christi bonus odor sumus deo in iis, qui salui sunt. An igitur dicere possunt Euangelici inutiles esse huiusmodi cerimonias, aut a mysterio vacuas, aut nouas, & aduentitias, ac peregrinas in ecclesia dei? aut non esse ad scripturam, ad naturam, ad disciplinam accommodatas? Sed de his haec tenus.

Nunc vero post nostras de sacro baptismo, cerimoniiisque eius solennibus, & mysticis oleo, & chrismate breues obseruationes consequens est, vt ex multis pauca item notemus in magno mysterio sanctæ Eucharistiæ, & Missæ mysticæ cerimoniiis contra Sacramentarios, & in primis contra eorum defensionem Cal. si forte det deus cuiquam eorum penitentiam ad cognoscendam veritatem. Ac primum recitabo pauca, quæ hic idem magnus auctor Cyr. Hieros. in iiii. Catechesi myltagogica de sancta Eucharistia explicatissime scripsit. Transferam Latine ad verbum, Cum ipse (inquit) pronūciauerit, & dixerit de pane, Hoc est corpus meū, quis iam deinceps dubitarit? item cum idem affirmarit, & dixerit, Hic est sanguis meus, quis vnquam ambiget, non esse sanguinem eius? Aliquando aquam in vinum sanguini propinquum in Cana Galilææ mutauit, & nõ tuerit credibile, mutare vinum in sanguinem? Inuitatus ad nuptias

ptias corporales hoc miraculum inauditum edidit, & non magis confiteamur, dedisse filiis sponsi fruendum corpus suum, & sanguinem? ita vt corpus, & sanguinem Christi nos sumere pro constanti, & certissimo habeamus? prebetur enim (inquit) corpus *ὡς τὴν ἄρτον*, idest, in specie, siue figura panis. ite prebetur sanguis *ὡς τὴν οἶνον*, vt sumpto corpore, & sanguine existas *σῶμα μου*, & *σῶμα μου*, liceat nobis dicere concorporem, & consanguinem. Sic enim (inquit) Christū in nobis gestamus, corpore eius, & sanguine in membra nostra receptis. Et paulo post, quasi in Cal. intuens, qui ait, se nihil videre præter panem, & vinum, *μη̄ προσέχει ἐν αἰσιν ἡλιούς τῶ ἄρτου καὶ τῶ οἴνω, σῶμα ἦν καὶ κίμα καὶ πλὴν δεσποτικῶν τυγχάνει ἀπόφασις, εἰ ἦν καὶ ἡ αἰσθησις σοι εἶσο̄ ἔσθαι ἄλλαι, ἀλλ' ἡ πίστις σε βεβαιούτω. μη̄ ἀπὸ τῆς γένεσως κάρηνς τὸ πρῶγμα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως πληροφοροῦ ἀνδράσως σῶματος καὶ κίματος χριστοῦ καὶ σῶμα ξιωθεῖς.* idest, Ne (inquit) mentem adhibeas quasi panis, & vino nudis, sunt enim hæc corpus, & sanguis, vt dominus pronunciauit. Nam tametsi illud tibi sensus suggerit, esse scilicet panem, & vinum nudum, tamen firmet te fides, & ne gustatu rem diiudices, quin potius pro certo, ac comperto habe omni dubitatione relicta, esse tibi impertitum corpus, & sanguinem Christi. Et paulo post, Hæc cū scias (inquit) & pro certo, & explorato habeas, qui videtur esse panis, non esse, sed corpus Christi, item quod videtur vinum, non esse, quāquam id velit sensus, sed sanguinem Christi, ac de eo prophetam dixisse, panis cor hominis confirmat, firma ipse cor sumpto hoc pane, vtpote spirituali. Item in Catechesi iiii. *ὁ ἄρτος* (inquit) *τῆς ἐνχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τῆς αἰῶν πνεύματος, οὐκ ἐπ' αἰσθησις τῆς, ἀλλὰ σῶμα χριστοῦ.* panis (inquit) Eucharistiæ post inuocationem sancti spiritus non amplius est panis nudus, & simplex, sed corpus Christi. Itaq; ecclesia Hierosolymitana, vnde iuxta prophetiam Esa. exiuit lex, & Verbum domini, fere ex vocatis Iudæis collecta sic illis temporibus apóstolorum vicinis sentiebat non Iudaice, aut Capharnaice, vt synagogæ Sacramentariorum. Sic quoque senserat, docuerat & sentiendum esse statuerat sacra, & magna Synodus Nic. non multis annis ante hūc Cyr. Hieros. habita. Recitabo sanctionem Græcè *ἐκ τῆς διατυπώσεων ἐκκλησιαστικῶν Nic. conc. quæ extant inter fragmenta auctorum huius concilii, quæ feruntur Græcè, ἠδὲ τῆς θεολογικῆς*

ζης μη τῷ περικειμένῳ ἄρτω καὶ τῷ ἁγιασμένῳ ποτηρίῳ περὶ ἡμῶν  
 ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς ἡμεῖς τῷ διαλόγῳ, τῇ πίσει ἰσχυροῦμεν κείνου ἕδι τῆς  
 ἰδρίας ἐκείνης ὑπερῆς τὸν ἀμὸν τῷ θεῷ τὸν αἰροντα τῷ ἀμαρτῆν τῷ  
 κόσμῳ ἀδύπως ἕπο τῆς ἰδρίας θυόμενον καὶ τὸ τίμιον αὐτῷ σῶμα καὶ  
 αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντες ἡμῶς πρέσβειν τοῦτο εἶναι τὰ τῆς ἡμετέρας  
 σωτηρίας, καὶ ἀναστάσεως σύμβολα. Vertamus e Græco ad verbū.  
 In diuina, inquit, mensa (altare dicit) ne demisse, & abiecte intē-  
 damus considerationem in panem, & calicem coram posita, sci-  
 licet hoc significat, quod apertius, & explanatius Cyrill. Hie-  
 rosol. dixit, ne intendas considerationem tanquam in nudum pa-  
 nem, & nudum vinum, quod est demisse, & humiliter ista con-  
 siderare, Quin potius (inquit Synodus) cogitatione nostra sur-  
 sum erecta, intelligamus fide, positum esse in sacra illa mensa  
 agnum dei, qui tollit peccata mundi, hoc fortasse male intelli-  
 gendo, poterat utcunque Calu. more suo accommodate ad suū  
 dogma, idest, peruerse interpretari, nisi sacra Synodus diuini-  
 tus cauisset adiungendo, qui sine maculatione a sacerdotibus im-  
 molatur. ac pretiosum eius corpus, & sanguinem vere sumen-  
 do credamus esse hæc nostræ salutis, ac resurrectionis symbo-  
 la. Symbola nostræ resurrectionis vocat, quia, vt hoc obiter  
 notemus, sicut Christus mortuus est, & resurrexit, & iā nō mo-  
 ritur, & mors ei non dominabitur amplius, sic qui hūc panem  
 vitæ comedit, resuscitabit eum dominus in nouissimo die, vt  
 idem promisit. In hanc sanctiōnem dogmaticam synodi Nice-  
 næ cum nescio quo casu Calui. vt videtur, incidisset, ratus se ar-  
 cem tenere ad dogma suum defendendum, si vel solum de sy-  
 nodo Nic. commemorasset, partim non aduertens, quod lege-  
 rat, partim dissimulans, quæ aduersari videbantur, recitauit  
 quod sibi commodum visum est, de cetero securus, sed vt disci-  
 puli eius magistrū in furto, & mendacio deprehensum videāt,  
 si sic forte pudeat sequi eum, recitemus illius verba ex. c. xviii.  
 art. xxxiii. Quid ergo (inquit) superstitiosum cultum negabi-  
 mus, cum sese humiliter coram pane prosternunt? vt Christū  
 illic adorent? subiungit deinde, Huic malo proculdubio voluit  
 obuiare Nic. synodus, cum veruit nos, humiliter intentos esse  
 ad proposita symbola. Hæc Calu. cetera reticuit, quō consilio  
 interrogent discipuli, vt cum magister nihil ad respondendum  
 habuerit, damanatum se ostendat tum proprio iudicio, quod  
 est

est commune omnium hæreticorum, tum iudicio grauissimo  
 Nic. synodi, cui tantam auctoritatem tribuere voluit, vt contra  
 nos testem citaret. citarit ergo in caput suum, & vt forex, in di-  
 cio sui pereat, dedit enim nobis occasionem quærendi, de quo  
 indicauit. Gratias deo, qui comprehendit sapientes in astutia  
 sua. Et audet, si discipulis eius placet, obiicere nobis paulo  
 ante idem crimen falsitatis, sic enim ait, vt valde mire r tantam  
 esse impudentiam in aduersariis (nos dicit) qui mutilas quas-  
 dam eius sententias, (de Aug. loquitur) obiicere nobis audent.  
 Sed ille elegans auctor, & veridicus nullas recitauit. pepercit,  
 credo, pudori nostro homo impudentis. cuius impudentiam  
 nos minime miramur, vt se nostram mirari dicit. idest, suam,  
 quam nobiscum callide communicare vult, quid enim non au-  
 deat, qui ad voluntatem diaboli captus tenetur? Sed vtinam eū  
 aliquando, si viuus est, pudeat, aut pudeat saltem discipulos tā  
 impudentis, & tam falsi magistri, qui per philosophiam, & ina-  
 nem fallaciam decipit secundum elementa mundi, & nō secun-  
 dum Christum de hoc mysterio docens, cum tradit artic. xxij.  
 — quasi ratam sententiam philosophorum huius mundi ponens,  
 — scilicet cauendum esse, nequid eius corpori ( de sancta Eucha-  
 — ristia loquitur) affigatur naturæ humanæ minus consentaneū,  
 — quod sit (inquit) cum infinitum esse dicitur, vel in pluribus si-  
 — mul locis ponitur. Et cap. xxiii. Atqui hæc, (inquit) est propria  
 — corporis veritas, vt spatio contineatur, vt suis dimensionibus  
 — constet, vt suam faciem habeat. & illud. c. xxvi. aufer palpari, &  
 — videri, & verum corpus esse desinet. Annon hoc est, docere de  
 — Christo glorioso secundum elementa mundi, & philosophari  
 secundum sensum carnis de spiritualibus? idest, decipere per  
 philosophiam, & inanem fallaciam? Neget igitur Cal. Christū  
 esse deum, quia secundum philosophiam sæculi huius diuini-  
 tatem, quæ, sicut Apost. ait, ignis consumens est, & infirmam,  
 ac debilem humanitatem simul esse, impossibile est lege con-  
 trariorum. vt Clemens Rom. notauit in definitionibus, quas  
 Anastasius Antiochenus collegit. Sed quia mihi non est nunc  
 propositum contra sacramentarios longo sermone de scriptu-  
 ris sanctis disputare, facio id opere proprio, quod in manibus  
 est, contra Caluini eorum patroni pessimi philosophiā de cor-  
 pore Christi, paucis agam, Dicat igitur mihi is, Cum multi  
 audiē-

audientes ex discipulis Christi dixerunt, Durus est hic sermo, & quis poterit audire eum? Cogitarant enim, ut ait Cyr. Hierosol. *σαρκωφαγίαν*, id est, esum vulgarem, & communem carnis, non enim dixit *πῶ σαρκωφαγίαν*, sed *ἀδοξίως σαρκωφαγίαν*, hanc scilicet, vel illam, vel aliam, hoc est communem, dominus autem loquebatur de cœlesti, & spiritali sarcophagia, quorsum (inquam) dominus, cum sic discipuli scandalizarentur, respondit, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? scilicet admonuit ad confirmandam fidem mysterii huius, & ad redarguendam incredulitatem Sacramentarium, qui dicunt, ut illi, durus est sermo hic, & quis poterit audire eum? admonuit (inquam) de ascensu suo in cœlos, cum nubes suscepit eum ab oculis eorum, & videntibus apostolis est eleuatus in cœlum, significans scilicet, ut tunc obiecta fuit nubes oculis spectantium, alioqui non dixisset, suscepit eum ab oculis eorum, sic nunc loquitur de carne sua edenda, obiecta oculis specie panis cibi cōmunis, quem dominus largitur per imbres, quos nubes in aere coactæ effundit, sicut de eo dixit Paul. in actis. Apost. de cœlo dāns pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia & ut tunc corpus illud virtute propria, id est, diuina præpotenti ascendebat, & libere per cœlum penetrabat, eadem virtute futurum esse in figura, siue specie, & paruitate panis corpus suum, de quo edendo loqueretur, neque enim minus miraculum fuit illud, quàm sit hoc. Ita ut qui ascensum Christi in cœlos vere credit, & corpus Christi in mysterio panis, & vini per virtutē eius esse credat, & qui hoc non credit, idem neque ascensum eius in cœlum vere credat. Idcirco hunc ascensum in cœlos, cuius fides fidem huius sacramēti mirabiliter attestatur, ut dominus admonuit, omnes ecclesiæ catholicæ solenni eleuatione sanctæ Eucharistiæ in Missa, ut ab apostolis acceperant, repræsentant, & profitentur. Et ut is, qui ascensum Christi in cœlos cogitet carnaliter, id est, intendens considerationem in ea tantum, quæ sunt propria siue naturæ humanæ. nondum spiritalis, sed physica, & animalis, ut Apost. loquitur, siue etiam factæ iam spiritalis, solitaria tamen, & non simul intendens in ea quæ sunt propria virtutis diuinæ, neuter horum ascensum corporis Christi in cœlos credat, quia nō spiritaliter cogitet ascensum, ut possit, fide

fit, fide intelligere, Caro enim id est, natura corporea nihil prodest ad sic ascendendum, sed spiritus, id est, diuinitas, sic qui int̄dat *φιλως*, id est, nude in proprietates carnis, & naturæ corporeæ etiam spiritalis factæ, & iam immortalis, is non potest credere hoc mysterium sanctæ Eucharistiæ. Caro enim nihil prodest, neque adiuuat ad hoc credendum, imo obsistit, qui autem considerationem intendit in spiritum, id est, simul etiam in diuinam naturam cum corpore unitam, hic est, qui dicere potest cum beato Petro, ad quem ibimus? quasi diceret, nunquid ibimus ad Calu. aut alios sacramentarios; quibus sermo de carne Christi edenda durus videatur? Domine verba vitæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius dei. Iam cum obiicitur sacramentariis ingressus Christi Ianuis Clausis, ut sic sacramentum hoc credant, respondet Cal. eorū patronus, verum, sed ingressus (inquit) corporis veritatem discipulis approbavit, videte (ait) quia spiritus carnem, & ossa nō habent, sicut me videtis habere. Deinde subiungit, En, gloriosum Christi corpus verum esse probatur, quia palpari, & videri potest. ergo dubitet Cal. utrū in cœlo sit gloriosum Christi corpus verū, an euauerit ascendendo liquefactum fortassis ardore solis, ut isti blasphemus cōuenit somniare, quia scilicet nō sit in cœlo probatum palpando, an sit ibi verum corpus. Sed attendamus, quod dominus respondit Magdalenæ, cum voluit eum tangere post resurrectionem, Noli me (inquit) tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Volebat illa quidem, atrectando tanquam mortalem, experiri qualitates corporis humani physici, & animalis, Dominus vero ut mulierem humiliter, & abiecte de Christo glorioso cogitantem excitaret ad altiore cogitationem gloriæ corporis sui dignam, memoriā iniecit ascensus in cœlum ad patrem suum, simul significans post ascensum in cœlos tangendum, & tractandum esse suum corpus spiritaliter in sacramento scilicet sanctæ Eucharistiæ. ibi enim sacerdotes Christum atrectamus, & osculamur, sicut ecclesia sponsa petit, cum ait, osculetur me osculo oris sui. Sic enim Theodorus, ne sine auctore loquar, in cōment. Cant. interpretatus est, interpretemur nos Latine. Neque vero, inquit, offendi quis debet verbo osculi, siquidem in ipso mysterio tempore membra sponsi prendimus, osculamur, & amplectimur,

timur, & veluti sponsali coniunctione cum eo copulamur. Hæc Theod. Per hoc igitur magnū mysterium veri cibi, quo Christus ecclesiam *ἀρωματίζω*, idest, per se ipsum, & vt ita dicam, immediate nutrit, & fouet, vt sponsus sponsam, efficiamur cum eo in carnem vnā, quæ est summa vnio, quam idem dominus fieri significat, cum ait, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Quia enim in physicis non potest esse maior coniunctio, neque animantibus conuenientior, quàm sit alimenti cum iis, qui illud capiunt, & quo solo iidem crescunt, & vnde multiplicantur, item quia in vita communi *καὶ τὸ πῶς διαδοσὶν ἑαυτοῦ*, idest, secundum affectum animorum non potest esse maior copulatio quàm viri, & vxoris in vnā carnem, idcirco sub typo, imagine, symbolo, & specie corporalis cibi, (idem enim dico pluribus verbis) in sacramento veri cibi cœlestis, & mystici coniugii tradita est nobis summa vnio cum deo, quàm efficit sacra communio corporis, & sanguinis Christi. Vnde Paul. explanans anagogice, quod scriptura de coniugio dixerat, & erunt duo in carnem vnā, Sacramentum (inquit) hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia, quam scilicet nutrit, & fouet, sicut idem Apost. proxime dixerat, hoc. n. illic repetendum erat *ὁμοκοινωνία*. Nemo autem est, qui nesciat, esse proprium alimenti nutrire, quod quidem sanctæ Eucharistiæ conuenit. Non enim est aliud sacramentum magnum, quo tanquam alimento vero nutriamur, & Christus, ac nos in carnem vnā efficiamur, præter hoc. Quare quod Theodoritus dixit, sponsali coniunctione nos cum Christo in ipso mysterii tempore copulari, plane interpretatur, quod Apostol. obscurius, vt solet cetera, de hoc magno sacramento sanctæ Eucharistiæ ad Eph. scripsit. Imo vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, magnus quoque Methodius, & idem Martyr in Symposio decem virginum, cuius meminit Hieron. & apud nos extat, eundem locum Apost. de eodem magno sacramento communionis corporis, & sanguinis, sic interpretatus est, vt nos totidem verbis transferamus. Hac ratione (inquit) impletur illud, Crescite, & multiplicamini, aucta quotidie ecclesia per congressum, & communionem verbi ad huc descendens ad nos secundum passionis commemorationem, quæ in hoc mysterio fit. Deinde subiun-

git,

git, Non enim potest ecclesia concipere credentes, eosque per regenerationis lauacrum regenerare, nisi propter eisdem Christus seipsum secundum commemorationem passionis exinanians, vt capi possit, ac rursus secundum commemorationem de cœlo descendens moriatur, (non quidem vere, apage. Sed secundum, inquit, commemorationem) & adhæreat vxori suæ, idest, ecclesiæ, quæ ex virtute lateris noui Adæ dormientis soporem mortis ædificata est, tanquam altera Eua, facta iam mater omnium viuentium per fidem. Hæc beatus martyr Methodius, cuius quanta sit auctoritas, & nomen, at vetustas, notum est. *Qui igitur Christum in mysterio negat, sicut synagoga Sacramentarium, Verbum dei negat, negat enim magnum sacramentum, quo tãquã vero alimento digne gustato ecclesia, sicut apostoli tradiderunt, vere nutritur, & crescit in salutem, item negat, Christum sponsum esse ecclesiæ, fierique cum eo animas ecclesiæ suæ sanctæ in vnā carnem, hoc enim non fit, nisi per magnum Sacramentum mystici, & spiritualis coniugii, quod vera, & vt ita dicam, reali communionem veri corporis, & sanguinis Christi consumatur. Illud quoque obiter obseruandum est, quod Apost. vocauit hic magnum Sacramentum, vocasse in epist. ad Tim. i. magnum pietatis Sacramentum, postquam præcepit Timotheo de diaconis, qui vt Clemens ait, cum metu, & reuerentia huic magno mysterio, siue sacramento ministrare debent. quod ipsum vocasse item paulo ante mysterium fidei adiuncto articulo, qui hoc loco magnitudinem, & excellentiam eius mysterii denotat, testis est ecclesia catholica, quæ per vniuersum orbem ab initio, vt ab apostolis accepit, hoc verbum mysticæ benedictioni Calicis semper adhibet. Mysterium vero fidei vocauit, quod inter cetera mysteria, siue Sacramenta hoc in primis fidem requirat ad intelligendum, quod ex omnibus, inquam, Sacramentis in hoc potissimum opus sit non infirmari fide, vt de Abraam scriptum est, sed potius ad exemplum illius confortari fide, & dare gloriam deo, credendo posse eum facere, quæcunque voluit, vt scilicet sit in eo ipso Sacramento Christus *ὁμοιωθῆς*, qui in eo *ἀρωματίζω* sanctificet. Idcirco dominus cum vellet de hoc mysterio in euang. Ioannis disserere, exordium cœpit a fide, *Qui credit, inquit, in me, habet vitam æternam, ego sum panis vitæ.* Et rur-*

Pp ii sus

fus post longum sermonem de hoc Sacramento habitum, sed sunt (inquit) ex vobis, qui non credunt. Tales sunt Sacramentarii *σαρκοφρονες*, quibus non secundum spiritum, sed secundum carnem, ut illis, in hoc mysterio magno philosophari placet. Hinc Paul. in epist. ad Hebr. hortatur accedere cum plenitudine fidei ad hoc sacramentum magnum, quod in substantia est Christus, idem sacerdos magnus super domum dei, & idem hostia. de quo loco dicam paulo post. Respondeant igitur nunc Sacramentarii, quod nam est istud magnum sacramentum, quod assumptum est in gloria, ut hic ait Paul. id est, quod ascendit in cœlum, non dico, *εικονικως*, sed *ουσιωδως*, id est, non in typo, & imagine, & ut theologi scholastici loquuntur, Sacramentaliter, sed in substantia? quod inquam, est, nisi hoc, magnum sacramentum corporis, & sanguinis Christi, quod est secundum idioma sermonis Hebraici sacramentum sacramentorum, & ut diuinus Dionys. ait, *πλετη κληρω*, Respondeant rursus, quod nam sit magnum sacramentum, quod manifestatum est in carne, sic enim legitur in Latinis codicibus, ut Ambrosius quoque legit, & interpretatur melius, quam in quibusdam Græcis, quos Hilarius secutus est in iii. de Trin. Deus manifestatus est in carne, neque enim si sic legamus, quod sequitur, Iustificatus est in spiritu, deo conuenit, quod, inquam, est magnum Sacramentum, quod manifestatum est in carne, nisi sacramentum corporis, & sanguinis? de quo dominus dixit ante mortem carnis suæ, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, & Hic sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effundetur. Quod enim in hoc sacramento sit verum corpus, & verus sanguis Iesu Christi saluatoris nostri, ut dominus ante mortem suam instituit, in passione, & morte eiusdem consecuta ostensum est. Hoc significat, manifestatum esse sacramentum istud magnum in carne. Simile est, quod beatus Petrus dixit in actis apost. de Christo, virum ostensum in vobis signis, & prodigiis, &c. Virum enim dixit, Ut carnem, siue humanitatem eius notaret, ut magnus quoque Athan. obseruauit, Veritatem vero carnis probauit subiungens statim mortem eius, Hunc, inquit, affligentes interemistis, & subiecit statim resurrectionem inquit, Quem suscitauit deus, &c. Similiter hoc loco Paul. statim post mortem subiungit resurrectionem, inquit, de eodem sacramento magno

gno

gno corporis scilicet & sanguinis, quod est Christus, quod iustificatum est in spiritu, tunc scilicet, cum Christus resurrexit, quod quidem ei debebatur propter spiritum diuinitatis inhabitantis, per quam impossibile erat, ut beatus Petrus ait, teneri eum a morte. De utroque, id est, de morte & resurrectione Christi dixit Petrus, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu. Imitatus itaque est Apost. Esaiam prophetam, qui de resurrectione Christi dixit, postquam de passione, & morte eius prophetauit, Et vult dominus in manu eius auferre dolorem animæ eius, ostendere ei lucem, gloriam resurrectionis dicit, & plasmare intelligentia, plasmationem sapientem vocat istam mirabilem resurrectionem Iesu Christi, quæ fuit quædam eius generatio, & natiuitas, ut ait scriptura sancta Paulo apostolo interprete, cum ait in act. apost. resuscitans Iesum, sicut in Psal. ii. scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Prosequitur Esaias resurrectionem subiungens, Iustificare iustum bene seruientem multis, sic enim est apud Ixx. hæc est iustificatio Christi in spiritu, quam Paul. hoc loco dicit, id est, resurrectio in spiritu, hoc est per diuinitatem Christi iuste facta, sicut idem Esa. significauit, cum ait, & vult dominus in manu eius auferre dolorem animæ eius. Ab iis vero qui hæc in epist. Pauli ad Tim. non de morte, & resurrectione, sed aliter interpretanda esse existimarunt, hoc solum quæram, quomodo in hoc magno sacramento probabile videatur, meminisse Apostolum aduentus Christi, & quod apparuit angelis, & prædicationis, & ascensus in cœlum, & non mortis, neque resurrectionis? Sed prosequamur locum, sequitur enim. Apparuit angelis, per nos namque factum est, ut angeli Christi humanitatem, & totum mysterium redemptionis nostræ in terra dispensatum cognoscerent, sicut scriptum est de eo, ut innotescat, inquit, principibus, & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei, sequitur, Prædicatum est gentibus, creditum in mundo, assumptum est in gloria. Hæc sunt, quæ ecclesia catholica de isto magno sacramento *της ενσεβειας*, id est, de Christo ipso sub typo mystico, & imagine in sacra Missa *ενσεβεις* in dei cultum & propitiationem, ut ab apostolis accepit, repræsentat, mortem diuisionem hostiæ, resurrectionem copulatione rursus duarum partium hostiæ, apparuisse angelis, & hominibus in carne ostensione eiusdem hostiæ, prædicationem recitatione lectionis apostolicæ.

licæ.



licæ, & euangelicæ, fidem habitam recitatione symboli, ascensum in cœlos item eleuatione hostiæ. Denique hoc sacramentum corporis, & sanguinis est illud sacramentum, quod idem Apost. in epist. ad Col. affirmat esse Christum in nobis, sicut idē dominus ait, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo, & esse spem gloriæ nostræ, sicut idem dominus promittit carnem eius dignē manducāti, resuscitabo eum in nouissimo die, item absconditum fuisse a sæculis, in eo enim est tota virtus œconomix in terris administratæ ad redemptionem nostram, quæ ante constitutionem mundi prouisa, & decreta erat. dicit præterea factum se ministrum ecclesiæ, vt Verbo dei, & huic sacramento ministret, vt scilicet prædicando, monendo, docendo laboret, vt exhibeat omnem hominem perfectum in Christo, quod quidem fit per communionem veri corporis, & sanguinis Christi digne sumptam, quod tunc fit, vt tradit diuinus Dionys. cum vitam eius, cuius carnem manducamus, imitamur. In hoc sacramento ait ibidem Apostol. promissas esse gentibus diuitias, quæ diuitiæ quales, quantæque sint, ii cognoscunt. qui digne communicāt, quos vocat sanctos. Hoc vero de diuitiis promissis gētibus in hoc sacramento probare possem ex pluribus prophetiis, nisi in aliud tempus referuarē. Satis sit nunc illa prophetia Es. de Tyro, Et erit, inquit, post lxx. annos visitationem faciet deus Tyri, & iterum restituetur in pristinum, æquale tempus præscripsit deus vastitati opulentissimæ vrbis Tyri, & seruituti Babylonice Iudæorum, itaque postquam Cyrus Persas, Medos & Babylonios cepit, & Chaldæorum regionem depopulatus est, Iudæos liberauit, & in patriam restituit, Tyrus quoque, quam iidem Babylonii deuastarant, cum Iudæam euerterunt, in pristinum statum rediit, quæ prophetia vt credibilior esset, adiunxit propheta more suo ἐκ τῆς προφητείας, id est, ex superabūdanti, vt ita dicam, aliam prophetiam longe excellentiorem de spiritali instauratione Tyri, hoc est de conuersione eius ab idolatria ad dei cultum, vt cum hoc, quod longe maius, & admirabilius erat, credidissent, iam quod minus erat, facilius crederent. Sicut prophætæ cū instauratione terrenæ Hierusalem prophetiam de instauratione eius spiritali eadem ratione coniungere solent. Ergo postquam dixit propheta de Tyro, Et iterum

iterum restituetur in pristinum, & erit emporium omnibus regnis terræ, subiungit deinde, Et erunt negotiatio eius, & merces sanctificatæ domino, quæ est plane prophetia de futura conuersione Tyriorum ad fidem, cū ædificaturi erant templa deo, & ex mercatura, qua ceteris gentibus præstabant, merces consecraturi templis, & eorum ministris, vnde subiungit, Merces sanctificata domino non ipsis, sed iis, qui coram domino habitant, congregabitur. Sequitur deinde, Omnis negotiatio eius, vt comedant, & bibant, & impleatur in saturitate, memoriale eius corā domino. sic enim est apud lxx. Quod quidem spiritaliter intelligendum esse de vero cibo, & potu non corruptibili, sed incorruptibili, satis ipsa verborum, & sententiarum consequentia declarat. Qui enim dixerat paulo ante, Et erunt negotiatio eius, & merces domino sanctificatæ, cum deinde subiiciat, Omnis negotiatio eius, vt comedant, & bibant, profecto de aliquo esu, & potu sanctificante loquatur, necesse est, esca enim communis per se scilicet non commendat nos deo, sicut Apost. ait, neque enim si māducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. Quod si omnis illa negotiatio, & merces, vt ait propheta, sanctificatæ sunt deo & rursus omnis illa negotiatio versatur in cibo, & potu, consequens est, vt de cibo, & potu sanctificatis, atque oblatis deo loquatur, id est, de cibo, & potu mysticis corporis, & sanguinis Iesu Christi. quod magis adhuc declarat propheta subiungens, Et implebitur in saturitatem, is enim vere, ac plene saturatur, qui non esurit amplius, qui habet, inquam, vitam æternam, sicut dominus vtrumque promisit huiusmodi cibum vitæ manducanti. Rursus quod sequitur, magis adhuc declarat, de hoc cibo & potu mystico loqui prophetam, Memoriale, inquit, eius coram domino. Sic enim dominus dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Huc igitur tendit, & dirigitur omne studium vitæ Christianæ, omnisque illa spiritalis negotiatio, quam dominus seruis suis mandauit, interim dum venit, scilicet vt de pane isto, qui est Christus in nobis, digne edamus, mortificando, sicut Apostol. ait, membra nostra, quæ sunt super terram. Hi enim sunt, qui digne manducando, vere annunciant mortem domini, donec veniat, sicut dominus præcepit. Diuitiæ igitur promissæ gentibus sunt in sacramento, quod

quod est, sicut Apostolus ait, Christus in nobis, spes gloriae nostrae, in quo sunt omnes thesauri absconditi, in sacramento, inquam, veri corporis, & sanguinis sub typo, & specie panis, & vini. Haecenus de his locis Apostoli. Reuertor tadem ad illum locum sponsae in Cant. quem Theod. de hoc sacramento, ut dixi, interpretatus est, & quem nos cum loco epistolae Pauli ad Eph. contulimus, unde iam longius quam putaram, recesserā, dum alius locus ex alio nectitur in tanta de hoc sacramento scripturarum copia, & concentu, ac colligatione. Cum sacramento igitur mystici coniugii, quod communionem corporis, & sanguinis Iesu Christi, ut dixi, consumatur, & cum osculo mystico oris sponsi mirifice congruit secundum scripturam, & naturam, quod statim sequitur, Meliora sunt uera tua uino. Ut enim corpus Christi in mysterio tum propter typum, siue speciem panis, quo tegitur, panis dicitur, tum quia confirmat cor hominis iuxta prophetiam Dauid, ut panis cibarius uires corporis, sic etiam quia lac habet vim *ωφένηλον*, ut ait Dionysius. id est, vim augendi, Eucharistia dicitur symbolice lac rationale, sicut beatus Petrus uocauit, eo enim crescimus in salutem, sicut idem statim ait, qui continuo subiunxit illud prophetae, Gustate, & uidete, quod diuinus Dionysius de sancta Eucharistia interpretatus est in Cap. de communionem. Item Cyrillus Hierosolymitanus describens in v. Catechesi, quae in celebratione solenni huius mystici sacrificii fieri, & cani solent, Postea (inquit) auditis prophetam cum cantu hortantem ad communionem, sanctorum mysteriorum, Gustate, inquit, & uidete, quam bonus dominus. Deinde subiungit, ne permittatis iudicium gutturi corporis, sed fidei ab omni dubitatione uacuae. Cum enim gustatis, non panem, & uinum gustatis, sed corpus Christi in typo, siue specie scilicet panis. Sicut idem in iii. Catechesi scripsit. Hic uero, ut hoc quoque obiter animaduertamus, qui existimant, referendum esse istud lac rationale, quod Petrus dixit, ad doctrinam, ut est scripturae consuetudo, cogitet mihi, quomodo quadret Petro, hortari ad concupiscendum doctrinam imperfectam, id est, imperfectis, & rudibus congruentem, quae lac ab Apostolo uocari solet, omnis enim (inquit) qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiae, ut si Petrus diceret, concupiscite elementa exordii sermonum dei. haec est enim doctrina

ad

ad paruulos accommodata. Rursus mihi cogitet, quid opus sit baptizatis, deponere omnem malitiam, & omnem dolum, simulationes, & inuidias, & omnes detractiones ad concupiscendum istud lac doctrinae. An non admittimus ad audiendam doctrinam Catechumenos, imo infideles, nedum baptizatos peccatores? quomodo haec quadrant? illa igitur notauit beatus Petrus quae ad digne manducandum deponi debent examinata conscientia, sicut Apostolus ait, probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo, caelesti scilicet & de lacte illo rationali, & uiuo edat. Illud quoque obiter hic obseruandum est, in inscriptionem illius psalmi, in quo scriptum est, quod de sancta Eucharistia beatus Petrus, & ueteres patres beatum Petrum secuti interpretati sunt, Gustate, & uidete, quam suauis dominus, mirabiliter quadrare huic magno mysterio, ut iam ex inscriptione, & ex illo versiculo plane intelligamus de hoc sacramento, siue mysterio prophetae Dauid in eo psalmo. Dauidi (inquit) cum immutauit vultum suum coram Achimelech, & dimisit eum, & abiit. Scilicet fuit Dauid vultu immutato, quod ei quidem in figura contigit, typus Christi veri regis sub humili, & abiecta specie panis, & vini. illic Dauid non uidebatur esse rex, sed amens, quia collabebatur, inquit, inter manus eorum, & impingebat in ostia portae, defluebantque saluariae eius in barbam, hic similiter in mysterio non uidetur sensui, esse ibi Christus rex gloriae, quia collabitur inter manus sacerdotum, & impingit in ostium oris, & defluunt saluariae fumentis in eum. Unde sicut Achis, siue Achimelech dimisit eum, & abiit, sic Sacramentarii noui Achitae dimiserunt eum, & recessit ab eis. Itaque Christum non habent, quia eum in sacramento uelata facie, & uultu immutato tanquam amentem eiecerunt noui Achitae, qui relicto uerbo Christi, qui aperte ait, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, sibi credi uolunt, quia ipsi affirmant iuxta interpretationem uerbi, Achis, declarat enim, utique, siue profecto. Ut nuper infelix Vergerius in libello, quem italice tacito auctore ad quandam Venetam monacham scripsit, ita est, creditis mihi (inquit) domina, non est nisi panis. Quod si omnia, ut Apostolus ait, in figura contingebant illis, dicat Cal. aut alius sacramentarius, cuius fuit typus Dauid uultu immutato? profecto non dicent, fuisse Christi tunc, cum transfiguratus est, & resplenduit

Qq

splenduit

splenduit facies eius, sicut Sol, neque cum in eum conueniebat, quod prophetauit Es. inquit, Vidimus eum, & nō erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, tunc enim non est dimissus, & abiit iuxta inscriptionem psalmi, & historiam, sed potius occisus est, vt paulo post prophetauit idem Esa. Hęc hactenus libenter obseruauimus, & inter se contulimus, vt si forte possem excitare quempiam ex Sacramentariis istis ad scrutandas, conferendasque scripturas, quarum est, veteris, dico, cū nouo testamento mirabilis in hoc sacramento concordia secundum doctrinam apostolicam omnibus ecclesiis traditam, & in eis ab initio vsque in hodiernum diem prædicatam, & cultam. Ait præterea Cal. art. xx. scripturam, vbi de nostra cum Christo participatione loquitur, vim eius vniuersam ad spiritum referre, id autem vt probaret, pro multis (inquit) vnus locus sufficet, Paul. ad Ro. cap. viii. Christum non aliter in nobis, quàm per spiritum suum inhabitare differit, vt licet huiusmodi habitatione spiritus non tollatur, vt ipse ait, communiō carnis, & sanguinis, quæ fit ab vno spiritu, tamen tollatur habitatio Christi in nobis secundum carnē. Sed quæramus ab eo, quomodo ait dominus per prophetam Ez. loquens de nouo testamento, Et Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum, sic enim vocat Christum secundum consuetudinē veteris scripturæ, quæ nominibus maiorum vocare solet posteros eorum, vt veteres obseruauerunt, sequitur, & percutiam illis fœdus pacis, scilicet factum est hoc per Christum, ipse enim, sicut Apost. ait, est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & pacificauit omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terra. Sequitur, & fundabo eos, & multiplicabo eos, hoc fit per lauacrum regenerationis, quod est initium, & fundamentum nouæ creaturæ. Sequitur, Et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum, Clarius interpretati sunt lxx. Et ponā sancta mea in medio eorum in perpetuum. Sancta vocat propheta secundū cōsuetudinē scripturæ corpus Christi, sicut Paul. interpretatus est in actis Apost. cum ait, Quod autem suscitauit eum a mortuis non amplius reuersurum in corruptionem, ita dixit, quia dabo vobis sancta Dauid fidelia, ideoque & alias dicit, non dabis, sanctum tuum videre corruptionem, itaque carnem Christi vocauit Es. sancta, prophetans de resurrectione

restitutione eius interprete Paulo. Vnde sumptum est, vt in Missa Græcorum antequam sacerdos communicet, diaconus dicat clara voce, sancta sanctis, admonens omnes de probatione conscientiæ ad dignè manducandum. Quod autem addidit, in perpetuum, hoc est quod Christus promissit, fore se nobiscum vsque ad consumationem sæculi. Semper enim futurum est in ecclesia hoc mysterium, quo ad veniat Antichristus, cum iuxta prophetiam Danielis modico tempore auferetur iuge sacrificium, & breui postea restituetur. Reuertamur ad Ez. qui ad confirmationem promissionis de præsentia corporis Christi apud nos subiungit iterum, Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Tabernaculum vocat corpus Christi, in quo habitauit plenitudo diuinitatis, & in quo tanquam in tabernaculo nos manemus, cum digne sumimus, & ille in nobis, sicut idem dominus dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Quod vero hic corpus Christi tabernaculum vocet scriptura conuenienter antecedentibus, intelligi quoque potest ex eodem Apost. qui interpretans in act. apost. prophetiam Amos de resurrectione corporis Christi, & de vocatione gentium post resurrectionem, Viri (inquit) fratres, Simon narrauit, quemadmodum primum deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est, Post hæc reuertar, & ædificabo tabernaculum Dauid, quod decedit, hæc est resurrectio corporis Christi, & diruta eius reædificabo, diruta eius vocat, quas propheta Esaias vocauit hæreditates dissipatas, cum ait, Dedi te in fœdus populi, vt possideres hæreditates dissipatas, & diceres iis, qui vincti sunt, exite. Deinde subiungit propheta Amos de vocatione gentium, vt requirant (inquit) ceteri hominum dominum, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc. Item idem Apost. corpus Christi in epist. ad Hebræos vocauit tabernaculum, cum ait. Christus autem assitens pont. futurorum honorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, neque huius creationis, quia scilicet conceptus est de spiritu sancto sine semine viri. Itaque quod Dominus per Es. promissit, inquit, & erit tabernaculum meum in eis in perpetuum, secundū idio-

ma scripturæ sanctæ, & Pauli Apost. interpretationem, & huius Verbi usum accipiendum est de corpore Christi. Quæso, quid hic habet Cal. aut alius sacramentarius, quod respōdeat, nisi malit insanire, quod iam pridem facit, aut pergere dicendo de suo dogmate scelerato, & nefario iuxta interpretationem verbi Achis, Ita est profecto. De hoc eodem tabernaculo propheta David, cum ait. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? ipse enim dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, scilicet tãquàm in tabernaculo, subiungit deinde, Qui ingreditur sine macula, & quæ sequuntur, quæ necessaria sunt ad digne manducandum. Neque enim necesse est nobis, tales esse, vt in tabernaculo ecclesiæ catholicæ habitemus, vt in primo libro ostensum est, vt quidem necesse est, vt maneamus in ipso tabernaculo corporis Christi, in quo habitauit plenitudo diuinitatis. idcirco enim ecclesia, vt beatus Chrysost. in commentariis Psal. huius notauit, tabernaculum dicitur, quia, inquit, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Caro igitur, quæ facta est dei propria, verum tabernaculum eius est, de quo accipiendum est secundum anagogem, quod nunc canit propheta. Nihil vero obstat, quin simul de habitatione cœlestis tabernaculi intelligatur, ideo enim studendum est, vt digne in tabernaculo carnis eius per sanctam communionem maneamus, vt sicut dominus promissit, ab eo in gloriam suscitemur, & in illud cœleste tabernaculum ingrediamur, vbi sedet Christus ad dexteram patris. Sed de ἀπερχομαι, idest, de non circumscriptione corporis Christi, quam non potest intelligere Cal. quia non credit, magisque ei placet secundum elementa mundi, quàm secundum scripturas in Christo philosophari, sic scripsit Magnetes vetustis. auctor ante mille ccc. annos libro iii. Euangelicæ apologiæ, trãsferam Latine ad verbum. Passurus paulo post, & impleturus œconomiam mortis, necessario aiebat, non semper discipulos habituros esse magistrum, sicut scriptum est, me autem non semper habebitis, postquàm vero mortem vicit, & immortalis factus est e mortali, & vt semel dicam, humanitas deificata est, τὸ ἀπερχομαι αὐτῷ ἰσχυρισμῶν, idest, potestatem suam nullis terminis definitam, ait fore in omni loco discipulis præsentem, (sic videtur mihi interpretari illud post resurrectionem, Data est

est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.) & non concludi, aut circumscribi tempore, neque loco, neque corpore, neque quantitate, neque qualitate, neque colore, neque vmbra, neque præterito, neque futuro, neque præsentem. Itaque post resurrectionem, neque locus, neque tempus, neque magnitudo, neque qualitas neque latitudo, neque longitudo, neque profunditas circumscripsit, sed vbiq; siue in Occidente, siue in Oriente quis inuocauerit Christum, antequam inuocet illum, est inuenire Christum. Inseparabile est enim a Verbo dei organum corporis. Sic latronem in paradysum ducit, & apostolis vsque ad consumationem sæculi aderit. Ante passionem vero verum fuit illud, me autem non semper habebitis. Hastenus Magnetes. Vt igitur hic auctor excellens diuine admonuit, quod dominus dixit discipulis, cum adhuc mortalis esset, Me autem non semper habebitis, & quod eidem post resurrectionem dixit, Ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi, & illud item post resurrectionem, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, cum tamen idem deus, & dominus ante resurrectionem esset, sed, adhuc homo mortalis, & illud Malachiæ, Ab Oriente cœli vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, atque ita quidem offertur, & inuocatur vbiq; nomen eius, vt vbiq; dicat, quod per Esaiam dicit, Clamabis, & dicet, esse adsum, hæc, inquam, & si quæ sunt alia huiusmodi, Christi ἀπερχομαι οὐσιωδῶς post resurrectionem designat, non quidem quod vbiq; sit corpus Christi, absit, sed quod vbiq; posse esse, & simul in locis infinitis, gloriæ corporis eius conueniat, qui mortem moriendo vicit, qui nobis fidem in eum dedit, quæ vincit mundum, & elementa eius. Et quidem nunc vbiq; est corpus Christi, idest, in omnibus ecclesiis sanctorum, vbiq; sacrificatur nomini eius iuxta prophetiam Malachiæ. Vbiq; enim inuocatur per mysticam benedictionem, siue cōsecrationem, quam vocamus, ipse dicit iuxta prophetiam Esaiæ, Ecce adsum. Hic est sacerdos magnus, sicut Apost. ait, super domum dei, quæ est omnis ecclesia catholica, de qua idem Apost. scripsit ad Tim. Vt scias, quomodo oporteat te conuersari in domo dei, idem hostia, & idem sacerdos, hostia, inquam, noua, quia non offertur iam per effusionem

san-

sanguinis, sicut semel in cruce moriendo oblatus est, sed *αὐτὸς*, ut dixit sancta Synodus Nicena, id est, sine maceratione, & viuens, quæ est tota nostra fiducia, & via in cælum iuxta Verbum domini, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Hanc hostiam Christus instituit, & primus initiavit, vnde diuinus Dionys. primam illam cœnam *ἀρχαῖον μυστήριον* vocat. Notauit hæc omnia Apostol. scribens ad Hebr. postquam enim de Christo per sanguinem crucis oblato multa dixerat, hortans deinde ad communionem sanctam hostiæ huius, subiungit de eodem Christo, qui offertur *ἀναμάρτως*, ut patres loquuntur, id est, incruente; Habentes itaque fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi, explicat deinde, quam fiduciam dicat, scilicet viam nouam, & viuentem per velamen, id est, carnem suam, explicat adhuc magis suo more, adiungens, & sacerdotem magnum super domum dei. Sequitur, Accedamus ergo, scilicet ad hanc viam nouam & viuentem, sacerdotem magnum cum vero corde, & plenitudine fidei. Probet autem se ipsum homo, ait idem Apost. probet, inquam, & experiatur, an accedat cum puro corde, & conscientia bona, nihil dubitans in tam mirabili mysterio. Sequitur, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. non enim hortatur Apost. ad accedendum ad Christum per baptismum, sed iam baptizatos hortatur ad accedendum ad mysticam hostiam nouam, & viuentem digne, id est, sine peccatis, quæ iam per baptismum remissa sint, & si post baptismum peccatum sit, admonet, ut per probationem conscientia, quoad licet, ad illam innocentiam, & sanctitatem in sacro baptismo a deo tributam redeamus. Eadem ratione, & proposito beatus Petrus baptizatos hortatur ad accedendum ad mysticum cibum lactis rationalis, & viui, id est, ad huius hostiæ spiritualis communionem, cum ait, Tanquam modo geniti infantes. lac concupiscite rationale, rationale dixit pro eo, quod est viuum, & spirituale, qualis est hic cibus, idem hostia, & idem sacerdos magnus, statim enim subiungit; ut paulo ante notauimus, quod iam omnino declaret, de quo loquatur, Gustate (inquit) & videte, quam bonus dominus. de quo loco satis supra dictum est, ne idem reperamus. Reuertamur ad locum Apost. in quo illud quoque obseruemus, quod Apost. vocauit hanc hostiam viam, nequis

nequis in hoc verbo hæreat, ex scriptura sumpsit, Postquam enim Dauid in Psal. xlix. multa de hoc mystico sacrificio, quod veteribus successit, prophetice scripsit, ut illa, Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Imola deo sacrificium laudis, & quæ sequuntur, neque enim est mihi tempus, neque propositum explicare hæc omnia modo, quod in alio opere facio, & postquam exprobrando eis, qui indigne manducando iudicium sibi manducant, de quo iudicio in principio eiusdem Psal. prophetare cœpit, subiungit, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum per os tuum? quod ei proprie conuenit, qui sumit in os corpus Christi ad manducandum in commemorationem iustitiæ eius, quam fecit moriendo pro nobis, ut nos non per vim, sicut ait Es. sed in iudicio, & iustitia a morte redimeret. quod quidem corpus testamentum, siue pactum substantiale nostræ hereditatis, imo ipsa hereditas nostra, & vita est, & postquam dixit, & cum adulteris portionem tuam ponebas, quod in eos dictum est, qui scientes cum iis comunicant, qui publice sunt in peccato, quos Paul. in epist. ad Cor. i. vocat nominatos adulteros, auaros, & reliquos, cum quibus (inquit) neque cibum sumere, quod si neque cibum sumere, quo utimur ad necessitatem corporis, quanto minus cibum sumere spiritualem, & cœlestem cum eisdem? itaque portionem, & Græce *μερίδα* vocauit propheta particulam hostiæ. Sic quoque beatus Chrys. interpretatus est in Comment. Psal. Denique postquam dixit propheta, sacrificium laudis honorificabit me, subiungit psalmum claudens, Illic via, qua ostendam illi salutare dei; scilicet in sacrificio, & hostia laudis. Hæc est igitur via, quam Apost. dixit. Vnde hanc hostiam, & cibum spiritualem ecclesiastici patres viaticum appellare consueverunt, admonentes verbo ipso, instruendos nos esse, & roborandos hoc cibo ad conficiendum hoc iter in cælum, vbi salus, & vita nostra abscondita est in Christo, sicut Dauid prophetauit, inquiens, illic iter, quo ostendam illi salutare dei. Itaque Sacramentarii, quia viatico carent, iter ad cælum conficere non possunt, neque domos dei habent, id est, ecclesias, sed potius synagogas Satanae, quia non habent super eas sacerdotem magnum, quem qui non habent hic in terra, neque eundem habent in cœlo, ut sibi fingunt, & mentiuntur. Quæ in cælum ascendisse si vere

si vere crederet, & in mysterio esse apud nos in terra, crederet, & rursus quia domum dei non habent, consequens est, ut neque Verbum dei habeant. Quod si semper isti Verbum dei appellant, flagrant, resonant, En, nihil nisi ex Verbo dei illis proferimus. Quanta vero sit in his obseruandis, & conferendis concordia, & consensus, scio, intelligent quidem, qui credunt, qui vero non credunt, non intelligent. De eis dominus poenitentiam, ut cognoscant veritatem, & ut credant, quod dictum est per Es. prophetam, nisi credideritis, non intelligetis, sicut Apostolus ait, fide intelligimus, aptata esse saecula Verbo dei, sic magna Synodus Nic. praecipit, fide intelligere hoc mysterium sanctae Eucharistiae, quod quia Calu. facere noluit, callide praetermisit, cum de sanctione huius synodi commemorauit, ut ante ostendimus. Sed quia Calu. tam studiosè intendit mentem in elementa mundi, & naturam, ac sensum, ut non permittat fidei iudiciū de corpore Christi in multis locis simul posito ἀποδι-  
*γράφως*, sed potius permittit, sensui amico, & ad stipulatori naturae, describam hic, quae Eutyechius patriarcha Const. auctor multa scientia, ac magna auctoritate scripsit de hoc mysterio exemplis naturalibus ex medio sumptis *ἐκ χειραγωγίων* eorum, qui ita sensus, & elementa sensui propinqua sectantur. ut sicut magnus Basil. de Eunomio scripsit, qui non possunt naturam formicæ explicare, iidem de potestate dei, quae est omni cogitatione & intelligentia maior, philosophari audeat. Totum igitur (inquit) pretiosum corpus sumitur, & totus sanguis pretiosus, etiam si pars sumatur, impertitur enim sine partitione omnibus propter immixtionem, sicut vnum sigillum omnes notas suas, & formas cum iis communicat, quae illud participant, remanetque idem post istam communicationem neque diminutum, neque mutatum, quamuis multa numero sint. Aut sicut vna vox a quopiam emissa, & in aerem fusa, tota remanet in eo, qui emisit, & tota in aere posita, auribus omnium recipitur, nemine eorum, qui audierunt plus, aut minus recipiente, quin potius tota est non diuisa, sed integra apud omnes, quamuis sint innumerabiles, qui audierunt, cum alioqui sit vox corpus, nihil aliud vox est, quam aër percussus. Hæc Eutyech. *ἑμμεν*, id est, immixtionem vocauit positionem, & situm partium corporis *ἑμμικτως*, hoc est, sine vlla definitione, ac circumscriptione.

Deinde

Deinde subiungit, *μηδεις ἐν ἀμφιβολίαι ἐχέτω τὸ ἀσθερον μετὰ τῷ μυστικῷ ἰδουρργίαι καὶ ἀθάνατον, καὶ ἄπειρον, καὶ ζωοποιόν σώμα καὶ αἷμα τῆς κυρίου τοῖς ἀπίπττοις ἐπιθέμενον διὰ τῶν ἰδουρργιῶν ἑλαττον τῶν περισημλιῶν πρὸ χειραγωγίων τῆς οικίας οὐκ ἔστι μὲρ γυνδασι δυνάμεις, ἀλλ' ὅλον ἐν ὅλοις ἐν εἰσοκεῖσθαι.* Nos latine ad verbum transferamus, Nemo igitur (inquit) dubitet, post sacræ operationem mysticam incorruptibile, & immortale corpus, & sanguinem domini sanctum & viuificum per sacerdotes, qui sacrificant, sub speciebus panis scilicet, & vini posita minus, quam exempla ante dicta, virtutes suas imprimere, quin potius totum in totis reperiri. Hæc Eutyech. An igitur natura vocis, & sigilli non docet Sacramentarios, qui tantopere naturæ incumbunt, & faciem propriam in vnaquaque re quærunt, ut Calu. paulo ante aiebat, non distinguentes spiritualia a non spiritualibus, ut animales homines, omnia secundum sensum diiudicantes, an inquam, natura vocis, & sigilli non docet eos, posse esse corpus Christi in caelo, & locis infinitis in terra super omnes domos dei, quæ sunt ecclesiæ catholicæ? Sed hoc est in Cal. Sacramentorum patrono mirabile, quod cum nobis elementa mundi semper falso exprobrat, ipse est, qui ab elementis mundi non vult recedere, qui non vult supra elementa mundi, & contra philosophiam huius sæculi decepticem, & contra fallacias, & traditiones Sacramentorum fide intelligere verum corpus, & verum sanguinem Christi esse vere in ecclesiis catholicis, & futura usque ad consumationem sæculi iuxta Verbum domini. Te igitur Cal. vel ut omnes potius appellem, te, Sacramentarie, Eutyechius patriarcha Const. sanctiss. & eruditiss. imo cuncta ecclesia Const. cui tempore Iustiniani imp. cum magna laude præfuit, & in qua vir sanctus hanc doctrinam catholicam docuit, imo vero omnes illi prisca patres, & ecclesiæ maiores, & antiquiores, quas ille sequebatur, te, inquam, Sacramentarie, monent, & obtestantur, ut non sensu, sed fide hoc mysterium intelligere velis, ne dubites verum corpus, & verum sanguinem domini in eo esse. Quod si in elementa mundi cogitationem velis intendere, ut cogites exempla ista.

Supereft iam, ut de Missa, in qua hoc magnum mysterium ceremoniis solennibus celebratur, & collitur, pauca strictim dicamus. hanc enim irridet, & ceremonias eius insulas, & histrio-

R r nicas

nicas gesticulationes sacrificulorum vocant, & nos missarios appellant iniuriose, ut ipsi existimant, ut, sicut Iudas Apost. de similibus dixit, blasphemant, quod ignorant. Primum igitur, nomen ipsum Missæ, quod in omnibus ecclesiis Latinis catholicis tam tritum, & vetus est, ut stultum sit, cogitare aduentitium, & nouum esse, ac non potius ab ipsis primis Latinis Christianis vsu communis sermonis receptum, & deinceps per consuetudinem vulgi in sæcula consecuta vsque ad nostram ætatem perductum, opinor dictum esse per apocopem, ut sit Missa pro dimissa. & rursus dimissa pro dimissione, ut Tertull. loquitur. dimissio autem est, quæ a Græcis dicitur ἀπόλοις, & ἀπολλεῖν est dimittere, quo verbo diaconus in ecclesia Græca peracto sacrificio, denunciat populo potestatem abeundi, ut nos dicere solemus, Ite, Missa est, id est, abire licet. Admonemur itaque hoc verbo, quod diuina ratione huic ministerio solenni impositum est, ut non deseramus Synaxes, id est, ecclesiasticos conuentus, & cum conuenerimus, ut permaneamus vsque ad extremum. Etenim si permanendum est, quousque dimittamur, quanto magis cauendum est, ne non conueniamus in ecclesia, quod est deserere ecclesiam, ut Clem. Ro. ait, loquens enim lib. iii. de conueniendo in ecclesiam, studete, (inquit) ne deseratis ecclesiam. idem monet Apost. in epist. ad Hebr. cum ait, non deserentes collectionem vestram, sicut moris est quibusdam, ἐπισυναγωγῶν enim dixit Apost. quam ecclesiastici patres synaxim vocare solent. quæ est conuentus in ecclesia ad Missam, quæ monitio Pauli satis conuenit cum eo, quod proxime dixerat de sacerdote magno super domum dei, & de accedendo ad eum, qui est idem sacerdos, & idem hostia mystica, ut paulo ante exposuimus. Aut fortasse verbum hoc Missæ hostiam significat, ut sit, quod dicit sacerdos, Ite, Missa est, scilicet hostia, peracta (inquam) est oblatio, ut admoneamur hoc verbo, Missæ, esse hanc hostiam incruentam, id est, oblatam esse sine maceratione, ita ut eius typus fuerit hircus ille, qui viuus dimittebatur in heremum, cum enim iuberet lex Leuitici sumere duos hircos pro peccato, alter macrabatur, qui fuit typus hostiæ cruentæ, id est, per sanguinem crucis, ut Apost. ait, oblata, alter vero fuit typus hostiæ viuientis, quæ sine effusione sanguinis offertur, ut ille hircus pro peccato oblatus, & in heremum, siue ut est apud Ixx.

158

158

eis

eis ἀπορριπῶ, id est, in dimissionem dimissus. Hic quoque velim, respondeant mihi sacramentarii, si lex habebat umbram futurorum bonorum, ut Apost. ait, non ipsam imaginem rerum, cuius hostiæ viuientis, & imolatæ sine morte pro peccatis typus fuit ille hircus pro peccato oblatus, sine maceratione dimissus? An dicturi sunt, umbram illam nudam, & a re, atque imagine rei vacuam fuisse? si ita placeat dicere, plane Verbum dei negat. Sed de Verbo Missæ haec tenus. Græci vero tum λειτουργίαν vocant, quod verbum declarat publicum ministerium precatationis, & sacrificii ἀπὸ τοῦ λειτουργεῖν, καὶ πρὸς τὸ λείπειν, rû óσιον, quo verbo, audio, Polonos vulgo Missam suam appellare. Missam composuerunt apostoli in ecclesiis, quibus præfuerunt, Iacobus in ecclesia Hierosolymitana quæ apud nos extat Græcè, quæ est omnium longissima, accommodata ut par est credere, ad illa tempora, & ad illam ecclesiam, quæ in orationibus, & in communicatione fractionis panis, ut est in actis apost. libenter perseverabat. in ecclesia Alexandrina Marcus, quæ etiam apud nos extat Græcè, quæ est aliquanto breuior. Petrus Romæ, quæ est omnium breuis. in causa fuit, ut apud quendam Simeonem auctorem Græcum notatum reperi, quod λόγαν moram in templo facere, nõ esset tunc tutum propter Christianæ gentis hostes, quibus illa vrbs, Babylon magna maxime abundabat. hæc quoque extat scripta Græcè, quæ tota est Latine translata, quæ vsque in hodiernum diem in ecclesiis catholicis Occidentis solenni ritu celebratur. Composuerunt alii sancti alias Missas, Basilius, Gregor. Naz. Chrysostomus, quæ in multis ecclesiis Orientis, celebrantur, idem fecerunt apud Latinos nõ nulli sancti patres. In Missis omnibus quædam sunt ab Apostolis deriuata solennia, & rata, ac cõmunia omnium, quæ antecedunt mysticam benedictionem sanctæ Eucharistiæ, quæ dici possunt προπαια, ut Dionysii verbo utar, lectiones scripturæ sanctæ, versiculi psalmorum, precatationes, benedictiones, gratiarum actiones, recitatio symboli apostolici, cõmemoratio sanctorum, & illa symbolica lauatio manuum, designationes crucis, osculum pacis. Quædam sunt, quæ sequuntur, quæ dici possunt ὑποπαια, commemoratio sanctorum pro mortuis, sacra communio, gratiarum actiones, benedictio populi, dimissio. Adhæc si quæ accessio postea facta est accommodata ad prou-

R r ii hendum

hendum dei cultum, & si quæ in his diuersitas in diuersis ecclesiis, nulla in his reprehensio, nulla querela, nulla inuidia, si quid hic vnum membrum gloriatur, cetera cõgaudent. omnes enim ecclesiæ catholicæ tanquam vnius corporis membra pro se inuicem, sicut Apostol. ait, sollicitæ sunt, eodemque sensu, & scientia, eandem hostiam immolant, id ipsum dicunt omnes in Christo, & non est schisma. Exprobrat nobis Cal. nescio quas in Missa, quam odit, gestulationes, sic enim vocat homines impius designationes sanctas crucis, inclinationes capitû, flexiones genuum, oculorum, & manuum eleuationes in cœlum, percussiones pectoris, deosculationes aræ, quæ sunt omnia velut quædam ἀσκήσεις, ἐπικλήσεις, προσφοραί, εὐχαί, idest, exercitationes, & instar quarundam inuocationum, oblationum, & precationum quibus excitamur, & exercemus illa duo Pauli in epist. ad Heb. αἰδῶ & εὐλαβείαν, idest, metum, & reuerentiã, ita enim vetus interpres vertit, quibus in huius mysterii solenni celebratione seruiamus deo, bene placentes. Interpretationes symbolorum mysticorum sacræ Missæ multi scripsere, in primis Dionys. Areop. apostolicus auctor, cuius libros qui negat antiquissimos, & diuinos esse, idest, illius, cuius iam octingentis annis publico, & synodico testimonio sexti concilii œcumenici esse feruntur, satis ille quidem rudem se, & inexercitatũ, atq; hebetem, & nihil profus elegans, limatum, antiquum, & eruditum olfacientẽ ostendit, de cuius auctoritate, & libris dicã plura alio loco, ostendamque, vt quanta fuerit antiquitas, & auctoritas Dionysii intelligatur, Plotinum Porphyrii magistrum Dionysium in suis Enneadibus non vno in loco, sed pluribus notasse dissimulanter, & eius aliqua dogmata deprauasse, vt par pari referret, offensus scilicet, quod auctor Platonis studiosiss, videbat Dionysium non pauca dogmata Platonis correxisse, & ad dogmata Christiana diuine traduxisse. Post Dionys. scripserunt de hoc genere magnus Basil. sanctus Maximus Dionysii scholiastes, Germanus Const. & alii non pauci tum Græci, tum Latini, quos prætereo. Clemens Rom. lib. iiii. characterem Missæ breui descriptione proposuit, Primum commemorat de honestate, & ordine conuentus in ecclesia ad Missam, postea de lectionibus scripturæ sanctæ vtriusque testamenti, de sacerdotis precationibus, de benedictionibus, de ministerio diaconorum

norum ad altare diaconi (inquit) post precationem sacerdotis dent operam oblationi Eucharistiæ ὑπὸ δὲ ὑμῶν τῶ τῶ κυρίου σώματι μετὰ φόβου, idest, ministrantes corpori domini cum timore. Audiatur Sacramentarius, alii obseruent turbas, & strepitus, ac faciant, vt omnes quiescant. Cõmemorat deinceps de osculo pacis, tum de pace, quam sacerdos populo precatur, & de precationibus, quas pro omnibus adhibet, postea de oblatione sanctæ Euchar. deinde de communionem populi. καὶ ὅταν προσερχῆθι (inquit) μεταλαμβάνετε ἐκείνη τῆς κτῆς καὶ ἐαυτῶ τῶ ὑμῶν, καὶ κυρίου σώματος εἰ πάξει μετὰ αἰδούς, καὶ ἐν λαβείας, ὡς βασιλείας προσερχόμενος σώματι & quæ sequuntur. postquam oblata (inquit) fuerit hostia, accipiat vnusquisque in suo ordine separatim pretiosum corpus domini cum metu, & reuerentia, vt qui accedat ad corpus regis, quo in loco illud obseruandum est, in communionem corporis & sanguinis domini illis verbis vsus esse hic Clemetẽ, quibus Paul. cum dixit in epist. ad Heb. itaque regnũ immobile suscipiẽtes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes deo cum metu, & reuerentia, ex quo adducor, vt credam, vocasse illic Apostolum χάριν Eucharistiã ipsam, quæ est gratia οὐσιώδης, idest, substantialis, & maximus dei cultus, item οὐσιώδης, & regnum immobile vocasse consuetudine propria Hebræorum ipsum regem, qui iam non moritur, ad cuius immortale iam, & gloriosum corpus suscipiendũ cum metu, & reuerentia, vt ait Clem. Paulum imitatus, accedẽdum est, vt deo seruiamus beneplacentes. χάριν quoque vocauit beatus Petrus eandem Eucharistiã, cum ait, sperate in eã, quæ fertur vobis, gratiam in reuelatione Iesu Christi. Nunquã enim iubet scriptura collocare spem nisi in deo, deus igitur est hæc gratia, in qua beatus Petrus iubet sperare, gratia, inquam, est οὐσιώδης, idest, sustantialis, quæ est nostra spes, & fiducia Christus Iesus facie nunc velata, in quo est nobis collocata spes videndi eundem, cũ veniet reuelata facie in maiestate sua. Mirifice quadrant in hunc sensum antecedentia, & consequentia. libenter hæc pauca obiter obseruaui, vt studiosos excitarem ad simile studium conferendi scripturas cum hoc mysterio. frequenter enim de eo apostoli in epistolis suis, vt par erat, licet obscure, vt solent, meminerunt. Redeo ad Missam. Item Cyrill. Hierosol. breui descriptione celebrandi Missam, caracte-



rem eius strictum proposuit, cum populum docet in v. Catechese, quid designet, sacerdotem manus lavare, inde enim incipit, deinde quid osculū pacis, quid illud, sursum corda, quid, quod respondetur, habemus ad dominum, & quod rursus ait sacerdos, Gratias agamus domino, & respondetur, dignum & iustum esse, postea commemorat de tota Missæ Græcæ præfatione, quam vocamus. Commemoratur postea de mystica benedictione, atque oblatione, deinde de precatione sacerdotis pro omnibus cum commemoratione sanctorum, ut scilicet eorum precibus, ut hic auctor ait, exaudiat deus preces nostras. simul commemoratur de precatione pro mortuis, quorum animas affirmat magnopere iuari ea precatione, quæ coram sancta Eucharistia pro eis adhibetur, quod impii, & crudeles Evangelici negant, ut item illud, non esse precandos sanctos. Sed describam hunc locum Græcæ, si quis forte desideret audire hic Cyrillum Græcæ ista loquentem. *μνημονεύομεν* (inquit) *παιτέρων περιητόν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὅπως ὁ θεὸς ἐν χάριτι αὐτῶν, καὶ προσβήταις περὶ δεξιῶν ἢ ἀριστερῶν δέησιν. εἶτα πρὸς κεκοιμημένους ἀποστόλους, περικειμημένων ἀγίων πατέρων, καὶ ἐπισκόπων, καὶ πάντων ἀπλῶς τῶν οὐκ ἡμῶν περικειμημένων ἐκείνων ὀνησιν πιστεύοντες ἕσθαι τοῖς ἀναγκαστοῖς, καὶ ὅτι ἂν ἡ δέησις ἀναφέρεται τῆς ἀπάσης καὶ φρικωδιστάτης περικειμημένης θυσίας.* Postea commemoratur Cyrillus de precatione dominica. Pater noster, & quæ sequuntur, deinde de communione, Vbi admonet, quāto studio, & diligentia utendum sit, ne quod frustum inter sumendum excidat, Postremo commemoratur ordine suo de gratiarum actione post communionem. Et ut doceret quanta in his esset auctoritas, his verbis catechesim terminavit. Has traditiones tenete, & vos inuiolatos seruate. Amen.

Supereſt, ut respondeamus ad locum vñ epistolæ Pauli ad Col. quo Cal. omnes ecclesiasticas cerimonias, quæ ad dei cultum adhibentur, improbari affirmat, cum maxime approbentur, ut idem Cal. cōfiteri cogitur, nisi proprias voces se potius ignorare fateatur. Ergo qui præceperat de vitare mensas dæmonū, ne non vitantes, paulatim per mensæ communionem religionem dei corrumpere, idem concessit ex macello, ut communi foro emere oblationes, quod is locus ut publicus scandalo careret, neque notam curiositatis habere videretur. Erant autem in macellis, ut Magnetes vetustissimus auctor in tertio libro Apolo-

Apologiæ euangelicæ ante mille ccc. annos scripsit, qui totū hunc locum mirificè explanat, quidam serui gentiliū delecti, qui mysteriis quibusdam, ut idem ait, & mysticis præstigiis libantes, sacrificantesque idolis, iuberent ad iniiciendam scilicet superstitionem abstinere, & prorsus non tangere. Hi itaque erant, qui decernendo aiebant, ne tetigeris, ne gustaueris, ne cōtractaueris, quod quidem faciebant secundū præcepta, & mandata, & doctrinas Gentilium de diis falsis, eorumque mysteriis, & sacrificiis. hæc enim omnia Gentiles adinuenerunt, ut idem auctor ait. A quibus quidem dogmatibus, siue decretis secundum traditiones Gentilium liberi sunt (inquit Apostolus) qui in Christo mortui sunt. Quid igitur (inquit) *δογμα πρὸς ἡμᾶς*, id est, decreta Gentilium accipitis? Illud vero, quod sequitur. Quæ sunt in interitum ipso abusu, perinde est, quasi diceret, noli cibis macelli scilicet, & communis fori abstinere, sicut in epistolæ ad Cor. i. præcepit, propter superstitionem idololatriæ, sed in iis, quibus vesci licet, abstinere gulam, quæ est posita in abusu ciborum. In eandem sententiam dixit in eadem epistolæ ad Corin. escas ventri, & venter escis, deus autem & hunc, & has destruet, id est, escas immoderatas, & vitium gulæ, sic enim magnus Athanasius in Quæstionibus ad Antiochum principem interpretatur. Deinde ne quis existimaret, improbare Apostolum religiosam ciborum abstinentiam, subiungit, Quæ sunt quidem rationem habentia sapientiæ, id est, hæc de cibis talia sunt, ut decerni, & ut ita dicā, dogmatizari possint, nō in superstitione, ut male vertit interpret vetus, quod verbum semper in vitio ponitur, sed in *ἐθελουθρησκείᾳ*, id est, in cultu voluntario, & humilitate, & in non parcendo corpori, neque in honore aliquo, contra saturitatem carnis. Omnia notauit, quæ laudabile efficiūt abstinere cibis, scilicet ad religionem, & cultum dei, ad humiliandam animam in ieiunio, & ad castigandum corpus non abstinendo inhumane, ut Manichæi, & alii similes, ut magnus Basil. notauit, cum in reg. breu. hunc locum explanaret, sed cōtra saturitatem carnis. hoc enim significat, *πρὸς πλοημοσύνην*, & non ad saturitatem carnis, ut idem vetus interpret vertit, neque abstinendo superstitione causa honorandi cibos, quasi non liceat eis uti, sicut quidam, ut scribit Clem. Rom. lib. vi. de apostolicis doctrinis, tradebant abstinendū carne pecudum tanquam habentium ani-

mant

mam non quidem rationis expertem, sed participem. Hæ sunt  
 piæ, & vtilis nõ edendi causæ. Congruit cum hac Apostoli do-  
 ctina, quod scripsit beatus Cyrillus Hierosoly. in iii. Cateche-  
 seon, quarum meminit beatus Hiero. in eccl. scripte. Aliquæ (in-  
 quit) animæ se polluunt, dum vtilis causas edendi, aut nõ edē-  
 di ignorant. Etenim cum ieiuni esse studemus, a vino, & carne  
 nos abstinemus, non quòd auersemur, & abhorreamus, sed  
 quòd mercedem inde expectemus, vt contemnendo, quæ ad  
 sensus pertinent, spirituali mensa fruamur, & vt seminãdo nũc  
 in lachrymis, futuro sæculo in exultatione metamus. Deinde  
 subiungit, Ne igitur contempnas eos, qui manducant, & pro-  
 pter imbecillitatem corporis cibum capiunt, neque vituperes  
 eos, qui vtuntur modico vino propter stomachum, & frequen-  
 tes infirmitates, Sciebat enim Apost. esse aliquos tales, cum di-  
 xit, prohibentium nubere, & abstinere a cibis, quos deus crea-  
 uit, vt sumerent fideles cum gratiarũ actione. Deinde subiun-  
 git, μή δὲ ὡς ἐδολικὴς ἀπέχου, ἐπεὶ μὲν οὐκ ἔχεις, ἀλλ' ὡς κελὼν  
 ῥυτίων ὑπερφρονεῖ δὲ τὰ περὶ κείμηνων τὰ καλλίονα, id est, ne ergo ci-  
 bis abstineas, quasi execrabiles sint, sic enim abstinente nulli  
 te merces manebit, sed contemne tanquàm bonos propter  
 meliora bona spiritualia tibi proposita. haec enim Cyrill. Expo-  
 sisse mihi videtur, quæ esset illa ratio sapientiæ, quam Apost.  
 dixit, cum de his ageret, quid enim sapientius esse potest, quàm  
 contemnere cibos alioqui bonos, sed propter meliora bona, id  
 est, breuem voluptatem sensus propter immortalẽ lætitiã.  
 Quòd si hæc habent rationem sapientiæ, vt affirmat Apost. cõ-  
 sequens est, vt prædicatio Evangelicorum, quæ ista oppugnat,  
 insipiens verbum sit, & rebelle, ac proinde Verbũ dei non pos-  
 sit esse, sed Verbum diaboli apostatæ. Vocauit autem Apost. cul-  
 tum voluntarium, quòd ita nobis cibis omnibus uti liceat, vt  
 pote bonis, & a deo effectis, vt tamen eorum serui non efficiamur,  
 efficemur autem si non liceret, sponte illis abstinere ad  
 dei cultum, vt licebat Timotheo abstinere a vino, quod deus  
 creauit. Quo quidem abstinere propter ieiunii scilicet reli-  
 gionem, vt veteres notarunt. In hanc fere sententiã idem Ath.  
 in eodem loco a me paulo ante recitato illud Apostoli interpre-  
 tatus est, Sed ego sub nullius redigat potestatem, id est, non ero  
 (inquit) escarum seruus, (de escis enim loquebar ut Apostol.)  
 neque

neque sub suam potestatem me rediget gula. Hæc igitur est  
 hoc loco ἐδολικὴ, voluntarius dei cultus in ciborum tem-  
 perantia. Dicitur etiam huiusmodi temperantia religiosa vo-  
 luntarius cultus, vt verbo ipso admoneamur, vt sicut idem A-  
 post. ad Philem. scripsit, huiusmodi bonum ne sit nobis ex ne-  
 cessitate, sed voluntarium, ne sit remuneratione vacuum, sicut  
 idem Apost. de sua prædicatione dixit, si volens hoc ago, mer-  
 cedem habeo. Exercitationes enim corporales nisi volũtariæ,  
 non solum ad modicum vtilis sunt, vt Apost. ait, sed ad nihil.  
 Haec enim loci huius explanatio cõuenienter scripturis, ratio-  
 ni, disciplinæ, & sancti rum patrum auctoritati quàm breuissi-  
 me potuit exposita. Conferamus nunc Cal. interpretationem.  
 in vniuersum de Cõstitutionibus ecclesiasticis, ad quas omnes  
 ceremonias refert, sic pronũciat intuens in hunc locum Apost.  
 —cap. xiii. art. i. Sed hoc est, quod Paul. scribit, habere speciem sa-  
 —pientiæ in commentitio cultu, in humilitate, & eo quòd au-  
 —steritate sua valere ad domandum carnem videntur. Deinde  
 —subiungit. Saluberrima certè admonitio, quæ excidere nobis  
 —nunquam debet, fallunt, inquit Apostol. humanæ traditiones  
 —sub specie sapientiæ. Et paulo post in eodem art. quia nulla spe-  
 —cies improbationis, aut etiam confutationis istarum constitu-  
 —tionum, quas dicit, hoc loco apparebat, quasi veritatem omni-  
 —no dissimulare non posset, ita deo volente, qui comprehendit  
 —sapientes in astutia sua subiungit, Quid ad hæc Paul. num lar-  
 —uas illas excurrit, ne falso prætextu simplices deludatur? Opta-  
 —set quidem Cal. vt Apost. inuectus esset hoc loco in Constitu-  
 —tiones istas commentitias, quas vocat. imo fortassis aliquid ta-  
 —citus a Paulo requirebat, sed quia reprehendere non audeat,  
 —excusat eum. subiungens, Quoniam hoc satis ad refellendum  
 —esse censuerat, quòd dixerat hominum commenta, hæc omnia  
 —tanquam pro nihilo habeat, sine refutatione præterit. Non re-  
 —futari hic ab Apost. huiusmodi constitutiones, & cultus ceri-  
 —moniarum, ipse Cal. confitetur, commenta vero hominum, vt  
 fingit, nusquam appellauit. Quòd enim ἐδολικὴν com-  
 mentitium cultum interpretatus est, libenter prodit incitiam  
 suam in vocis propriæ ignorantia, dum non rem propriam  
 verbo, sed falsã interpretatione verbum propriæ opinionis  
 subiicit, existimat enim omnes cultus volũtarios nefarios esse,  
 S f &

& ab homine fictos. Damnet ergo Cal. si ei placet, sacrificia illa *ἐκ νόμου* veteris legis, & illa voluntaria oris prophetæ David ad dei cultum. Dicat similiter de quo dominus dixit, Qui potest capere, capiat, non pertinere ad cultum voluntarium, neque illud, proponere in corde suo constanter, seruare deo virginem suam, si non sit necesse, collocare eam viro, quia qui non collocat, melius facit, ut Apostol. aperte pronunciauit. Sed redeo ad interpretationem Cal. non contentus semel confiteri, quod vi debeat se negare non posse, scilicet non refutari hic constitutiones ecclesiasticas, ac disciplinam cerimoniarum, confitetur iterum idem, & quidem explanatus. Itaque profequens suam interpretationem, imo quia nouerat (inquit) Apostol. in ecclesia omnes commentitios cultus esse damnatos, & eo magis suspectos esse fidelibus, quo humanum ingenium magis oblectant, quia nouerat falsam illam externæ humilitatis imaginem a vera humilitate tantum distare, ut facile discerneretur, quia denique nouerat illam pædagogiam non pluris æstimari, quam corporis exercitationem, ea ipsa pro humanarum traditionum refutatione voluit esse fidelibus. Hæc Calu. Si hæc omnia nouerat Paul. omnium ecclesiarum Apost. & magister, quæ idcirco non refutauit, at ignorabamus nos, neque erat ita facile illa deinceps cognoscere, quin futuræ essent de eis disputationes, quæstiones, & dubitationes, ut nunc sunt, quare boni certe magistri erat, illa refutare, sed hoc negotiū Caluino reliquit. Talia sunt cetera Caluini. Hæc illius interpretatio ab scriptura, a ratione, a disciplina, ab auctoritate patrum, a sensu & sermone communi aliena. O misera ecclesia Geneuen. quæ talem magistrum sequeris. Sed Cal. sic verbum *ἐκ νόμου* interpretatus est, & sic in eo philosophatus. Videamus alterum verbum huius loci, scilicet habere rationem sapientiæ, quomodo hoc connecti interpretatus est, nempe pro eo, quod est, habere speciem, ut cum apparet aliquid, quale non est, ita enim ait, fallunt (inquit Apostol.) humanæ traditiones sub specie sapientiæ. Deinde subiungit quasi interpretans verbū speciei, ne quis erraret, Unde huc colorem habent? O præclarum interpretem sermonis Græci. O doctum dogmatistam, Apostolus affirmat habere illa, de quibus loquitur, rationem sapientiæ, & in quo habeant, explicat, & Cal. Apostoli corrector habere dicit speciem, & colorem, id est,

id est, ficta esse, & commentitia. Si ita Apost. accepit, cur non dixit habere hypocrisim, quo verbo frequenter uti solet? Quis vnquam tantam linguæ ignorantiam in interprete suspicari potuisset? Quis vnquam sic locutus est, *ἔχει λόγον τούτου ἢ τούτου*, pro eo quod est, apparere, aut videri, aut simulatum, fictumque esse? Deinde quod Apost. addidit, *μὴ*, satis admonere potuit, si aduertere voluisset Cal. dici hæc asseueranter, & in laude poni, Quæ sunt (inquit) rationem quidem habentia sapientiæ. Sed dum totus intente in dogma suum cæco studio fertur, non videt lucem, quam odit. Quam vero accurate, & proprie loquatur Apost. ne quid hic cauilletur Cal. quanquam se ipse imperitum sermone ad Corinthiorum ædificationem dixerit, obseruauit doctus, & diligens Origenes, idque ipsum ab Origene notatum Greg. Naz. & magnus Basil. in Philocalia ex obseruationibus Origenianis constructa notatione dignum iudicarunt. Libenter hunc locum mediocri diligentia tractaui, quod ad tuendum ea, quæ pie, sapienter, & utiliter instituta, & ecclesiis tradita sunt, quæque religiose, & modeste ad dei cultum sponte suscipiuntur, valde idoneus, & grauis est, & quod noui Euangelistæ cum alii, tum iste Cal. dogma suum sceleratum de cultu cerimoniarum, & consuetudinum ecclesiasticarum tollendo niti faciunt in falsa, & ridicula interpretatione duorum verborum, quasi idolum, quod stare pedibus non potest, in humeris ferentes, & infamiam suam ostentantes. Imo adhuc locum tanquam ad arcem cetera loca quodammodo reuocat Calu. postquam enim dixerat nostris cerimoniis ecclesiasticis opprimi libertatem euangelii sanguine Christi partam, imponi Iudaicum iugum in onere traditionum, eripi Christo regnum legibus humanarum inuentionum, subiungit quoniam solus ipse cultus sui velit haberi legislator, deinde addit, Ac ne rem esse nihili quis existimet, audiamus, quæti reputetur a domino, Quoniam (inquit) timuit me populus iste mandato; & doctrinis hominum, ecce ego obstupefaciam eum miraculo grandi, & stupendo. Peribit sapientia a sapientibus, & intelligentia a senioribus recedet. Alibi, frustra me colunt docentes doctrinas, percepta hominū, sic enim ille recitat. Deinde quia necesse erat, si Esaiæ locus ad nostra madata ecclesiastica, & eorum doctrinam, ut Cal. vult, pertinebat, ostendere, quemadmo-

dum id, quod propheta in eodem loco minatus est, nobis, qui in eiusmodi mandatis deum timemus, euenisset, quomodo, inquam, obstupescimus miraculo grandi, & stupendo, allatus Calu. magister, & pseudoapost. Geneu. interpretationem, — hoc procerimio vitur. Mirantur (inquit) plerique, cur a deo acriter interminetur dominus, se facturum stupeda populo, a quo — mandatis hominum colebatur, & frustra, pronunciet, coli hominum — praeceptis. At si spectarent, quid sit, in religionis, hoc — est, caelestis sapientis causa ab vno dei ore pendere, simul vident, — non leuem esse rationem, cur peruersa huiusmodi obsequia sic abominetur dominus, quae pro humani ingenii libidine sibi praestantur. Deinde subiungit referens se ad locum epistolae ad Col. quasi ad arcem, ut dixi, Nam tametsi speciem quadam habeant humilitatis in sua hac obedientia, qui huiusmodi legibus in dei cultum parent, Hic conscientia nescio quid recti recipiebat Caluino, sed ipse obturatis auribus praeteruectus, subiungit, minime tamen sunt coram deo humiles, cui easdem leges praescribunt, quas ipsi seruant. Haec vero ratio est, cur nos — tam diligenter cauere vult Paul. ne decipiamur per traditiones hominum, & illam, quam vocat *εθελουθησειεν*, id est, voluntarium cultum, recte hic interpretatus est verbum, nisi addidisset, & praeter dei doctrinam ab hominibus excogitatum. Deinde subiungit tandem interpretationem illius, obstupescimus miraculo grandi, & stupendo eos scilicet, qui mandatis hominum deum timent. Sic est profecto (inquit) stultescere, & nostram nobis ipsis, & omnium hominum sapientiam oportet, — quo solum illum sapere, permittamus. Quam viam minime tenent, qui confictis hominum obseruationibus illi se approbare meditantur, qualiter aliquot ante saeculis, & nostra memoria factum est. Haec libenter recitavi, quod his paucis cetera ferre loca scripturae, quibus ille caerimonias ecclesiasticas, & nostram obedientiam ecclesiasticam oppugnat, contineatur. Hic ego si demonstrauero, quod dominus per prophetam minatus est, non in nos, sed in Gentiles, & Iudaeos conuenire, simul demonstratum erit, non ad nostra mandata ecclesiastica, sed ad mandata, & doctrinas Gentilium ac Pharisaeicas traditiones pertinere minas illas. Igitur Paulus totum hunc locum nobis interpretatus est, quod non fugisset Caluinum, si scripturas

ras

ras sanctas tanto studio, & diligentia scrutaretur, quam se vane de illarum scientia iactat. Verbum crucis (inquit) pereuntibus quidem stultitia est, iis autem, qui salui fiunt, id est, nobis dei virtus est. Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabo. Et paulo post, Placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. quoniam & Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudaeis, atque Graecis Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Hoc itaque fuit miraculum illud grande, & stupendum factum in iis, de quibus ait dominus apud Es. qui timuerunt me mandato hominum, & doctrinis, aut sicut est apud Ixx. qui frustra colunt me docentes praepcepta hominum, & doctrinas, hoc, inquam, fuit miraculum, scilicet quod infirmitas Iudaeorum mutata est in virtutem scandalo eiecto, & sapientia Gentilium in stultitiam, quam mundus putat, euangelii, cui crediderunt, quod clarius adhuc interpretati sunt Ixx. pro eo enim quod est in Latino, obstupesciam eos miraculo grandi, & stupendo, verterunt illi, transferam populum hunc, & transferam eos, & perdam sapientiam sapientum, &c. duos populos significauit Iudaeorum, & Gentilium, de his ergo dixit propheta, qui timuerunt me mandato hominum, & doctrinis, aut sicut est apud Ixx. frustra me colunt docentes mandata hominum, & doctrinas. Mandata hominum retulit ad traditiones pharisaeorum, & scribarum contra mandata domini, ut idem dominus in euangelio interpretatus est, & doctrinas ad Gentiles, qui de diis, & eorum sacris, & cultu multa vanissime, & superstitionissime philosophantur, quae Paul. in epistol. suis frequenter notat. A quibus omnibus per dei gratiam, & Christi crucem liberati sumus, & in libertatem spiritus asserti, ut neque amplius simus secundum carnales Iudaeos sub lege timoris carnalis, & seruitutis, quam irrita quis faciens sub duobus, aut tribus testibus sine misericordia moriebatur, sed sub lege charitatis, & libertatis euangelicae, quae poenam mortis, ut ait Clemens Rom. in alterum saeculum reseruat, ecclesia enim neminem nunc occidit, neque iam seruiamus diis falsis, & elementis secundum doctrinas hominum, & philosophiam gentium, sed

sed verum deum in spiritu, & veritate colamus. idem prophetauit Abacum, Aspiciate (inquit) in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia opus operor ego in diebus vestris, quod non creditis, si quis narrauerit vobis, quod quidem Apost. in actis Apost. de Iudæis interpretatus est, Notum (inquit) sit vobis fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciat ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysis iustificari. Deinde subiungit, Videte ergo, ne superueniat vobis, quod dictum est in prophetis, Videte contemptores, admiramini, & disperdimini, quia opus operor in diebus vestris, quod non creditis, si quis narrauerit. in prophetis dixit numero multitudinis, vt Esaiam, & Abacum significaret. Obstupesciti ergo sunt miraculo grandi, quia scilicet, vt lxx. clarius interpretantur, translati sunt, vt dixi, ab infirmitate ad virtutem, & a sapientia ad stultitiam, id est, a falsa sapientia ad veram. Horum autem vtrumque cum non conueniat nisi ipsis vocatis, sicut Apost. ait, Iudæis, & Græcis, consequens est, vt de his dictum sit a propheta, Frustra colunt me docentes mandata hominum, & doctrinas, ante scilicet, quàm sint vocati, & translati. Ipsi enim vocatis Iudæis, & Græcis, sicut idem Apostol. ait, Christus est dei virtus, & dei sapientia. Quis iam non videt, Quis non sentit, ruisse Caluini machinam, qua mandata ecclesiastica, & ecclesiasticam obedientiam oppugnabat? Illud vero, quod ait, Cal. dictum esse ab Es. de operibus fictitiis, Appeditis argentum vestrum, & non in panibus, oportebat docere eum, quorum nam opera fictitia, vt ipse ait, notasset propheta, & enim si opera eorum, qui nondum vocati sunt, vt Iudæorum, aut Gentilium notat, quid hæc ad nos, qui euangelium accepimus? Quod autem opera istorum notet, ex iis, quæ sequuntur, perspicitur potest, statim enim subiungit de illis ipsis, Et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid si deses. hoc de populo Hebræorum, de Gentili autem, quod statim sequitur, Ecce testem populi deditum ducem, & præceptorem gentibus, & quæ sequuntur. Panem igitur vocauit propheta perfectionem, cuius symbolum est, vt notauit Dionys. Areop. in epist. ad Titum, panis, qui est solidus cibus, lex autem nihil ad perfectum adduxit, vt Apost. ait, neque philosophia, vt ait Clem. Alex. idcirco ait, Appeditis argentum, siue vt

ne vult apud lxx. Emitis argento, & non in panibus, quod perinde est, quasi diceret, facitis opera inchoata, & imperfecta, quæ non efficiuntur cibus animæ, neque cibus dei, quia ei non placent. Hæc vero quid ad mandata Ecclesiastica damnanda? An nos sub lege Moysis sumus? aut sumus gentes nondum vocatæ? Quæ potuit esse contra ecclesiastica mandata, & solennem cultû cerimoniarum ineptior, aut magis peruersa interpretatio? quæ neque cum scriptura, neque cum natura, neque cum disciplina, neque cum consuetudinæ congruit, sed cum odio, & insania malæ mentis, & mali animi. Ad hunc modum didicit Cal. scrutari, & interpretari, vel dicam potius, infamare, & corrumpere scripturas, dicam sæpius, O misera ecclesia Geneu. talis magistri discipula, cui Verbum Caluini pro Verbo dei ministratur. Iam illud, quod ex Euangelio Caluinus aduersus nos citat, irritum fecistis mandatum dei propter traditiones vestras, tametsi satis ex iis, quæ hætenus dicta sunt, intelligi potest, non ad nos pertinere, sed ad pharisæos, tamen quæramus ab istis adhuc, vbi nos, aut quâdo dicimus, fac hoc, quod in mandatis ecclesiæ est, & ne facias hoc, aut illud, quod deus iubet? vt illi religiosi veteris testamenti Scribæ scilicet, & Pharisæi iubebant, non honorare patrem, & matrem, quod deus iusserat, vt fieret, quod ipsi iubebant, id est, præteritis parentibus contra dei mandatum, dare eis munus, quod non debebatur. Illi enim dicebant, Quicumque dixerit patri, vel matri, munus, quodcunque tibi est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam. Vbi, inquam, nos dicimus aliquid simile, Quicumque fecerit hoc, aut illud ecclesiæ mandatum, & non faciet mandatum dei, sat erit hoc, satis factum (inquam) fuerit deo? Sed hic obiicit Cal. quod ecclesiastici mandati contemptus seuerius apud nos puniatur, quàm mandati diuini, atque ita infinitis exëplis mendose, & contumeliose expositis interpretatur, irritum fieri apud nos mandatum dei propter mandata ecclesiæ, vt illud, ne omnia repetam, sceleratius (inquit) est apud nos votiua peregrinationem non persoluerem, quàm in promissis omnibus fidem fallere, & diuinæ legis transgressionem leuibus satisfactionum multis vlscerentes, vnius sui decreti, id est, ecclesiastici vel minimam offensionem non leuiore pœna plectunt, quàm carcere, exilio, incendio. esse hoc

hoc manifestum mendacium, testis est ipse Caluini conscientia, sed omitto hoc, Miror, si non hac ratione reprehendit Cal. Petrum, quod Ananiam, & Sapphirā, morte affecit, quia auerterunt ex votiua oblatione, quam ad pedes apostolorum posuerunt, cum Paul. incestum ex ecclesia tantum eiecerit, & Satanā tradiderit, id est, spiritui tristitiæ, qui eū vexaret, sic. n. veteres intellexerunt, id quod Paul. ipse significat, cū reconciliari eum iubet, ne abundantiore (inquit) tristitia absorbeat, quod erat studium diaboli, cui traditus erat ad cruciandum. Hic eicitur ex ecclesia, illi ex hoc mundo. hic iubetur incestus post leuem satisfactionis mulctam reconciliari, & iubentur Corinthii confirmare in eum charitatem, illic Ananias, & vxor eius ceciderunt, & expirarunt, & elati sunt. Et factus est timor magnus super omnes, qui audierunt, quod ad nostram vtilitatem scriptum est, vt scilicet alieno exemplo, & periculo timere deū discamus, & votiuas oblationes persoluere fideliter, nō vt Cal. qui contra vota scribendo, docet non magis deū timere, quā idola, quæ, si quis votū eis fecerit, vt ait Hieron. non requirunt, sed de votis dicemus proprio loco. Nunc vero cur cōtempus ecclesiastici mandati seuerius interdum, quā diuini vindicatur, hæc causa est, vt sicut de illis scriptum est, fiat timor super omnes qui audierunt, & vel sic discant tum is, qui delinquit, tum alii, scilicet non obediendo præpositis ecclesiæ non hominem, sed deum sperni, sicut dictum est Ananiæ, qui Apostolos fallere voluit, nō hominibus mentitus es, sed deo, & de Samuele dei propheta, & iudice populi contempto, non te (inquit) abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Itaq; non vindicatur contemptus ecclesiastici mandati propter homines, quasi hominibus per timorem obediendo iustitiam nostram coram hominibus constituere velimus, vt Iudæi Carnales, sed potius propter deum, & iustitiam eius. Obiicit præterea Cal. vt hinc finem faciam, ceremonias ecclesiasticas partim ex gentibus, partim ex Iudæis sumptas esse. Cui respondemus, si nostræ ceremoniæ, & ecclesiasticæ consuetudines in iis ecclesiis tātum essent, quæ inter gentiles, & paganos, atque Hebræos sunt, fortasse suspicari quis posset acceptas esse ab illis, at nostræ ceremoniæ ecclesiasticæ non solum in illis ecclesiis, sed in ecclesiis omnibus omnium regnorum Christianorum ab apostolis, vel apostolicis

apostolicis viris institutis, ac formatis, sunt. Adhunc modū doctus Tertullianus, qui morē virginis veladi gentilibus attribuebāt, respondendū esse existimauit, quē libēter hic imitatus sum. Sed iā hic paulū respiremus, vt deinceps ad reliqua pergamus.

DOGMATICI CHARACTERES

VERBI DEI

LIBER QVARTVS.



ACTENVS superiore libro de mysticis, & ecclesiasticis ceremoniis. Quæ cū sint, vt saepe dictū est, imagines rerum spiritualium, cōsequens videbatur; vt qui symbolicas ceremonias, negarēt fas esse, tenere, iidem quoq; dei, sanctorūque eius imagines, negarent fas esse, colere. Vtrūque quidem horū quadrabat in terrenā, & diabolicam sapientiā Euangelicorū, quæ ecclesiasticæ obedientiæ, ac cōsuetudinis repagula p simulationem querendi Verbū dei cōuellit. At vero cœlestis, & spiritualis sapientia Verbi dei, quia obediens est, qui est insignis quoque character eius, vt ecclesiasticā cōsuetudinem ceremoniarū mysticarū tenet, ita etiā dogma, & cōsuetudinem imaginum colendarū seruat. Talem enim cōsuetudinem non venerandi sanctorū imagines ecclesiæ dei non habent. Quia vero paratos nos esse oportet, vt beatus Petrus monet, ad respondendū iis, qui rationem poscunt de ea, quæ in nobis est, fide, & spe, nos enim credimus, habendum esse honorem sanctis imaginibus, & ex earū honore mercedem, ac remunerationē speramus, cōsequens est, vt hic quoq; Verbū dei Euāgelicis postulantibus proferamus. Hi. n. sunt, qui existimant, nihil esse in scriptura quod ad imagines colendas pertinere videatur, imo idola gentiū esse, quæ si sunt, sequitur, vt vel Christum venisse in hunc mundum cum Iudæis negent, siquidem idola ex ecclesiis suis, vt pphetæ prædixerāt, nō sustulit aduentu suo, vel si venisse cōfitentur, neq; sustulisse, iam cū Samaritanis ex Chaldæa oriundis prophetas tanquam mendaces explodant. Ait ergo Sophonias, Manifestus erit dñs super eos, & disperdet omnes deos gentiū terræ, & adorabūt singuli de loco suo, omnes insulæ gentiū, & vos Aethiopes interfe-

Et gladio meo eritis. Nemo est, qui Christianus haberi velit, qui non confiteatur, in aduentu Christi perductum esse hoc ad effectum, ut omnes ex loco suo adorent deum, & iuxta prophetiam Malachiae, clarificatum sit nomen dei in gentibus, & in omni loco offeratur thymiama nomini eius, Quod dominus promisit Samaritanam, cum ait, Crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierusalem adorabitis patrem. Si igitur perductum est hoc ad exitum in aduentu Christi, necesse est, ut illud quoque; conexum effectum sit, ut deos, inquam, gentium deleuerit, quae paulo supra idem propheta Sophonias nomina Baalin appellauerat, id est, honores, & cultus idolis adhibitos, hoc. n. significare nomina Baalin annotauit beatus Cyrillus in comment. huius prophetiae. quae nomina non solum praedicat ex terrena Hierusalem auferenda esse in incensa urbe, & templo à nabuchod. sed multo magis ex Hierusalem spirituali, quae est ecclesia catholica Christianorum. Aut si isti Euangelici ecclesiam catholicam sibi vendicare audent, ostendant nobis, quomodo ecclesia eorum ab ortu solis, usque ad occasum pateat, & in omnem locum pertingat, & insulas multas perueniat. Item Zacharias, in illa die (inquit) erit fons patris domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in transmutatione, siue translatione, sic enim est apud Ixx. & in ablatione peccatoris. Praedixit mysterium baptismi in domo Dauid, id est, in ecclesia Christi de semine Dauid, quo fit purgatio peccatorum, & mutatio Iudaeorum quidem à lege, & sacerdotio Leuitico ad Euangelium, & ad sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, ab ira ad gratiam, à litte-  
ra ad spiritum, ad umbram ad veritatem, à seruitute ad libertatem, gentium verò mutatio ab incredulitate ad fidem, & à carne ad spiritum. En tempus gratiae, & status ecclesiae catholicae. Deinde subiungit. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Hic quoque vocat nomina idolorum, & memoriam eorum honores, & cultus idolis adhibitos, quos cum praedixerit propheta tollendos esse de domo Dauid, id est, de ecclesia catholica, in qua est apertus fons baptismi, sequitur ut vel honores, & cultus imaginum, quae per omnes mundi ecclesias dispositae sunt, non sint honores, & cultus idolorum, vel si sunt, ut Euangelici fingunt, mendax sit propheta Zacharias. hoc verò si confiteri horrent, & illud quoque assumptum, ut concedere horreant, necesse est. Quid igitur scri-  
pturam

pturam clariorem de imaginum cultu desiderant, si scriptura ipsa ad tantam absurditatem, & impietatem compellit eos, ut prophetas negent, si imagines ecclesiarum, idola gentium ponere velint: hoc argumento sanctus Theophanes episcopus Nicenae similem Iudaeorum criminationem in libro de Concordia veteris, & noui testamenti, quem aduersus eos scripsit, refellit, quod quidem multo vehementius Euangelicos istos virget, quod & si ipsi pariter cum Iudaeis nos Idololatrias appellant, Christum tamen venisse saltem verbo non negant, sicut Iudaei. Subiungit deinde propheta Zacharias, id quod in ecclesiis catholicis aduersus haereticos non raro fieri videmus, & plenius in futuro, ut speramus, fiet. Et pseudopphetas, & spiritum immundum  
» auferam de terra, & erit, cum prophetauerit quispiam, dicent  
» ei pater, & mater eius, qui genuerunt eum, non viues, quia men-  
» dacium locutus es in nomine domini, & configent eum pater  
» eius, & mater eius genitores eius, cum prophetauerit. Et erit in  
» die illa, confundentur prophetae, vnusquisque ex visione sua,  
» cum prophetauerit, & operietur sacco cilicino, pro eo quod men-  
» titus est, sic enim est apud Ixx. & dicet, non sum propheta, ho-  
» mo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab a-  
» dolescentia mea. Et dicetur ei, quid sunt plagae istae in medio  
» manuum tuarum? & dicet, his plagatus sum in domo eorum,  
» qui deligebant me. Erant olim (inquit Cyrillus) in admiratione  
» falsi prophetae, neque eos poenitebat, at nunc in ecclesia dei,  
» si qui tales (inquit) deprehenduntur, increpantur, & multan-  
» tur etiam patrum suorum sententia, & poenitentiam agunt pec-  
» cati, confitentes infirmitatem naturae, hoc enim significat illud,  
» Adam exemplum meum ab adolescentia mea, pro quo Ixx. clari-  
» us verterunt, homo genuit me ab adolescentia mea, id est, ho-  
» minis sum filius, & erravi, ut homo, infirma est natura, ac nimis  
» ad vitium procliuus. Et si quis roget, quae sint plagae illae, non pu-  
» debet respondere à parentibus inflatas esse. Quam proprie, &  
» verè descripsit propheta, quae in ecclesiis catholicis fieri vide-  
» mus, parentes filiorum nomina de haeresi deferre, uxores mari-  
» torum, & maritos vxorum, & fratrem à fratre non ita pridem  
» in Flandria confossum velut ab altero Phinee, tanta est vis re-  
» ligionis dei. Hic est gladius, quem Christus venit, mittere in ter-  
» ram, qui iuxta prophetiam Osee diuidit inter fratres. Et Esaias

prophetans de fuga Christi in Aegyptum, cum multi ex gente illa idolis deditissima primùm conuersi sunt ad fidem Christi, & pugnabit (inquit) vir contra fratrem suum. Deinde nullos magis decipiunt isti, quàm opifices, textores, vestiarios, suttores, agricolas, zonarios, qui comprehensi, & conuicti, præter admodum paucos obstinatos, infirmitatem, & ignorantiam suam agnoscunt, & confitentur, veniam petunt, abiurant, puniuntur. Apud synagogas verò Euangelicorum audio frequenter vnã familiam diuisam esse in plures sectas, & eam esse eorum inter se concordiam, quæ sit dæmonum, catholicos verò non audent deferre, neque ad abiurandum cogere. Sed redeamus ad sanctas imagines, quas non solum ex traditione apostolorum, & ecclesiæ catholicæ consuetudine colere, ac venerari didicimus, sed ex scripturæ sanctæ locis, quæ magnus Athanasius Alexandrinus in sermone de sanctis patribus, & prophetis, & ecclesia notauit, ne quis me existimet sine auctore loqui, & quidem grauissimò sanctis, ac sapientis. cū quo nemo istorum licet arrogantissimus se audebit conferre. is ergo sic facit Christum cum ecclesia differentem. *δὲ πὶ πολεμεί σὺ; λέ γι, καὶ φανόσπριε τὴν αἰτίαν, ἢ δὲ ἐκκλησία, πολεμῶν μου δέσποτα δὲ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐναγγελικῆς διδασκαλίας, καὶ τὴν κρίσιν τῆς ἀληθείας καὶ βαβίου πάρε, καὶ δὲ τὴν σέπλι, καὶ ἄχραντον σου εἰκόνα, ἡ μοι πρέδουκα οἱ θεοφόροι ἀπίστολοι κειτέχειν εἰς ὑπορχεμὸν ἀρεθῶδους τῆς οὐβέρμου οἰκονομίας τῆς σῆς, ὁ δὲ μνησθῆναι, καὶ εἰ δὲ τῆς τῆς πολεμεί σὺ, μὴ ἀθυμίας ἢ ἀποκρίμης τῆς διανοίας, ἢ τῆς λογισμῶ, εἰδούσα, ὅτι ὁ ἀπηνύμηνος τὸ πάρε, ἢ τὴν ἄχραντον μου εἰκόνα. κατὰ αὐτὸν ἀρνίσσῃ ἐμπεσθεν τῆς ἰσχυραίου μου πάρε, καὶ τῆς ἐλεγκτῆς ἀγγέλων. ὁ δὲ πάλιν συμπάρε μοι δὲ τὸ πάρε, καὶ σενδοξασθεῖται, ἢ οὐκ ἠκουσασ, τῆς διταξάμην τῆς νομῆς τῆς μωσῆ, κρίσιν μου δύο χερουεῖν ἐν τῆ σκλή τῆς μαρτυρίου εἰς περὶ τῶσιν τῆς ἐμῆς εἰκόνας, &c. interpretabor Latine, Age (inquit) dic mihi, cur oppugnaris, oppugnor (inquit ecclesia) propter doctrinam euangelii, quam diligenter, & accurate teneo, & propter verum, & firmum pascha, quod agito, & propter religiosam, & puram imaginem tuam, quam mihi apostoli reliquerunt, vt haberem depictam arram humanitatis tuæ, in qua mysterium redemptionis operatus es. hic Christus, si propter hoc (inquit) te oppugnant, ne grauiter feras, ne ve animum despondeas, cum scias, si quis pascha neget, aut imaginem eum*

me eum negaturum coram patre meo, & electis angelis. rursus verò qui compatitur mecum propter pascha, conglorificaturum. an non audisti quid Moyse præceperim? facies, inquam, mihi duos cherubinos in tabernaculo testimonii, scilicet ad præfigurandam meam imaginem, &c. Ergo vt erant cetera Mosai ca adumbrationes quædam, & obscuræ delineationes eorum, quæ in ecclesia tam expresse, & illuminate sunt, vt virga Aarō adumbratio sacerdotii nostri, Manna adumbratio panis mystici, idest, Christi sub specie panis, tabernaculum adumbratio ecclesiæ catholicæ, cuius ædificatio in Christo constructa crescit in habitaculum dei in spiritu sancto, propitiatorium adumbratio Christi, qui factus est propitiatio nostra, sic cherubini adumbratio imaginum erant, idest, præsignificabant tenuiter, ponendas esse in ecclesia catholica imagines tum Christi propitiationis nostræ, tum sanctorum eius. Ex quo intelligi potest, quod propheta Abacum dixit, prophetans enim de aduentu Christi, Domine (inquit) audiui auditionem tuam, & timui, quod perinde erat, quasi diceret, O domine, qui rerum omnium imperium tenes, simul atque reuelationem de te accepi, perculsus sum metu propter rei nouitatem omni admiratione maiorem, quia scilicet qui æqualis erat patri, futurus erat homo natus ex muliere, & vsque ad mortem crucis patris obtemperaturus. Sequitur, Et consideravi (inquit) opera tua, & obstupui, illa opera dicit, quæ Esaias prophetauit, & quæ discipulis Ioannis iussit dominus nunciare Ioanni. Deinde subiungit, in medio duorum animalium cognosceris. Alii duo animalia patre, & filium interpretati sunt, quod stultum, atque delirum esse ait beatus Cyrillus, non sunt, enim animalia, quæ vitam participant, sed vita ipsa. alii duas vitas, alii duo testameta. in hac autem explanationum varietate idem Cyrillus duo animalia, duos cherubinos accipiendos esse dicit, qui erant in tabernaculo testimonii ex vtraque parte propitiatorii. Erat enim propitiatorium typus Christi, qui (vt Apost. ait) factus est propitiatio pro peccatis nostris idem homo, & idem deus, cui astant angeli omnes, qui quidem semper faciem dei vident. erant autem cherubini potius, quàm ex alio ordine propter multiformem, (vt Apost. ait) sapientiam dei, quæ in hoc mysterio à sæculis abscondito ostensa est principibus, & potestatibus in cœlestibus per eccle-



ecclesiam dei. vocabulum enim cherubini sapientiam declarat, quæ est illius ordinis propria. Quando ergo, aut quomodo cognoscimus hoc tempore Christum propitiationem nostram inter duo animalia, nisi cum in ecclesiis catholicorum frequenter videmus imaginem Christi duobus cherubinis vtrinque sitam? in qua totum mysterium redemptionis symbolice legimus, agnoscimus, profiteamur, colimus, & celebramus, in Eucharistia vero non hoc solum, sed exercemus etiam, & participamus. Edisserant nunc nobis Evangelici, si possunt, si apud eos est ecclesia catholica, quomodo, aut quando iuxta prophetiam Abacum cognoscunt Christum propitiationem nostram inter duo animalia, quod prædixit propheta, futurum esse in ecclesia catholica? Congruit cum his, quod Apost. in epist. ad Galat. scripsit, O infensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati? ante quorum oculos Iesus Christus inter vos depictus est crucifixus. Sic enim idem Athanas. in eod. sermone huc locum intellexit, & interpretatus est. neque enim verbum *ἑξέθειν* proscribere significat, sed potius prædelineare, siue coram, aut ante oculos depingere. Perinde itaque est, quasi diceret, quorsum circuncidimini, si Christum crucifixum prædicatis? & imaginem crucifixi ante oculos positam habetis, quæ vos stultitiæ, ac delirii planè coarguit? etenim si circuncisionem (inquit) prædicamus, euacuatum est scandalum crucis, id est, nõ est, quod amplius prædicemus, & ostendamus crucem, & propter hanc prædicationem mala patiamur. Cum hoc rursus congruit, quod hodie in ecclesiis catholicorum frequentissime fieri solet, vt qui concionatur, ad dexteram habeat imaginem crucifixi ante oculos auditorum positam, quasi dicatur eis, cur carnem vestram cum vitis, & concupiscentiis non crucifigitis, ante quorum oculos Christus pictus est crucifixus? Fortassis imitatus est Paulus hoc loco Esaiam, vt sæpe alias imitari solet, de quo enim prophetauerat, inquit, Ecce posui te in lumen gentium, vt sis tu in salutem vsque ad extremum terræ.

- >> hic paulò post nunquid, ait, obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur sibi vteri sui? si illa oblita fuerit, ego tamen nunquam obliuiscar. Deinde subiungit, causam reddens,
- >> Ecce in manibus meis depinxi muros tuos, semper es coram me.

Quem locum explanas beatus Cyrillus, accusabat (inquit) Sion domi-

dominum, quod obliuisceretur eius, quod vero hoc verum nõ esset, demonstrat Christus dominus noster ex iis, quæ propter nos passus est, mortuus enim est, & suspensus in ligno manibus eius cruci affixis, quæ passio salutaris potestates destruxit, & de eis triumphum egit, nosque omnes liberauit. Itaque facta est nobis passio eius munitio, ac murus. quam passionem velut ex parte totum significat ex affixione manuum. Hactenus Cyrillus. vsus est hic propheta secundum interpretationem Ixx. verbo *ἑξέθειν*, quod proprie significat pingere imaginem, ad Christum enim & ad imaginem eius gratia implorandi Christum, qui in ecclesia catholica sumus, confugimus, vt adorando imaginem Christi, Christum ipsum adoremus. Quod si hoc nõ licebat, quid erat, cur spiritus sanctus, cuius afflatu Ixx. interpretes, vt veteres patres affirmant, veteres scripturas transtulerunt, hoc verbo vteretur? aut quomodo Christum passionem suam, quæ est nostra protectio, & instar muri, depinxisset in manibus suis dixisset, si Christum crucifixum ad colendum, & adorandum depingere non licebat? an deerat aliud verbum spiritui sancto, quo potius vteretur, ne saltem ex verbo pingendi imaginem occasionem errandi caperemus? Quod si fortasse concedant isti, imaginem crucifixi depingere, sed non adorare, & quemadmodum quæso, protectio nostra, quæ est passio Christi, depicta in crucifixo recte diceretur, si non liceret, per imaginem crucifixi Christum adorare, & implorare, vt protegat? Est alius locus Euangelii, quem recte etiam idem Athanasius ad defensionem imaginum aduersus hæreticos earum negatores, referendum esse putauit. Cum enim Iudæi Iesum tentarent, dicentes, Magister, si licet dare censum Cæsari, an non? respondissetque eis Iesus, ostendite mihi numisma, illi vero protulissent denarium, interrogassetque eos dominus, cuius esset imago, & inscriptio, ac rursus illi respondissent, Cæsaris, respondit eis, Reddite ergo, quod est Cæsaris, Cæsari, & quod est dei, deo. Subiungit autem interpretandi gratia Athan. *ἵνα τῷ θεῷ εἰκόνα τῆς κοίτης καὶ σκελετοῦ, καὶ τῷ εἰκόνα τῆς θεοῦ, τῷ θεῷ.* id est, imaginem Cæsaris Cæsari, & imaginem dei deo. Non reprehendit dominus, neq; improbauit, quod Iudæi imaginem Cæsaris facerent, quibus alioqui lex vetabat, ne facerent sculptile, aut vllam similitudinem, sed potius iussit, vt ei honorem, & tributum redderent,

derent, cuius imaginem propter eundem honorabāt. Sic etiam docuit, quod erat dei, reddendum esse deo. Ex quo fit, ut sicut honor imaginis Cæsaris, honor Cæsaris est, quem in imagine eius honoramus, sic etiam honor, & cultus imaginis Christi, honor, & cultus dei sit, & honor imaginis sancti, honor ipsius sancti, & rursus honor, ac cultus sancti, honor, & cultus dei. Quare honor, & cultus imaginis sancti, honor dei est, ac proinde reddendus deo, ut quod dei est, deo reddatur. Ita ex hoc loco euangelii honorem, & cultum imaginum, acute concludit Athanasius, ad deū referendum esse, ut honorem imaginis Cæsaris, & inscriptionis ad Cæsarem. Postremo idem Athan. Alexand. in quæstionibus centum ad Antiochum principem cap. xxxviii. Non adoramus (inquit) Christiani imagines, tanquam deos, ut Gentiles, sed potius ut affectum nostrum tantū, & desiderium charitatis nostræ apud faciem pictam imaginis declinamus, ex quo fit, ut sæpenumero deleta effigie tanquam inutile lignum postea crememus, quod prius erat imago. Hæc Ath. Illud vero, quod dominus per Moysen præcepit, non facere sculptile, neque ullam similitudinem, quod Lutherani cum Iudæis, deinde cum Marcionistis, Manichæis, & Arianis ad tollendas imagines impie transferunt, quomodo accipiendum sit, ex subiecta causa licet intelligere, subiungit enim, Non adorabis ea, neque seruias, aut coles. Vetat ergo facere sculptilia, ne pro diis colantur, sicut in principio dixerat, Non habebis deos alienos. Idem rursus intelligi potest ex eo, quod statim subiungit, Ego dominus deus tuus, deus zelotes, quod perinde est, quasi diceret, non patiar, ut vxor mea, id est, populus meus meretrici viuat, & deos alienos, tanquam alios viros admittat, matrimonium enim, ut Firmianus Lactantius ait, dici non potest, ubi mulier vna multos viros habet, sed hæc aut meretrix, inquit, aut adultera nominabitur, neque rursus, ullus vir zelotypus est meretricis, sed vxoris suæ, ut ait Procopius Gazæus in Exodi cōmentariis, siquidem illa omnibus se prostituit, hæc vero sui viri tantum est, sic (inquit) anima meretrix aliud, atque aliud dæmonium admittit, neque est vir eius zelotes. Vnde factum esse dicit, ut leges Ethnicorum omne idolum colere iubeant, quia scilicet non sit meretricis animæ vnus vir zelotes, contra vero sponsus, ac vir zelotes si meretricem accipiat, pudicam reddit,

Exo. 20.

reddit, ut fecit Oseas propheta typus dei, qui plebem, quæ cū amatoribus multis, & idolis gentium fornicata fuerat, despondit sibi vni viro zeloti, ut serantum pro deo haberet, & coleret, & sibi ut viro legitimo subiecta esset, suæque lege tantum viueret. Quorsum ergo attinebat, postquā vetuerat facere sculptilia, & ea adorare, ac colere, subiungere statim, Ego dominus deus tuus, deus zelotes, nisi ut doceret, vetari quidem illis sculptilia, ne cum idolis more gentium fornicarentur illa pro diis habendo, & pro diis, ac dominis colendo. Si ergo hæc fuit ratio vetandi sculptilia, sequitur, Vbi eiusmodi ratio, & causa vetandi sculptilia non erit, ibi sculptilia non vetari. atque hæc quidem ratio, vel ex solis illis cherubinibus, qui erant ex vtraque parte propitiatorii, intelligi potest. Alioqui quomodo Hebraicæ nationi ad idolorum cultum tam procliui, & Aegyptiorum superstitioni multum, diuque assuetæ non solum permisisset, sed quod plus est, iussisset deus habere in tabernaculo, loco orationis, & diuini cultus cherubinarum imagines, si cultus imaginum, quarum prototypa honore, & cultu digna essent, ad idolatriam quomodocunque pertineret? quæ dementia est hoc putare? quid delirius dici potest, aut sapientiæ dei minus congruens? De bobus enim in templo Salomonis, & de vitulis, & de leonibus in solio regali sculptis, quorum prototypa nullo honore digna sunt, nullum tale erat superstitionis periculum. Cherubini ergo aurei adhibebantur ad significandum mentes illas celestes astare, ac seruire semper deo, easque à nobis ea ratione honorandas, & colendas tum per se, tum per imagines suas, in quibus illas tanquam in speculo ad earum similitudinem expresso intuemur, & contemplamur. Denique Apostol. Paulus diuine mihi explicasse videtur, quomodo vetatio illa sculptilium intelligenda esset. alloquens enim Athenienses idolorum cultores, Non debemus (inquit) existimare auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominis deū esse similem. Hæc ergo fuit ratio vetandi sculptilia, & imagines, ne scilicet pro diis haberentur, quasi sit deus, aut esse possit similis materiæ pretiosæ, aut operi artis excellentis. Cum enim omnia sint ex deo, hoc enim significat, quod dixit esse nos genus dei, ut magnus Dionys. in diuini nomin. interpretatus est, necesse est, ut deus omnibus creaturis præstet, cum omnium

Osee. 1.

Exo. 20.

Act. 17.

Vu sit

fit effector ex nihilo. Ex hoc loco Pauli intelligi potest, vt hæreticis obiter respondeam, quod Hierem. dixit, lignum esse doctrinam vanitatis, & Abacum, Constatile esse demonstrationem mendacii, perinde esse, quasi diceretur, ex ipsa materia simulachri, quæ a deo effecta est, doceri, ac demonstrari, mendacium esse, & vanissimum commentum, deum esse similem ligno, aut constatili. Ex his enim duobus locis a se male intellectis cõcludit Cal. colligendam esse doctrinam generalem (ita enim ait) cap. —iii. art. xxvi. Nam cum Hierem. lignum esse doctrinam vanitatis pronunciat, cum Abacum docet, constatile esse demonstrationem mendacii, certe hinc generalis colligenda est doctrina, —futile esse, adeoque mendax, quicquid de deo ex imaginibus —homines didicerint. Sic iste interpretatur, simulachrum esse doctrinam vanitatis, & demonstrationem mendacii. Hinc etiam intelligi potest, quod idem Calu. ex Aug. citat lib. de ciuit. dei. —iiii. c. ix. & xxxi. sumptum ex Varrone, & ab eodem Aug. confirmatum, dei metum imaginibus minui, quod facile (inquit) possit deus, vt idem Aug. interpretatur, in simulachrorum stoliditate contemni, hoc, inquam, non facit contra imagines ecclesiæ nostræ, quarum materiæ, aut artificio nemo nostrum existimat, deum esse similem, qui erat gentium error existimantium auro, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominis, vt Apostol. dixit, similem esse deum. Quod enim propter hunc errorem simulachra deorum Varro improbaret, laudaretque priscos Romanos, quod annis plusquam clxx. deos sine simulachro castius coluissent, vel ex eo perspici potest, quod ait Aug. citasse Varronem Iudæam gentem sententiæ suæ testem. Ea ergo ratione simulachra improbat, quæ uidebatur deus Iudæos facere sculptile, aut ullam similitudinem, scilicet ne pro diis colerentur, quasi posset deus ulli materiæ, aut operi artis similis esse. quod ex subiectis in eo loco causis paulo supra docuimus, cum locum Exod. exposuimus, & locum Apost. cum eo contulimus. Nihil itaque effectum adorare licet, vt effectorem eius deum. Hac ratione uenit angelus Ioannem in Apocalypsi, ne eum adoraret, & Petrus Cornelium in Act. apost. quod ille angelum existimaret supra id, quod uidebat, & audiebat, & hic Petrum similiter. quod satis clare ipsa scriptura utrobique docuit. illic enim angelus ait, Vide, ne feceris,

ceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, deum adora. hic uero Petrus ait, Surge, & ego ipse homo sum. Hæc quoque aduersus Cal. notarim, qui maluit ex his locis a se non intellectis colligere ueritatem adorationis imaginum sanctarum, quam persuadere sibi, tam amentem fuisse Ioannem, (sic enim ait) vt debitum soli deo honorem uellet ad angelum transferre, & Cornelium non ita parum, vt idem ait, in pietate profecisse, quin summum cultum uni deo tribueret. At non fuit amens Ioannes, neque parum profecerat in pietate, neque si Cornelius multum in ea profecisset, qui uix dum erat Catechumenus, non sic adorare potuisset. Etenim si nolabat Apost. efferre arcana dei sibi ostensa, aut in eo gloriari, ne quis (inquit) me existimet supra id, quod uidet me, aut audit aliquid ex me, id est, ne supra hominem haberetur a quopiam etiã sapiente, & summo, neminem enim excepit, qui dixit, Ne quis me existimet supra id, quod uidet, quid mirum, si Ioannes postquam audisset, & uidisset angelum, qui illa, quæ uidit, ostendebat, existimaret eum supra id, quod uidit eum, & audiuit ex eo? Similiter in Cornelio, qui Petrum existimauit supra hominem. Videamus nunc, quæ de triplici apud idololatrias simulachrorum ratione magnus Ath. scripsit, an aliquid eorum in nostras imagines cõueniat. In libro igitur de pio dei cultu contra idololatriam tria genera describit eorum hominum, qui idola colebant. Vulgus ineruditum ueros deos putabat. De duobus reliquis generibus sic ait, vt e Græco uertam, Qui apud Græcos (inquit) philosophi & sapientes dicuntur, cum a nobis quidem redarguuntur, non negant eos, qui dii apparent eis, formas esse hominum, & bestiarum, excusandi uero causa aiunt, idcirco formas illas pro deis habere, vt per eas respondeat deus, per easdemque appareat, non enim alio modo cognosci eum posse, qui subiici oculis non potest, nisi per huiusmodi simulachra, & mysteria. Qui autem adhuc etiam sapientiores habentur, & qui se reconditoria dicere existimant, aiunt, idcirco simulachra fieri, & signa formari, ac fingi ad deuocandos angelos, vt per ea apparentes, de deo doceant, itaque esse illa, sicut litteræ sunt hominibus, quas legendo, aliquid de deo aspectu, & præsentia angelorum ab eis comprehendere possit. Hactenus (inquit) horum fabula. Hos autem validissime cõfutauit idem

V u i i Ath.

Ath. hoc proœmio vsus, Si quis (inquit) accurate, & diligenter hæc examinet, deprehendet horum opinionem non minus falsam esse, quam eorum, quos prius notauimus, eos dicit, qui quos habebant deos, negabant esse formas hominum, & animantium, a quibus differre nos, concedunt hæretici, sed a secundis, & tertiis non concedit insanus Calu. qui discrimen a nobis poscere non veretur, vt suos decipiat. Vtrique horum in eo conueniebant, quod dei nomen, quod est, vt ait sap. Salomonis, incommunicabile, cum lignis, & lapidibus communicabant, & ea loco deorum habebant, & colebant. Tertiis vero sapientioribus cum respondet Ath. si ista (inquit) instar litterarum sunt uobis ad contemplandum, & cognoscendum deum, vt mentimini, non oportet significato significantia præferre. Neque enim si quis nomen regis scribat, & regi præferat, impune erit ei, quin potius morte afficietur, sic vos si sana mente essetis, οὐκ αὐτὴν τιλικούνη τῆς θείης γνώσεως ἠώεσθε εἰς ὕλην καὶ πέδρα, id est, nunquam in signe proprium diuinitatis cognoscendæ, quod tantæ dignitatis est, in materiam deiiceretis. Hæc Ath. scilicet alienum est hoc a natura, & proprietate litterarum, vt in eis consistat, & posita sit naturalis vis, ac proprietate rei per ipsas litteras significatæ, quod illi sapientes gentilium idolorum cultores plane faciebant, qui pro lapidibus deos nominabant, & vt deos colebant, quod erat existimare deum, vt Apost. ait, similem auro aut argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominis.

— Quare quod Cal. reprehendit, vulgo esse plus quam tritum, — (sic enim loquitur) libros idiotarum esse imagines, quod Gregorius tanquam primo auctori exprobrat, non intellexit, vt sapissime euenire ei solet, quid loqueretur, neque de quo affirmaret. Apud istos quidem sapientes, quos satis redarguit Ath. non poterant esse instar litterarum, aut librorum: signa, & imagines, vt illi falso volebant, acute ab Atha. exposita est ratio, apud nos vero maxime, qui nullam vim aliam signis, & imaginibus tribuimus præter eam, quæ propria est litterarum, id est tantummodo significare. Itaque his, quæ magnus Ath. de simulachris deorum, & de ratione superstitiosa falsi eorum cultus scripsit, nihil esse potest accommodatius ad respondendum aduersariis imaginum sanctarum, cum quærunt a nobis, vt ostendamus discrimen, vt habeamur veteribus idololatriis dissimiles.

— les. Sic enim quærunt Cal. c. iii. suarum instituit. Quod enim nos nostras imagines neque deos vocamus, neque deos esse dicimus, neque Iudæi (inquit ille) neque gentiles olim vocabant, & tamen prophetæ passim fornicationem cum ligno, aut lapide exprobrabant, quod deum scilicet in ligno, & lapide carnaliter venerarentur, sicut ab iis, inquit, fit, (nos autem dicit) qui Christiani haberi volunt. Sit igitur hoc discrimen, quod nos docuit Ath. imagines nostras neque deos dici, neque per eas respondere, aut apparere, aut cognosci deum, neque per eas angelos deuocari ad cognoscendum deum. in quibus erat scelus, & contumelia, atque impietas a similandis deum materiæ, aut arti, unde prophetæ passim illis (vt Cal. ait) cum ligno, & lapide merito exprobrabant fornicationes, quod verbum satis declarat, idcirco exprobrasse, quod non contenti essent vno deo tanquam vno viro animarum nostrarum sponso, qui est zelotes, neque patitur alienum deum consortem tanquam alienum virum. Ab huiusmodi simulachris Ioannes apost. abstinere iussit, cum ait, Filioli, custodite vos a simulachris, quod male quoque interpretatus est idem Calu. Paulo enim supra dixerat, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum deum, & simus in vero filio eius, hic est verus deus, & vita æterna. & subiungit statim, epistolam claudens, Filioli, custodite vos a simulachris, vt iam antecedentia cum consequentibus conferendo facile sit intelligere de eiusmodi simulachris præcipi, quæ dii habebantur, qui non sunt veri dei, neque habent vitam. Nos vero talia simulachra non habemus. Imo imagines nihil esse dicimus præterquam imagines huius, aut illius materiæ, & artificii, honore quidem, & cultu dignas non propter se simpliciter, & absolute, sed propter prototypa, sunt enim vt diuine tradit Dionys. prototypa in imaginibus, & rursus imagines in prototypis, tametsi natura, & substantia non sit vna, vt iam imaginum cultus totus ad prototypa referatur. An natura non docet nos, quod imago eius, qui se spectat, & intuetur in speculo, semper est cum prototypo? ex eoque pendet in aliena alio qui materia inseparabiliter? facie enim & vultu ab illa imagine, quæ in speculo apparet, recedente, simul recedit imago ipsa vultus. neque potest imago, quæ in speculo apparet, macula, aut labe aspergatur aliqua, aut ornari, nisi prius facies aspergatur, aut ornetur. Sic imago

imago picta, aut sculpta, pars quædam est archetypi, quæ in diuersa materia cernitur. Quare si totum est honore, & cultu dignum, consequens est, vt sit etiam pars, idque propter totum, neque possit contemni, aut contumelia affici pars, quin totum prius contemnatur, aut contumelia afficiatur. Non est hæc pulcherrima analogia à me primum inuenta, sed à Theophane episcopo Nicææ in libro contra Iudæos, vt proprio auctori laus tribuatur. Sed age hostis imaginum, si scriptura sancta deum mystice figurat, vt habet eum caput, oculos, aures, nares, faciem, os, pedes, ventrem, humeros, dorsum, scapulas, & cetera, quæ pertinent πρὸς ἰσότυπον θεοπλασίω, idest, ad sacram dei figurationem, quid profanum a nobis fit, si deum corporis alioqui expertem, & effectorem omnium σωματικῶς accommodate ad nostram vtilitatem delineamus ad exemplum scripturæ sanctæ? Hæc. n. secundum idioma Hebraici characteris, vt Hadrianus vetus auctor Græcus in Isagoge sacrarum litterarum notauit, ex iis, quæ nobis insunt, & conueniunt, idest, ex membris, sensibus, animi motibus, passionibus corporis, dispositionibus, opinionibus, studiis, locis, vestitu, consuetudinibus, figuris energias, siue operationes dei figurat, & exprimat, ita vt ex oculis dei figurati intelligamus τὰ προνοητικόν, ἢ τὸ ἀλάσθητον τῆς γνώσεως, quod cuncta videat, procuret, sintque semper in conspectu eius vniuersa, vt nihil ignorare, aut obliuisci possit. Vnde de indignis dei prouidentia, ac procuratione, vt Theophanes obseruauit, ait Salom. Qui errat in ianuis, morabitur in locis, quæ non aspiciet æternus, Rursus de dignis pater eius Dauid, Oculi, inquit, domini super iustos. Ex facie dei intelligimus τὴν εὐθείαν αἰσῶν ὑπὲρ πραγμάτων, idest, cum se ostendit in rebus, siue in bonam, siue in malam partem accipiamus, vt cum se ostendit iratum iniquis, sicut scriptum est, facies domini super facientes mala, aut propitium, quibus parcit, vt precabatur Daniel, cum ait, ostende faciem tuam super sanctuarium tuum deuastatum. designat præterea τὸ ἀπρόσβατον, idest, reiectum dei, quod cum cognosci nolumus, faciem obnubere, & obtegere soleamus. vt illud, Non videbit homo faciem meam, & viuet, sic enim est apud Ixx. Aures designant τὸ ἐπιλαβείν, καὶ τὸ ἐνμένειν, vt Hadrianus & Theoph. notarunt, placibilitatem, inquam, & benivolentiam dei, vt illud, Aures domini in preces iustorum, Et rursus,

rursus, Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Manus designant vim efficiendi præpotentem. Scapula vim protegendi, quale est illud, scapulis suis obumbrabit tibi. Pedes dei designant, vt idem Hadrianus obseruauit, ferre opæ egentibus, vt illud, inclinauit cælos, & descendit, & illud, Audiuit Adam deum deambulantem in paradiso. Significat præterea pedes, vt notauit idem Theophanes lib. i. Tomi. ii. contra Iudæos, τὸ περὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ βασιλικῶν κρᾶτῶν, nos dicamus præpotentem potestatem regalem, quale est illud, omnia subieciisti sub pedibus eius, & illud, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Os dei designat principium, & perennem fontem verbi, & spiritus. Venter τὸ γυννυσκόν, καὶ πηγῶν, idest, vim generandi, & effundendi è se inftar fontis aquam diuinæ sapientia, quæ est filius dei viui. multa alia huiusmodi ad mysticam dei figurationem pertinentia veteres scripturæ sanctæ interpretes obseruarunt. Quod si hæretici nos reprehendunt, quod deum hac ratione pingamus, aut formemus, reprehendant in scriptura vetere Hebræis data picturam dei ex typicis lineamentis mysticorum membrorum constantem, aut si hanc non audent reprehendere, & nobis similiter, vt Hebræis veteri aut sculptile, & omnem similitudinem dei, dicant, (hoc enim reliquum est) nos adhuc esse sub veteri testamento, tanquam sub pædagogo, & idem periculum esse nobis, ne ad idololatriam deflectamus, vt illis erat. Aut si iam hoc periculum non est, vt fatebuntur, per gratiam spiritus sancti, quem deus pater effudit in nos abundè per Iesum Christum, cur non patiuntur, vt cultum dei per imaginem crucifixi in deum transfundamus? Aut quomodo possumus per sacrum typum crucifixi transfundere, quin remaneat honoratus, & cultus typus non quidem per se, ac simpliciter, cum secundum substantiam non sit aliud, quàm materia coloris, & pigmenti, aut ligni, aut lapidis, sed propter prototypum. Aut quomodo non potest manere honoratus typus propter prototypum, quia detrahatur de honore, & cultu prototypi? Quis ignorat, si quempiam propter alium honoramus, quin illum ipsum, propter quem hunc honoramus, magis honoremus? tatum abest, vt honor priori detrahatur. Sed hic obiicit nobis Calu. quod est in Eliber. Conc. antiquissimo. c. xxxvi. Placuit, picturas in ecclesia esse non debe

re, ne quod colitur, inquit, aut adoratur, in parietibus depingatur. Quis non continuo, ut legit canonem, non intelligit, non fuisse vetitas hoc decreto illo ipso tempore alias imagines, quam quæ in parietibus pingerentur? aut enim cum factum est hoc interdictum, aliæ imagines in ecclesia erant præter pictas in pariete, aut nullæ, nullas fuisse alias, non est verisimile. Si erant, cum non conueniat in eas ratio decreti, & canonis, quæ est hæc, ne scilicet esset in pariete pictum, quod esset colendum, consequens est, ut neque ad eas tunc decretum istud pertineret. Cur vero imagines in parietibus pictæ illo tempore hoc canone vetarentur, existimo, causam fuisse, ne cum esset fugiendum propter persecutiones Christianorum, quæ tunc erant frequentes, necesse esset, relinquere imagines in parietibus ludibrio, & contumeliæ hostiū expositas, ceteræ. n. auferri poterant, & occultari. Quod enim essent ea tempora, ut persecutio, & templorū derelictio metuenda esset, existimari potest ex. c. lix, & lx. eiusdem concilii, in altero enim, cauetur, ut qui idola frangeret, & ibidem occisus esset, non referretur inter martyres, in altero, ne quis siue Gentilis, siue Christianus ad Capitolium sacrificandi causa ascenderet. Haec tunc de Canone Eliber. conc. Nos vero non unum canonem, & eum quidem male intellectum, sed integram Synodum Nicenā pro honore, & religione imaginum, magna episcoporum frequentia, grauissima, ac diligentissima conquisitione habitam, & testimonio sanctissimis, & magni ponderis refertissimam opponimus. Cuius auctoritate premi se licet ridendo dissimulare non potuit Cal. Sic enim cum respondere vellet, præfatus est, multa, opinor, de hac re dicta forent, nisi manum quodammodo mihi iniiceret Synodus Nic. quicquid enim dixerim, magnum ex aduerso præiudicium afferret Synodi auctoritas. Sed videamus, quanta rursus ex aduerso auctoritate, illius Synodi auctoritate frangat, & sic enim subiungit, Qui simulachrorum usum tuentur, illius synodi patrociniū allegant. extat autem refutatorius liber sub Caroli magni nomine, quem ex dictione colligere licet, eodem tempore compositum. Sæpe mihi vsurpandum est aduersus hunc, quod Apost. de quibusdam dixit, non intelligere, neque quid loquatur, neque de quo affirmet. Falso enim illum quidem librū ferri, Caroli magni esse, testes sunt cum omnes auctores, qui

de eo

de eo imperatore, eiusque pietate, ac religione scripserunt, tum Ionas Aurelianensis episcopus, qui pro imaginibus aduersus Claudium Taurinensem tres libros ad Carolum scripsit. Carolum dico secundum cognomen Balbum filium Ludouici Pii, eundemque Caroli magni nepotem. Narrat idem Ionas fuisse hunc Claudium ex Hispania oriundum, discipulum cuiusdam Felicis item Hispani, & Vrgelitanensis episcopi, hæretici Nestoriani. Cuius hæresis de Christo filio adoptiuo cura, & studio Caroli Magni, & auctoritate ecclesiæ Romanæ damnata fuerit, Venisseque eundem Claudium in Galliam, & ex presbytero prius Ludouici imperatoris factum postea episcopum Taurinensem cœpisse docere non quidem illam magistri sui hæresim Nestorianam, sed aliam Vigilantii, & Eustasii non dissimilem, neque minus grauem cōtra ecclesiasticas traditiones, & sanctarum imaginum cultum. Narrat præterea Ionas, arripuisse illum occasionem erroris ex immoderato studio colendi imagines, quod in Italia in ecclesia Taurinensi reperisset, cum debuisset (inquit) potius prudenti zelo, si quid erat nimium, & illic per ignorantiam modum transiri iudicabat, docere, & paulatim corrigere, accessisse autem ad hanc illius impiam temeritatem, & furorem, quod existimaret mortuo iam Carolo Magno imperatore tum valde pio, tum magno pietatis in deum, & sanctos defensore, quasi orbata iam ecclesia, & scripturis sanctis oblitteratis, posse deinceps, qua vellet licentia, temere docere, & aliorum obedientiam, & fidem sibi conciliare. Si Claudius ecclesiasticum cultum imaginum sanctarum morte Caroli Magni audita inuasit, quasi id tempus expectasset, ut commodum, & tum omni periculo, tum patrociniū, ac vigilantia imperatoris vacuum, viderit Calvinus, utrum liber iste refutatorius, quæ testem citat suæ opinionis, Caroli Magni esse videatur. Sed quia fortasse metuebat Cal. ne libri inscriptio magis cuiusdam Leoni Isauro, aut cuiusdam Constantino Copronymo, quam Carolo magno conuenire videretur, quasi librum probare vellet Caroli esse, aut certe auctoritatem ex antiquitate scriptionis habere, utrum enim probare vellet, non assequor, adiunxit, videri ex dictione, illo tempore compositum esse. Vel igitur sit Caroli magni, quia illo tempore compositus est, vel sit idoneus testis, quia scriptus est tempore vii. Synodi,

Xx

qua

qua hæresis ista damnata est. Hoc est acumen ingenii Cal. & huiusmodi argumenta, quæ confectatur. Sed redeo ad Claudium Taurin. cuius libellum apologeticum, quem contra Theodemirum abbatem monitorem, & contra imagines, & earum pios cultores, Italos, Gallos, & Germanos, composuit, scribit idem Ionas, improbatum fuisse a patre Caroli secundi Ludouico Pio, cuius studio, & gratia factus esset Claudius episcopus Taurinensis, deinde damnatum cum auctore suo a Paschale pont. Mortuo autem Claudio, sed hæresi eius nondum extincta, imo crescente, libros, quos ipse Ionas Aurelianensis uiuo Claudio contra illius apologeticum scribere cœpisset, absoluisse, & Carolo Balbo, qui Ludouico Pio successit, dedicauisse. Vt autem intelligamus, quod tunc Satanas tentauit in Gallia, & Germania per ministrum suum Claudium, neque perficere potuit, scilicet ut Claudicantes errarent in dei, & sanctorum eius cultu, perfecisse hoc tempore per Caluinum in parte Galliarum, & in Germania per Martinum Luterum, & alios Euangelicos. Recitabo hic quæ Ionas scribit lib. 1. Ille (inquit) contra fraternam admonitionis impatiens, turbidaque indignatione permotus, non solum in illum iuste se redarguentem, Theodemirum abbatem dicit, verum etiam in omnes sanctæ, catholicæ, & apostolicæ ecclesiæ sincerissimos cultores Galliarum, Germaniamque incolentes, Christoque deuotissime seruientes, & ab imaginum superstitionosa adoratione immunes diuersarum reprehensionum, ac vituperationum iacula intorsit, eosque & idololatricæ abominatione, & falsæ religionis superstitione, & in numeris aliis sceleribus irretitos, sicut textus suarum litterarum demonstrat, appellare non erubuit. Cur autem sincerissimos cultores, & a superstitionosa adoratione immunes Gallos, & Germanos vocarit, intelligi potest ex illo nimio studio colendi imagines, quod idem Ionas narrat reperisse Claudium in Italia in ecclesia Taurinensi, cui præfuit. Vnde ille occasionem furoris sui in sanctas imagines cœpisset. De quo nimio cultu sic sensit, & scripsit hic auctor lib. 1. Illi, qui nimio, & indiscreto amore ob honorem sanctorum eorum imaginibus supplicant, videntur sane potius ab hac superstitione adhibito rationis moderamine reuocandi, quam idololatricæ, cum utique sanctæ trinitatis fidem veraciter credant, & prædicent, nuncupandi. Hactenus de libro

refu-

refutatorio vii. Synodi sub Caroli Magni nomine. Quæ vero deinceps addit Cal. ad minuendam Synodi Nicenæ auctoritatem, æque leuia sunt, quædam enim notat in ea synodo recitata, quæ Caluino videbantur a proposito aliena, & nihil ad rem facere, quæ autem maxime videbantur, ea callide dissimulat. Sic suos docet, vel potius decipit Caluinus. Sentio quam multa præterierim, quia non erat mihi propria disputatio aduersus imaginum violatores, sed huc necessario diuertendum fuit, ut ostenderem, sapientiam Euangelicorum non esse *ἐν πεισῆ*, ut beatus Iacobus ait, id est, obedientem, quæ est proprietas sapientiæ spiritualis, & cœlestis. Siquidem relicta publica ecclesiarum catholicarum de cultu imaginum consuetudine, quæ ex Apostolorum disciplina descendit, & in reconditis scripturæ sanctæ interpretationibus, ut Photius Constant. auctor valde doctus in commentariolo vii. concilii ait, continetur, veteres errores de concilii cœcumenici sententia iam diu damnatos, per æmulationem, & contentionem perfide, & impie instaurat. Hæc sapientia est, quæ æquitatis, & obedientiæ inimica, & contentiosa, ac superba, quia dissimulare non potest, præcepta patrum esse priscas, consuetudines ecclesiarum, de iis, quæ honeste, & secundum ordinem in eis fiunt, ut de iudiciis, & ministeriis sacerdotum, de ceremoniis, & imaginum cultu, aliisque huiusmodi, ut facilius per bonos sermones scripturæ sacræ decipiat, illud Ezech. (ut audio) assidue prædicare, & inculcare solet, In præceptis patrum vestrorum nolite incedere. Docuit hoc facere diabolus, qui cum Iesum tentaret, quod ad virum iustum, ope egentem pertinebat, ut sanctus Isidorus Pelusiota in epist. ad Ioannem Diaconum scripsit, ad Christum dominum angelorum falso transtulit, aut quod male intelligeret, aut quia fallendi artificio dissimularet. quod quidem sapientissime dominus detexit inquitens, Scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum, quod perinde erat, ut idem auctor ait, quasi diceret, Promisit quidem deus auxilium, at non ei, qui tentaret, sed ei, qui in periculo positus esset, non se ostentanti, & inanem gloriam captanti, sed egenti præsidio angeli, de Christo autem scriptum est in Esa. proph. salutare muri tui. muros enim vocat Christum, quia ipse sua sapientia, & præsidio angelorum nos munit, ac sepius, sicut scriptum est, castra ponet angelus domini in circuitu

X x i i

timen-

timentium eum. hic quoque prætermisit diabolus, vt beatus Hieronymus obseruauit, quod maxime contra se faciebat, illud scilicet, vt custodiant te. Sic enim scriptum erat, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. poterat enim (inquit) dominus respondere ei, si custodit me dominus in omnibus viis, ergo & a te custodior. tacuit ergo, quod sciebat contra se esse, & posuit, quod pro se erat. Hic etiam obseruandum est, quod beatus Ignatius in epist. ad Philipp. admonuit, sinxisse diabolum, ignorare se ea, quæ sequebantur, super aspidem, & basiliscum ambulabis, de Satana, & ministris eius scripta esse. Nā si conculcatio (inquit) pedum domini diabolus est, quemadmodum tentat eum, qui tentari non potest? & Greg. theologus in lib. de Baptismo scripturas (inquit) nouit latro. O sophista malitiæ, cur sequentia supprimis? scio, tamen si non dicas, in te aspidem, & basiliscum ascendam. Sic ergo nunc boni isti, & dociles discipuli diaboli, quod ab Ezech. propheta Hebræis dictum erat, in præceptis patrum vestrorum nolite incedere, cum hortaretur deus, ne imitarentur scelera maiorum, quæ idem propheta in eodē loco narrat admisisse eos, cum educti, & liberati ex Aegypto, idola Aegyptiorum coluerunt, & cum in deserto legem a deo datam, præcepta, iudicia, & ceremonias continentem violauerunt, hoc inquam reticendo, decurtando, & surripiendo transferunt discipuli diaboli ad catholicos, qui sunt gaudium, & corona sanctorum patrum suorum, qui nos sanctæ fidei, & pietatis hæredes, & imitatores reliquerunt. Ergo postquam de patribus illis dixerat, paulo supra per Ezech. & irritauerunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo uiuet in eis, & sabbata mea violauerunt vehementer, & quæ sequuntur, subiungit paulo post, Dixi autem ad filios eorum in solitudine, in præceptis patrum vestrorum nolite incedere, neque iudicia eorum custodiatis. Si hic non prætermittentur Euangelici ad imitationem diaboli illa pauca verba proxima, Dixi autem ad filios eorum in solitudine, quis non continuo intelligeret artificium tentationis, & mendacii? rursus si non prætermittentur, quod proxime quoque sequitur, ego dominus deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea, & sabbata mea sanctificate, vt sint signum

inter

inter me, & vos, quis non continuo intelligeret, non posse illud, in præceptis patrum vestrorum nolite incedere, ad catholicos referri? Etenim si in vos o catholici, competit ista hortatio, in præceptis patrum vestrorum nolite incedere, consequens est, vt illa quoque competat, quæ sequitur, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & sabbata mea sanctificate, vt sint signum inter me, & vos. Hortantur ergo vos ad sabbatizandum, quod si ad sabbatizandum hortantur, hortentur ad seruandam legem Moyfis, qui enim sabbatizat, debitor est, vt Apost. ait, vniuersæ legis seruadæ. Ergo cum isti, qui dissentiones, & offencula præter doctrinam, quam didicimus, faciunt, scripturæ sanctæ testimonium recitant, quod faciunt semper, nos antecedentia, & consequentia legamus, quæ ipsi, vt cæteri hæretici, mutilare, & intercidere solent, quod Euf. Marcello hæretico exprobrat in libro, quem aduersus eum scripsit. & Hippolytus Martyr Noëtianis in homilia aduersus eos, & sanctus Epiphanius eisdem. Legamus inquam, ne nos decipiant nomine euangelii, & per speciem Verbi dei, id est, per simulationem bonorum sermonum, & per benedictiones, boni enim sermones, & benedictionis pleni sunt, qui ex scripturis petuntur, si modo intelligenter, sincere, & integre petantur. plerique enim eorum difficiles sunt, quos indocti, & instabiles, quales sunt omnes hæretici, ad suam perditionem deprauant. hæc igitur præscientes, ait princeps apostolorum, caueamus, ne in sapientium errore traducti a firmitate excidamus.

Redeamus ad locum beati Iacobi, & persequamur reliquas cælestis sapientiæ proprietates, easque cum Euangelicorum sapientia conferamus. Addit ergo beatus Iacobus sapientiam, quæ desurfum est, plenam esse misericordia; & fructibus bonis. Ostendam vero, in quo maxime sapientia ista Euangelicorum expers sit misericordiæ. Est enim in eo præcipue, quod contra Verbum dei confessionem tollit, quæ nobis post peccata misericordiam dei conciliat, & nos in gratiam cum eo reducit. Qui enim (ait Salomon) abscondit scelera sua, non prosperabitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Ergo sapientia, quæ confessionem tollit, misericordiam tollit, & crudelis est, ac diabolica. Subiungit deinde Salomon. Beatus vir, qui timet omnia propter reuerentiam erga deum.



deum. Docere voluit, ex timore iræ dei proficisci confessionem ad placandum deum. Vnde Ecclesiasticus de propitiatione (inquit) noli esse sine metu, ut addas peccata peccatis. hoc enim euenire solet eis, qui, quia non timent deum, non confitentur peccata, atque ita fit, ut efficiantur obstinati, & addant peccata peccatis. Idcirco subiungit Salom. Qui autem duro corde est, cadet in mala. Quid igitur potest esse magis alienum a misericordia, imo quid crudelius, quam timorem dei adimere, sine quo ut ait scriptura, nullus iustificari potest? quam indurare corda hominum, & peccata peccatis addere? misericordiam dei repellere, & iram eius prouocare? Hæc enim faciunt crudeles. Euangelici sua terrena, & animalia sapientia inflati, & ut idem Salomon ait, apud semetipsum sapientes, sic enim appellat eos, qui se iustificant. Omnis verò intelligens, ait in eodem loco, damnabit se, scilicet agnoscendo errata sua, aut dicet saltem cum Paulo Apost. si forte careat erratis, nihil mihi conscientis sum, sed non in hoc iustificatus sum. Idcirco (inquit) vir sapiens omnia timet. Quemadmodum verò timeat, vel ex eo, ut mihi videtur, intelligi potest, quod Dorotheus Abbas in lib. de humilitate, Abbatem Agathonem rogatum, cur iam propè moriens, timeret, respondisse narrat, Ego hactenus feci pro viribus mandata, sed nescio, utrum quod feci, placuit deo. Aliud est iudicium dei, aliud hominum. Et sanctus Diadochus, capite centesimo de perfectione oportet (inquit) *λεπίδος προσέχειν τῆ ἀιδήσει τῆς ὀμοῦ λογιστῶς* id est, confessionem exacte, & attente explorare, ne forte, inquit, conscientia sibi mentiatur, dum suspicatur, satis bene confessionem fecisse. tamen si enim aliquis sibi nihil male conscientis sit, idque pro exploratissimo, certissimoque habeat, id enim significat *εἰ πάση ἀληθοφροσύνῃ*, tamen maius (inquit) est iudicium dei conscientia nostra. hæc sanctus Diadochus episcopus Photinensis, & audent isti non solum confessionem tollere, sed etiam sine confessione, non iam dubiam, & ancipitem, sed certissimam dei gratiam promittere? Quid hoc magis salutis animæ inimicum? Quomodo sapientia, quæ hoc tradit, plena est misericordia, & fructibus bonis? aut quomodo non potius crudelis, & diabolica? Tabet scriptura Esaiæ, semper meminisse peccatorum, ne deus eorum memor sit, & ea dicere, ac confiteri hominibus, ut a deo iustificemur, quæ est summa dei misericordia, & iubet illi

illi cælare homini peccata, ut deus recordetur eorum? & irascatur? & non iustificet? Quid durius, inclementius, inhumaniusque esse potest, quam vltro in se, & suos iræ dei armare velle, & misericordiam eius molem obstinationis, & duri cordis opponere? Rursum Ecclesiasticus hortans ad poenitentiam, simul, & confessionem, ut misericordiam dei consequamur. Ne demoreris (inquit) in errore impiorum, ante mortem confitere, a mortuo, quasi nihil sit, perit confessio, confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis, & laudabis deum. Deinde subiungit, & gloriaberis in miserationibus illius. Ergo sapientia, quæ confessionem tollit, facit, ne is, cui sustulit, gloriari possit de misericordia dei, quod omnem crudelitatem superat. Qui enim de misericordia dei gloriari non potest, quid ei relinquitur, de quo gloriatur? aut quid eo miserius erit? Explicat deinceps Ecclesiasticus, quæ illa magna misericordia sit, quam confessio conciliat, subiungens, Quam magna misericordia domini, & dei nostri, & propitiatio illius conuertentibus se ad eum sancte. neque enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidius sole, & hic deficit, aut quid iniquius, quam quod excoGITAVIT caro, & sanguis, & hoc arguetur. virtutem altitudinis cæli ipse conspicit, & omnes homines terra, & cinis. Perinde sunt hæc, quasi diceret, vel in eo maxime dei misericordiam elucere, quod cum non sit homo, quin peccet, & mortalis sit, ut pote ex terra factus, & in terram vertendus, alioqui nihil deesset homini, imo essent in eo omnia, quod fieri non potest, deus vero neque peccare, neque mori possit, qui vivit in sæcula, & solus est iustus, & bonus, tamen sic propitius est eis, qui ad eum redeunt, ut per poenitentiam, & confessionem ex peccatoribus iustos, ex mortalibus, immortales faciat. Ergo sapientia, quæ confessionem peccatorum tollit, iniustitiam, & mortem, & iram dei adducit. Quomodo ergo fuerit plena misericordia, & fructibus bonis, quæ scelerum custos, & patrona, & pestilens, ac mortifera est? & homines ad inferos detrudit? Sed quia iactant Euangelici non hominibus, sed deo tantum confiteri necesse esse, repetamus & excutiamus locum Esaiæ, quæ paulo supra recitavi. Ego sum (inquit) ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor, memento tu. Sic enim est

est apud lxx. Deinde subiungit, & iudicemur simul, dic tu peccata tua primus, vt iustificeris, Si quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur, vt Apost. ait, profecto qui sub lege erant, non tantum necesse erat eis, recordari peccatorum, quod erat deo intra se confiteri per pœnitentiam, cui ipsa sola cogitatio vel intra pectus satis diserte loquitur, sicut scriptum est, cogitatio hominis confitebitur tibi, sed etiam necesse erat, enunciare, & confiteri extrinsecus homini, vtrumque enim dominus per prophetam præcepit, & recordari peccatorum per pœnitentiam, & illa homini coram deo confiteri. id enim appellat iudicium, in quo peccator absolvitur, & à deo iustificatur, veraxque ostenditur, qui hoc promisit. hoc enim significat, qd ait, & iudicemur simul. Erant itaque in lege quædam sacrificia omni generi peccati siue voluntarii, siue non voluntarii constituta, quæ erant instar confessionis, quæ ore fit, siue sacerdos peccaret, siue quis priuatus, siue princeps, siue vniuersus populus peccaret. Anima (inquit) quæ peccauerit præter voluntatē, & de vniuersis mandatis domini quicquam fecerit eorum, quæ præcepit, vt non fierent, si fuerit sacerdos, qui peccauerit facies peccare populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino, & ponat manum suam super caput eius, & quæ sequuntur. Erat ergo huiusmodi sacrificium instar confessionis, sic enim sacrificando confitebatur sacerdos peccasse, & suo exemplo nocuisse populo, quod quidem commune est eorum, qui præsumunt, suis enim peccatis ceteros ad peccandum inuitant. Item paulo post, Quod si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini est, & quæ sequuntur. Hoc quoque sacrificium quædam confessio peccati per ignorantiam commissi erat. Deinde subiungit, & rogante pro eis sacerdote, remittetur peccatum, sic enim est apud lxx. Rursus si peccauerit (inquit) princeps, & fecerit vnu ex pluribus per ignoratiã, quod dei lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam coram domino hircum de capris, & quæ sequuntur, Deinde subiungit, orabitque pro eo sacerdos, & pro peccatis eius, & remittetur ei. hæc quoque erat confessio peccati, quam designabat, vt ait Isychius, impositio manus super caput victimæ, sicut in superioribus sacrificiis. Item si peccauerit anima de populo terræ per ignorantiam,

rantiam, vt faciat quicquam de iis, quæ domini lege prohibentur, & cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam, ponetque manus super caput hostiæ, pro peccato est, & quæ sequuntur. Deinde subiungit, rogabitque pro eo sacerdos, & remittetur ei. Hic quoque ad pœnitentiam peccati accedebat quædam confessio eius, qui peccarat, & oratio sacerdotis pro remittendo peccato. Rursus sigillatim in peccatis iuramenti, anima (inquit) quæ peccauerit, & protulerit labiis suis, vt vel male aliquid faceret, vel bene, & non fecerit, & id ipsum iuramento, & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam, pro quo lxx. confiteatur (inquiunt) peccatum contra se factum, & offerat de gregibus agnam, siue capram, orabitque pro ea sacerdos, & pro peccato eius, & remittetur ei peccatum. hic iam vsus est Moyses verbo confitendi. Similiter in peccatis aduersus sanctificata, item in peccatis furti, depositi, societatis fraudatæ, doli, mendacii, damni, violentiæ, & ceteris, quæ in Leuitico notantur, in his omnibus accedebat ad pœnitentiam confessio in remissionem, siue, vt Apost. ait, commemoratio peccatorum, quæ per victimas, quæ immolabantur, fiebat, & oratio sacerdotis, vbique enim scriptum est, orabitque pro eo sacerdos, & remittetur ei. Rursus pro cunctis peccatis occultis constitutum erat lege Moyses, vt in festo propitiationis decima die mensis septimi affligerent animas suas ieiunio scilicet, & pœnitentia, immolatis vitulo, & hircu, quibus fiebat per singulos annos, (sicut Apost. ait) commemoratio peccatorum. Deinde subiungit ad sacerdotes loquens, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Ergo vt ad Esaiam redeamus, iis, qui in lege erant, loquens, præcipiebat ad iustificationem, recordari peccatorum per pœnitentiam, & dicere, ac confiteri ea extrinsecus, quod fiebat per hostias expiationi peccatorum constitutas. Quare cum lex vmbra haberet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, vt illa peccatorum per legem remissio secundum carnem, vmbra erat veræ remissionis secundum conscientiam, sic illa vetus confessio, siue commemoratio peccatorum per victimas vmbra quoque erat veræ, & expressæ confessionis, quæ nunc fit, vt item sacerdotes veteres, qui secundum legem mandati carnalis fiebant, typus, & vmbra erant

sacerdotum noui testamenti, qui secundum ordinem Melchisedech ad similitudinem Iesu Christi sacerdotis magni, & patris nostri fiunt. Itaque illud in hierarchia illa Mosaica tribunal, & iudicium sacerdotale de peccatis imperfectum, vt imperfectis conueniebat, typus erat, & figura tribunalis, ac iudicii perfecti sacerdotalis de peccatis in hierarchia ecclesiastica noui testamenti iudicandis. Et vt in illa hierarchia spiritus sanctus per prophetam dicebat, Recordere tu peccata tua, & ego non recordabor, & confitere ea primus, vt iustificeris, sic in nouo, quod erat in illo vetere delineatum, & adumbratum. Agite, inquit, poenitentiam, & confitemini alterutrum peccata uestra, & iudicemur. iudicium enim dicit, in quo quem poenitet suorum scelerum, & confitetur, idem absoluitur, & deus verax, ac fidelis ostenditur. Qui enim dixit in vetere testamento de poenitente, & confitente, Orabit pro eo sacerdos, & remittetur ei peccatum, idem in nouo testamento dixit sacerdotibus de poenitentibus, & confitentibus, Quorum remisistis peccata, remittentur eis, non dixit, quorumcunque, sed *ἐπι τινῶν*, id est, si aliquorum, vt sanctus Anastasius Patriarcha Antiochenus in libro variarum questionum notatum reliquit, scilicet, vt significaret, non absolui quoscunque, sed eos tantum, qui per legitimam poenitentiam, & confessionem digni essent absolutione. Respondeant ergo, si possunt, qui iudicium spirituale episcoporum, & sacerdotum de peccatis ex ecclesiastica hierarchia eiciunt, illud quod deus per prophetam dixit, iudicemur, hortans ad recordationem peccatorum, & confessionem, quomodo accipi volunt? an de iudicio cum deo *ἀμέως*, id est, vt ita dicam, immediate? scio negabunt, quis enim hoc dicat? superest ergo, vt de iudicio dei per sacerdotes in peccatis Hebræorum expiandis sub lege administrato dixerit, quod quidem non propter illos tantum scriptum est, sed propter nos in primis, vt illud, quod proxime dixerat, Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, non enim vt Apostolus interpretatus est, ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, quare nobis quoque conuenit, & propter nos in primis scriptum est, quod statim subiungit idem propheta de recordatione peccatorum per poenitentiam, & de confessione, ac iudicio cum deo per sacerdotes noui testamenti, translato enim testamento; sacerdotium quoque,

quoque, & iudicium sacerdotale translatum est. Vel ex hoc loco Es. perspicitur potest, contra verbum dei esse, quod tradit Cal. in suis inst. c. ix. art. xvii. liberam esse debere confessionem, ne — qui confiteantur, omnia peccata sua enumerare debeant, sed — quod sua (inquit) interesse putabunt, vt solidum consolationis — fructum referant. Recordari enim iubet propheta eorum peccatorum, quorum veniam promittit deus, promittit autem omnium, vt clarius adhuc per Ez. dixit, in quacunque hora ingemuerit peccator, non recordabor omnium iniquitatum eius, omnium ergo meminisse iubet, quantum scilicet humano studio, humanaque diligentia consequi possimus, quis enim nisi communis sensus expers non sic intelligendum putet? Itaque non dixit, recordare aliquorum, qui neque dixerat, ego deleo aliqua peccata, sed potius ego deleo omnia, scilicet qualiacunque sint, quæ quis meminerit ad confitendum, id enim designat articulus, cum ait, ego deleo *πᾶς ἀνομιᾶς*, & cum. Deinde subiungit, Recordare tu, scilicet *πᾶς ἀνομιᾶν, ἃς ἐγὼ ἰσχυρίσθω*. ego, inquam, deleo omnia, recordare ergo tu omnium, & ego non recordabor, sicut per Ez. dixit postea, omnium iniquitatum eius non recordabor. At hic illud Ez. ad poenitentiam, siue dolorem ex peccatis, non ad confessionem referri volunt. sed qui scripturas per scripturas explanandas esse clamant, cur non hic potius Ez. per Esaiam explanant, ita vt ingemiscere iubeat reuocando in memoriam omnia peccata, quorum promittit veniam, scilicet ad confitendum ea, vt iudicium fieri possit inter deum, & homines iuxta prophetiam Esaiæ. iudicari enim *ἀμέως* a deo, ad alterum sæculum pertinet. Præterea si lex spiritualis est, vt Apostolus affirmat, & in euangelio facta est per Christum, veritas in lege Moysis adumbrata, quis erit, si euangelio credit, qui dubitet, tam multa illa de multiplici genere lepræ a sacerdotibus dignoscendo, ac diiudicando sancita quin de varia, & multiplici lepra spirituali, quæ sunt peccata, tum publica, tum occulta, & de spiritualibus noui testamenti medicis, iisdemque iudicibus, qui sunt Episcopi, & sacerdotes, intelligenda sint? Quid ergo in vetere populo significabat, quod non solum eam lepram, quam ceteri videre, & cognoscere poterant, inspiciabant sacerdotes, & leprosum suo iudicio, quoad mundus esset, submouebant, sed etiam, cum non poterat ab aliis cognosci,

Y y ii      vtrum

utrum in aliquo lepra esset, ad eosdem sacerdotes pertinebat, videre, & diiudicare, & iudicio suo mundum, aut immundum discernere, quid, inquam, aliud significabat hoc, nisi quod peccata non solum manifesta, sed etiam occulta, quæ sunt omnia spiritualis quædam lepra, ad iudicium sacerdotale noui testamenti pertinebant? Iam vero iudicium sacerdotale de occultis, quod hæretici negant, ut confessionem secretam tollant, mirabiliter significauit spiritus sanctus verbo vno, quo frequenter vtitur, cum enim à nullo, nisi à sacerdote legitime explorari, & cognosci poterat, utrum in aliquo lepra esset, an non, quod in occultis euenit, & separabit (inquit) eum sacerdos vii. diebus, sic enim lxx. vertunt, pro quo Hieronymus ait, recludet, significat vtrumque verbum diligentiam secretæ examinationis, & inspectionis. imo aliquando bis separare, siue recludere iubebat lex, ut in diiudicanda significatione lepræ, sic enim diuini illi lxx. interpretes speciem quandam occultam, ac valde obscuram appellarunt, quæ symbolum erat, ut Isychius in comment. Leuit. ait, intimarum passionum, ad quas cognoscendas, ac diiudicandas magna sacerdotis diligentia, ac solertia opus est. Hoc verbo significationis idem Isychius ait, diuinos illos lxx. interpretes significasse occulta peccata sacerdotibus prodenda esse, sic enim scripsit, Propterea lxx. significationem verterunt, quia quæ sunt occulta, latere omnino non permisit legislator. Et paulo post, Tu ergo (inquit) cognoscens, quia significationem appellet tale peccatum, ne abscondas malum à vero sacerdote, licet dubium, tectumque sit aliis, sed ostende, ac prode. Rursus cum in cicatrice vlcis, semel sanata non apparebat species lepræ, quia non videbatur cutis depressio, neque pili in album mutatio, iubebat seuocari, & seorsum à sacerdote inspicere vii. diebus, ut diiudicaret, vtrum cicatrix remaneret in eodem loco, an diffunderetur. Idem facere iubebat in cicatrice sanatæ vltionis, quæ symbolum erat inuidiæ, amari zeli, & iræ, ac contentionis. Hoc est iudicium secretum, quo sacerdos explorat, vtrum mens redeat ad peccatum præteritum. Item post lepram capitis, aut barbæ, quam iidem interpretes lepram quassationis appellant, quæ symbolum erat hæresis aduersus deum, aut Christi humanitatem virtute dei fortissimam, ac maxime virilem, cuius symbolum est barba, & cuius caput est deus, cum iam nullum vestigium lepræ appa-

apparebat, iubebat lex, ut bis sacerdos seorsum inspiceret hominem, quod quidem diligentem, & acrem iudicii secreti sacerdotalis indagacionem declarat, qua opus est in explorando peccato, quod grauissimum est, ac maxime spirituale, idest, torum mentis catholicam veritatem negantis. Præterea quod sacerdos vestem separabat laneam, vel lineam, aut pellem, aut stamen, vel subtegmen, in quibus erat macula viridis, aut flaua, idest, lepra, ut inspiceret, vtrum permaneret, quid aliud significabat, quam quod ad iudicium sacerdotum pertineat explorare, ac discernere seorsum, vtrum quis virtutibus, siue maioribus, siue minoribus, quæ instar vestium ab æstu vitiorum, & frigore spirituali defendunt, (de virtutibus enim loquebatur, qui dixit, si tamen vestiti, non nudi reperiamur) abutatur ad inanem gloriam, quæ est instar sceni viridis caduca, & fluxa, aut ad superbiam, quæ instar ignis sursum petit, & an quis mala, probra, & calamitates sustineat, mortificationem instar pellis circumferens propter eandem vanam gloriam, an vero hæc non omnino cupiditate gloriæ faciat, sed tamen eam quoque intendat, & tanquam fundamentum instar staminis ponat, aut certe atterat, & admisceat instar subtegminis, in his enim explorandis, & diiudicandis facile falli possumus, & iudicio sacerdotis maxime opus est. Hic vero quemadmodum de his iudicare poterit, nisi is qui virtutibus vtitur, qua ratione, & cur vtatur, exponat, quæ fuerit confessio eius, & quidem secreta, seorsum enim hæc iudici enunciat. Sed fortasse dicent Evangelici, allegoriis me ludere, & quid mirum, si hoc dicant, qui scripturas sanctas, quarum scientiam temere iactant, & earum virtutem ignorant? Hic ergo Cal. cum se allegoriis istis fortasse viderit premi, & cogi ad concedendum, legem constitendi diuinam esse, & non mere politicam, ut ipse in suis inst. c. ix. de pœn. art. xviii. tradit, respondebit, credo, quod idem scripsit, translato sacerdotio, necesse esse legis translationem fieri, omnia sacerdotia ad Christum translata esse, & in eo impleta, & finita, ad eum igitur vnum omnine ius, & honorem sacerdotii esse translatum. Sed si isti sic allegorias, eludunt, videamus, vtrum contra dei Verbum prophetias quoque sine allegoria spernant, & eludant. Prophetas Malachias de aduentu Christi summi sacerdotis, & de reliquis sacerdotibus, & ministris noui testamenti, postquæ dixit, Ecce ego

ego mitto angelum meum, quod Euangelistæ de Ioanne præ-  
 cursore interpretati sunt, subiungit. Et erunt domino offeren-  
 tes sacrificium in iustitia. Profecto cum de noua lege prophe-  
 tet, & de nouo sacerdotio spiritualis Leui, necesse est, vt de no-  
 uo quoque sacrificio prophetet, translato enim sacerdotio, ho-  
 stia quoque translata est. At sacrificium laudis, de quo Euange-  
 lici Sacramentarii intelligi volunt, non nouum sacrificium est,  
 sed vetus etiam, non igitur de sacrificio veteris testamenti acci-  
 pi potest sacrificium illud in iustitia. Deinde in sacrificio lau-  
 dis quæ nam commemoratio iustitiæ dei fiebat? vt quidem fit  
 in nostro mystico sacrificio, quod fit, sicut a domino institutū  
 est, in commemorationem redemptionis, quam fecit in iudi-  
 cio, & iustitia, vt ait Esa. moriens scilicet, qui peccatum non fe-  
 cerat pro peccatoribus ad mortem damnatis. Aut quæ nā scri-  
 ptura hoc tradit, vt sacrificium illud laudis dicatur sacrificium  
 in iustitia? Deinde quia per sacerdotes istos nunc deus iudicat,  
 idcirco nouo populo dicit, quod statim sequitur, Et accedam  
 ad vos in iudicio, scilicet sacerdotum offerentium, quibus de-  
 dit deus potestatem absoluedi pœnitentes, & ligandi, atque  
 eiiciendi ex ecclesia non obedientes, de quibus in eodem loco  
 meminit. De eodem iudicio postquam iussit dominus per Esa.  
 recordari peccatorum, scilicet in iudicio sacerdotali iuxta p-  
 phetiam Malachiæ, subiūgit statim, Et venite iudicemur, Chri-  
 stum enim non videmus nunc ἀμείως iudicantem. Conceda-  
 mus ergo Calvinianis, translatum esse vetus sacerdotium, con-  
 sumatumque in Christo vno æterno sacerdote secundum ordi-  
 nem Melchisedech, & huius noui sacerdotii ius, & honorem  
 sic ad eum vnum pertinere tanquam ad dominum, vt de pleni-  
 tudine illius gratiæ sacerdotalis per participationem reliqui sa-  
 cerdotes, & ministri noui testamenti accipiant. Itaque omne  
 ius cognitionis, & omnem honorē iudicii sacerdotalis de pec-  
 catis pertinere quidem ad Christum tanquam ad dominum,  
 & auctorem, ad nos vero, cum sacerdotes sumus, tanquam ad  
 ministros, qui nihil sumus nisi ministri eius, atque hoc quidem  
 in lege, & prophetis, & euangelio tradi. Redeo ad superiores  
 allegorias, in quibus illud deinde obseruandum est, quemad-  
 modū factō de lepræ generibus à sacerdotibus iudicio, statim  
 describit Moyses sacrificium, quod deo fiebat, cum leprosus mun-

mundabatur, vt doceret in ænigmate deum esse, qui per Chri-  
 sti passionem adiutore, & ministro sacerdote peccata dimit-  
 tat, ministri enim & adiutores dei sumus, sicut Apost. ait. Rur-  
 sus obseruandum est, hoc eodem verbo ἀφορίζου, quod lxx.  
 interpretes in submouēdo à castris leproso vti sunt, vsos quoq;  
 frequenter Apostolos in suis Canonibus, & patres veterum sy-  
 nodorum in submouendis ab ecclesia, siue excommunicandis  
 flagitiosis, quæ est non leuis admonitio, esse hæc de lepris vete-  
 rum, & de sacerdotum iudicio, transferenda secundum spiritū  
 ad peccata, & eorum iudices noui testamenti sacerdotes. Ne ve-  
 ro Euangelici nobis fortassis obiiciant, quasi nobiscum pugne-  
 mus, qui certitudinem gratiæ negamus, & tamen peccatores à  
 sacerdotibus euidenter absolui dicimus, illud est aduertendū,  
 quod Moyses dixit cōcludens sanctionem de lepra, & iudiciis  
 eius, Hęc est lex omnis lepræ, & quassationis, & vestium, & do-  
 mus, & cicatricis, & significationis, & lucentis maculæ, vt pos-  
 sit exponi, siue narrari, quo tempore immundum quid, aut mū-  
 dum sit, sic enim est apud lxx. non dixit, vt sciri possit, vt Hiero-  
 nymus vertit, sed vt exponi, siue narrari possit. Quia enim  
 semper metuere debemus, ne non satis bene confessionem fe-  
 cerimus, non licet continuo affirmare de eo, qui ab episcopo,  
 vel sacerdote absolutus est, in dei gratia esse, aut qui ligatus est,  
 non esse. Itaque vt dici potest, quando quis absolutus pronun-  
 ciatur, aut non absolutus, ita sciri perfecte, non potest, quando  
 sit vere absolutus, aut non. Quare quod Hieron. vertit, vt sci-  
 ri possit, cum ab vmbra ad imaginem transferimus, sic accipie-  
 mus, quasi dicatur secundum lxx. vt dici possit, quando quis  
 mundus, aut immundus pronunciat. Sed venio iam ad il-  
 lum locum euangelii, qui est huius sacramenti proprius. Pax  
 (inquit) vobis, sicut misit me pater, & ego mitto vos. Scilicet  
 miserat deus filium suum Iesum Christum, vt dissolueret ope-  
 ra diaboli, & pace cum deo facta, mundum reconciliaret, remit-  
 tendo peccata, sicut Apost. ait, Quoniam quidem deus erat in  
 Christo mundum reconcilians, non reputans delicta ipsorum.  
 Deinde subiungit idem Apost. & posuit in nobis verbum recō-  
 ciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur. Perinde ergo  
 est, ac si dixisset, sicut misit me pater ad dissoluendum opera  
 diaboli, & ad recōciliandum mundum, sic mitto vos ad soluē-  
 da pec-

Leuit. 14.

da peccata, & ad ministrandum verbum recōciliationis, quod in vobis per spiritum sanctum pono. Hæc igitur cum dixisset, insufflauit, & dicit eis, significabat insufflatio pellenda, & dissoluenda esse peccata potestate ista, quam tradebat, ceu vento nubes, vt dominus apud Esa. ait, deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Propheta quoque Naum hac figura insufflandi vsus est, prædicens enim vastitatem Ninuitarum, & Babyloniorum à Persis, & Medis duce Cyro inferendam, & Iudææ liberationem, conuerso ad Israel sermone.

» Et nunc (inquit) cōteram de dorso tuo virgam eius, scilicet Assyrii, & vincula tua dirumpam. & paulo post, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Hæc est pax, de qua dominus hoc loco dixit discipulis, pax vobis. Deinde subiungit statim idem propheta de Cyro Christi typo, ascendit insufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione, id est, ex vinculis, quæ paulo supra dixerat, & ex captiuitate. Cyrillus vero in comm. prophetæ huius hoc insufflandi genus sumptum esse ait ex consuetudine Iudæorum non scripta, sed tradita, vt illud, scindere vestes in blasphemias, quod Caiphas, & Paulus, & Barnabas in Lycaonia fecerunt. Sic (inquit) consuetudo erat quibusdam, hoc sibi vendicare, quasi insufflando in faciem ægrotantis, ægritudinem depellerent, ex qua consuetudine sumpsit (inquit) propheta exemplum hoc, quod fuit typus Christi, qui insufflauit in faciem discipulorum significans curationem ægritudinis spiritualis. Scilicet Dedit spiritum sanctum *ἀνεμών*, & *συγγνωμὸν* peccati, vt ait Euse. in epist. ad Marinum, id est, qui liberaret à vinculis peccatorum, & à captiuitate veri Assyrii. Subiungit enim statim, si aliquorum remiseritis peccata, remittentur eis, non dixit, vt iterum de hoc admoneam, quorumcunque, sed si aliquorum, nempe pœnitentium, ac confitentium, vt ex aliis scripturæ sanctæ locis intelligere licet. Quia enim vnus est spiritus scripturæ sanctæ, totam oportet, ceu corpus vnum contemplari, vt quod in alio loco desiderari videtur, ex

» alio petatur. Ait ergo, beatus Iacobus, Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum. De oratione loquitur absolvente, qua presbyteri vtuntur, cum in virtute eius, quem precantur, & qui hanc potestatem promissit, & dedit, remittere volunt peccata. Sequitur deinceps, & oratio fidei,

dei, saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus. declarat deinde quomodo oratio fidei saluabit infirmum, quia scilicet, si in peccatis fuerit, remittentur ei. Deinde, vt declararet Apostolus, quomodo à presbyteris remitterentur peccata, subiungit, Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra, & orate pro inuicē, vt saluemini. Peccata ergo, quæ confitemur, remittuntur à presbyteris alterutrum, sicut scriptum est, vnusquisque sicut gratiam accepit, in alterutrum illam ministrantes sicut boni dispensatores multi formis gratiæ dei. Perinde itaq; est, quasi diceret, confitemini inter vos alii alijs, vt cuique conuenit, ita vt qui non acceperūt potestatem remittendi alijs peccata per orationem fidei, eis confiteantur, qui acceperunt, & rursus qui acceperunt, ijs confiteantur, qui item acceperunt. sic enim loqui solet scriptura, vt cum ait Paul. hortamini inuicem, & ædificate alterutrum. non enim cuique conuenit, hortari alterum, aut ædificare, sed potius alijs conuenit ædificare, alijs ædificari, alijs hortari, alijs hortationem audire. Admonere itaq; voluit presbyteros de sua infirmitate, opusque esse eis, vt alijs presbyteris vicissim confiterentur, vt sic admoniti humaniores in alios essent, & ista potestate remittendi aliorū peccata ne efferrentur. Deinde subiungit, multum enim valet oratio iusti *εὐδουλιῶν*, id est, operata per pœnitentiam, & confessionem, ab eo scilicet, pro quo oratur, quod dici solet, cum non ponit obiicem. hoc enim est, quod ait Ecclesiasticus, Vnus ædificans, & vnus destruens, quid vtile fecerunt, præterquam laborare? vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet dominus? perinde est, quasi diceret, vt cassus est labor ædificantis, quando quod vnus ædificat, alter destruit, sic cum iustus pro altero precatur, frustra precatur, si is, pro quo precatur, suis factis obstitit precationi alterius. Deinde subiungit beatus Iacobus, Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex, Et rursus orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suū, &c. Quia sciebat beatus Iacobus, futuros esse, qui non crederent posse hominē mortalem, & peccatorem peccata aliorū remittere, docuit exemplo Eliæ, quemadmodum homo nostri similis peccata posset remittere, & retinere, nempe virtute dei, vt Elias virtute dei efficere potuit, vt non plueret super terram

annos tres, & menses sex propter peccata populi. Idem rursus, postquam omnis populus pœnitentia erroris sui ductus, cecidit in faciem suam, & deum verum confitendo, idololatriamq; damnando, prophetas apprehendit, & duxit ad Eliam, ut eos occideret, efficere potuit virtute dei, ut cœlum daret pluuiam, & terra fructum suum. Sic ergo presbyter cum remittit peccata confitentium, veluti clauē quadam spiritali cœlum aperit, & pluuiā benedictionis diuinæ deuocat, ut homo huiusmodi benedictione diuina, & gratia remissionis accepta, deinceps instar terræ bonæ fructus bonos, idest, pœnitentiæ dignos afferat. Idcirco beatus Iacobus exemplum Eliæ commemorauit, quo nihil potuit accommodatius ad rem propositam afferri, quod in figura remissionis sacerdotalis Eliæ contigisse, satis beatus Iacobus significauit. Cum quo mirifice conuenit, quod Apost. Paul. in epist. ad Hebræos de quibusdam dixit, impossibile esse eos rursus renouari ad pœnitentiam rursus crucifigentes sibi metipsis filium dei, & ostentui habentes. Quia enim Ioannes baptismum in pœnitentiam prædicabat, & pœnitentia peccatorum post baptismum repeti potest, ne Hebræi, ad quos Apost. scribebat, existimarent, ut ait magnus Athan. Iudæorum ritu plura esse baptismana, & prætextu pœnitentiæ, quæ repeti potest, baptismum repeteret, hortatur quidem eos ad pœnitentiam, sed docet, non esse nisi vnum baptisma, sicut in alio loco ait. itaque non dixit, impossibile esse pœnitentiam renouari, sed impossibile esse, *προφάσει τῆς μετανοίας*, idest, prætextu pœnitentiæ renouari, quod ad baptismum referendum est. Sic enim idem mag. Athan. in lib. de blasphemia in spiritum sanctum, & Marcus Anachoreta in lib. de baptismo interpretati sunt. Quod enim nō prohibuerit renouari pœnitentiam, sed baptismū prætextu pœnitentiæ, declarat, quod sequitur, Terra enim (inquit) sæpe venientem super se bibens imbrē, & germinans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à deo. lachrimæ propter peccata sunt quidam imber cœlestis, & ut ait sanctus Anastas. Antioch. sunt secundus baptismus ex aqua, & spiritu sancto. germinare autem herbam opportunam iis, à quibus colitur, est facere fructus dignos pœnitentiæ, & illius agriculturæ, quam faciunt episcopi, & sacerdotes dei ministri, & adiutores. dei enim, & horum agricultu-

ra sumus, quibus confitendum esse, satis docet Verbum dei. Qui igitur sæpe agit pœnitentiam, idem que sæpe remissionem peccatorum per pœnitentiam consequitur, hic fert fructum iustitiæ, & dei benedictionem. Subiungit deinde Paul. Profrens autem terra spinas, & tribulos reproba est, & maledicto proxima. Quem locum interpretans Isychius in Leuit. eius (inquit) pœnitentiam, qui in eisdem, in quibus pœnituerat, præuaricatur, dicit esse maledicto proxima, eiusque finem in combustionem, nisi resipuerit. Ut ergo Paulus de pœnitentia loquens & de fructibus pœnitentiæ dignis, & de huius sacramenti ministris, qui sunt presbyteri, meminit imbris cœlestis, & fructus terræ, ac benedictionis dei, sic beatus Iacobus loquens de remittendis pœnitentium peccatis per presbyteros, & de confitendo eis tanquam huius sacramenti ministris, meminit de Elia dei ministro, qui in figura sacerdotum potestatem habuit claudendi cœlum, sicut de eo scriptum est in Apocalypsi, & potestatem aperiendi, qui pro populo pœnitentiam erroris sui agente, & deum verum confitente, orando fecit, ut pluuia descenderet de cœlo, & terra daret fructum suum. Quis ergo iam dubitarit, quin quod beatus Iacobus dixit, Elias similis erat nobis homo passibilis, & quæ sequuntur, non propter Eliam tantum dixerit, sed propter presbyteros, qui similes nobis sunt homines passibiles, adde etiam peccatores? sed tamen potestatem acceperunt claudendi cœlum, & aperiendi. oratione enim orant super confitentes, quos instar terræ ad ferendas bonorum operum fruges, potestate, quam à deo acceperunt, opportunè excolentes, remittunt peccata, idest, gratiam cœlestis benedictionis, fructumque iustitiæ eis administrant. Quomodo ergo iactant Euangelici non licere confiteri homini, si potest homo peccata remittere? Aut quomodo non possit remittere, si remittendi potestatem accepit? Sed non est noua ista hæres. erant olim, qui idem traderent. Videte quid sanctus Anastasius Patriarcha Antioch. ante annos septingentos scripserit, Vertam e Græco. Qui dicunt (inquit) non esse confitendum homini simili nobis, audiant dominum dicentem, Quæcunque ligaueritis super terram, & Iacobum fratrem domini, Confitemini alterutrū peccata vestra. Salutem operatur dominus non solum per Angelos, sed per prophetas, nouissimis vero diebus

per Apostolos, & discipulos, eorumque successores, de quibus ait, Qui vos recipit, me recipit &c. Deinde subiungit, Itaque quamuis homo est, qui audiat confessionem, tamen deus est, qui per eum conuertit, erudit, remittit, sicut fecit Danieli per Nathan, unde dixit, Dixi, Confitebor aduersus me peccatū domino, domino enim confitebatur per Nathan, & à domino cōuertebatur p eundem, unde aiebat, Conuertant me, qui timent te, & qui cognoscunt testimonia tua, & castigabit me dominus in misericordia, & arguent me. Sancti enim ministri sunt dei, & adiutores, ac dispensatores ad salutem eorum, qui volūt salui fieri. Homo enim homini est adiutor ad pœnitentiam, & vt dixi, ministrat, dispensat, erudit, arguit, castigat ad salutē iuxta Apost. & prophetam, deus vero delet peccata confitentis, sicut ipse ait, Ego delens iniquitates tuas propter me, & delicta tua, & non recordabor, tu autem recordare, & iudicemur, dic tu prius peccata tua, vt iustificeris. Hæc sanctus Anastas. & alia multa, quæ, ne longior essem, prætermisi. Recitat idem auctor, quæ de confessione suorum peccatorum aiebat Iob, Si abscondi (inquit) quasi homo peccatum meum, & cœlaui in sinu meo iniquitatem meam, si expaui ad multitudinem nimiam, Quæ diuini interpretes lxx. clarius sic interpretati sunt, si peccās inuitus cœlaui peccata mea, nō enim verebar multitudinem vulgi, ne confiterer corā omnibus. Quem locū explanans Olympiodorus in comment. Iob, Sponte (inquit) nihil cōmittebat, sic vita eius perfecta erat, quia verò fieri non potest, vt homo non incidat in peccata inuitus, pœnitentia, & confessione culpam expiabat suam, nihil veritus illam hominibus confiteri. Itaque recte factorum nullum testem adhibebat, peccatorum vero omnes adhibebat, Hæc Olympiodorus. Quòd si sanctus Iob culpas suas, quas inuitus admittebat, pœnitentiæ nomine publice confitebatur hominibus, qui nullā habebant similem nostris remittendi coram deo potestatem, cur isti peccata sua hominibus, qui potestatem remittendi acceperunt, præsertim secrete, qđ longe facilius est, cōfiteri recusant? vel quod peius, & sceleratius est, cur impie docēt, nō esse necessario cōfidentia? Rursus Elius cum accusaret sanctum Iob, quòd se iustum appellasset, velleque eum ad pœnitentiam, & confessionem hortari, vt deum placaret, sicque ab iis malis, in quibus erat, liberaretur,

raretur, Et si sint (inquit) mille angeli mortiferi, vnus ex eis nō vulnerabit eum, si cogitauerit ex animo redire ad dominum, confiterique homini suam culpam, & si peccatum suum demōstret, sic enim est apud lxx. idest, si is qui cruciatur, postquam suorum tormentorum causam peccatum esse intellexerit, idem ad deum redierit peccata confitendo, sistet ille qui dem impendentem mortem, quamuis innumerabilia sint, quæ mortem ei minentur, pœnitentia enim delet peccata, placabitque deum. Hæc Olympiodorus. Ac paulo post idē Elius, ingreditur (inquit) hilari facie cum confessione. Cum pœnitentia coniunxit confessionem, quæ ideo exhilarat, quia deus, qui fidelis, & verax est, promisit veniam confitenti, cum alias, tum apud Esaiam, cum ait, Memor esto peccatorum tuorum, & ego non ero memor, & iudicemur, dic, siue confitere tu peccata tua prius, vt iustificeris. Huc ergo respexit beatus Io. cum ait, Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab iniquitate, quod quidem non est sic intelligendum, vt Evangelici opinātur, de confitendo soli deo immediate, & non homini, sed potius de confitendo deo per hominem, vt Dauid confessus est deo per Nathan, & Iob deo confitebatur coram hominibus, quanto magis in nouo testamento confitendum est deo per presbyteros, qui remittendi, & retinendi peccata potestatem acceperunt? idest, potestatem claudendi, & aperiendi cœlum, sicut de Elia in figura eorum, vt supra docuimus, scriptum est. Item Paul. apost. incestum illum Corinthium, quem cū presbyteris, & populo Corinthiorum consentiens, tanquam iudex potestatem ligandi habens ecclesia eiecerat, & Apostolica auctoritate, ac charismate diuino satanæ tradiderat, non prius, eisdem vno spiritu approbantibus, absoluit, quā habet reum confitentem, & culpā suam desilentem. Quòd si non est homini confitendum, sed soli deo, ergo neque arguenda sunt peccata ab homine, sed à deo tantum, & propria conscientia; vt futurum est in illa die, cum iudicabit dominus, vt Apost. ait, occulta hominum inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. At Apostol. Sufficit (inquit) ei, qui huiusmodi est, obiurgatio, quæ fit à pluribus, ita vt magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiore tristitia absorbeat, qui eiusmodi est. Approbat



bat Apost. quod haecenus celsura presbyterorum Corinthius ille, ex ecclesia eiectus esset, hoc enim significat, quod ait, *sufficit ἐπιμύσια*, quæ fit à pluribus. approbat etiam, quod iam incestus ille peccatū agnosceret suum, & vehementer doleret. Deinde rogat, ut sicut obedierant Paulo, ligando eum, quem Paulus ligauerat, rursus obediant, absolueno, quem modo absoluit, Propter quod (inquit) obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem, ideo enim scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis, cui autem aliquid donatis & ego, nam & ego si quid donavi, propter vos in persona Christi donavi. Absolutus ergo est Corinthius à Paulo una cum iudicibus ecclesie Corinthiorum, postquam agnouit, & quidem cum graui dolore peccatum suum agnoscere autem coram altero peccatum suum, quid aliud est, quam peccatū confiteri? Sic de confessione illius Corinthii sensit sanctus Nilus grauis, & antiquus auctor. Recitemus quæ ad Chariclem scripsit, qui aiebat, non esse satis ad poenitentiam, confiteri verbis, & ore, sed opus quoque esse confiteri operibus, ut ieiuniis, vigiliis, &c. respondet ergo beatus Nilus, a me hic e Græco translatus, robustarum, & valentium animarū esse, sic confessionem facere, id est, cum ieiuniis, vigiliis, humi cubatione, sacco, & cinere, & eleemosynis largis, & hilariter factis, alii que fructibus veræ poenitentiae, tamen si quis quia vel non aduertit propter incuriam, aut propter aliquā ex improviso necessitatem, aut propter imbecillitatem, vel ignauiam hæc vltro non exercuerit, confessionem quidem eius *διὰ χειλῶν*, id est, quæ ore fit, nō aspernari deum, neque sic confitentem auersari, & repellere, cum pro omnibus omnium generum peccatis mortuus sit sicuti publicanus ille nullis laboribus, aut sudoribus, sed solis verbis humilitatis, sola confessione oris saluus factus est, Similiter ut latro ille: Quod quidem (inquit) prouidit deus, cum per Moysen constituit, ut non solum boues, capras, hircos, arietes immolarent, quibus quidem hostiis diuites abūdarent, sed vsque ad columbam, & turturem descendit, imo vsque ad similam propter inopes. Deinde subiungit, sic Paulus Corinthium illum, postquam agnouit peccatum suum, recepit, & maiore charitate complexus est, commendauitque illum Corinthiis. Haecenus Nilus. Qui Chariclem, quod Faustinum publice confessum

cessum non reciperet, sic reprehendit, ut dixerit non multum distare illum à Nouatianis, qui post baptismum lapsis poenitentiam negabant. Confitenda ergo sunt peccata coram iis, qui potestatem ligandi, atque soluendi habent, ut Corinthius ille fecit, qui quidem, etsi tacitus doluisset, modo peccati sui conscientiam ecclesie dissimulasset, ac texisset, nunquam à deo veniam impetrasset, quādiu ab iis, quibus potestatem ligandi, & soluendi deus dedisset, ligatus esset, esset autem quādiu cum dolore peccatum suum nō agnouisset, confessusque esset. Illud autem hic admonebo, ne quis erret, ut satis sit, poenitendo confiteri, etiam non susceptis vltro aliis operibus poenitentiae duris, ut durus ille Caricles volebat, ita necesse esse suscipere, quæ sacerdos, qui confitentem audiuit, imperarit, si commode fieri possit, quod qui non faciunt, similes sunt (inquit sanctus Pacianus in parænesi ad poenitentiam) iis, qui plagas quidem aperiant, ac tumores, medicique etiam assidentibus contententur, sed admoniti, quæ imponenda sunt, negligunt, & quæ bibenda sunt, fastidiunt, quod tale est, ac si dicat aliquis, ecce ego æger, ego vulneratus sum, sed nolo curari stomachum, & quæ sequuntur. Sed redeamus ad propositum, & videamus iam quæ de hac re apud Matthæum scripta sunt. Hoc est proprium charitatis, ut ait magnus Basil. ut quantum in nobis est, seruato ordine, alter alteri onera peccatorum auferamus. Sic enim idem Basilus interpretatus est locum illum apostoli iuxta proprietatem verbi Græci, *καταλείψον, ut πῆ τὸ ἀλλήλων*, demulque mutuo operam, ut iuxta sententiam beati Iacobi, vnusquisque ab errore viæ suæ conuertatur. Huc pertinet illud domini præceptū, Si peccauerit in te frater tuus, & quæ sequuntur, quæ nos in alio opere copiose explanauimus. Nunc quod ad huc locum de confessione pertinet, illud est, quod siue cum inter me, & ipsum solum admono, & corrigo fratrem, siue cum id facio vno, aut altero teste adhibito, siue cum dico ecclesie, propositum est adducere reū ad confitendum culpam, vnde illud, si te non audierit, id est, si tibi non agnouerit culpam, & peccatum suum, dicens, ut est in Luca, poenitet me, hoc scilicet aut illud fecisse, dixisseue, prouocaeum, ut agnoscat, ac corrigat, adhibens testem vnum, aut duos, quod si ne sic quidem agnoscere, ac corrigere voluerit, & veniam hoc modo, & ratione à deo petere, denuncia ecclesie

fiat, aut per te scilicet, si potestatem ligandi & soluendi accepisti, aut per eum, qui accepit, ut omnia ordine fiant in ecclesia. Ut si ne sic quidem suum crimen agnoscere, & confiteri, ac satisfacere reus voluerit, eiiciatur ex ecclesia, ita scilicet ut cōgregata ecclesia cum spiritu habentis potestatem ligandi, & soluendi tollatur malum de medio. Indigemus ergo oratione fratris, si in eū peccauimus, ut oret pro nobis, & remittatur. Sic enim placari nobis potest deus, ut dixit Samuel. Indigemus etiā oratione Episcoporum, & presbyterorum, qui per Episcopos potestatem ligandi, atque soluendi acceperunt. Suntque mediatores inter deum, & populum, ut orent super nos, & nos deo, in quem peccauimus, tanquam angeli quidam reconcilient, & potestate soluendi, ac remittendi, quam acceperunt, soluant, & remittant peccata nostra, ut sint soluta, & remissa in cœlis, sicut dominus constituit. Frater enim offensus non potest omnino remittere, nisi satisfiat deo secundum iudicium sacerdotum, qui præsunt populo in iis, quæ ad deum sunt, ut Moses remisit quidem iniuriam sorori, sed deus vii. diebus à Castris submouit, neque sacerdos remittere potest, nisi satisfiat fratri offenso, idcirco vtrumque coniunxit dominus vnoloco, & remissionem fraternam eorum, qui non acceperunt in ecclesia potestatem ligandi, & soluendi, & remissionem iudicariam sacerdotalem eorum, qui acceperunt, vtrobiusque autem opus est pœnitentia, & confessione culpæ, & in remissione fraterna, & in remissione iudicaria, siue sacerdotali. quarū vtraque alterius auxilio indiget. Subiungit deinde dominus, Iterū dico vobis, quod si duo ex vobis cōsenserint super terram, de omni re, quamcūque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Declarat nunc, cum frater in fratrem peccat, quomodo frater offensus remittat, item quomodo qui potestatem ligandi, ac soluendi acceperunt, omnia peccata remittant. Si pœnitens (inquit magnus Basil.) cōsenserit cum eō, cum fratre, inquam, offenso qui animā eius curat, scilicet corripiendo, ei que obedierit, tūc (inquit) de omni re, idest, de quocumque peccato, scilicet commisso in fratrem, fiet remissio. consentire autem pœnitentem eū offenso fratre, quid aliud est, quam eidem culpam suam agnoscere, & confiteri, ac satisfacere idem sensit in regulis breuioribus cap. lxi. Si qui corripit, (inquit) in idem propositū venerit

cum

cum eo, qui corripitur, de omni re, idest, de omni peccato, quod dimitti postulant, dabitur à deo remissio, quod si non consenserit cum corripiente, qui corripitur, non remissio, sed alligatio fit. Quod si cum frater in fratrem peccat, hoc necesse est, quomodo qui in deum quoque peccant, & in presbyteros, quorū est, ut idem Basilus in Asceticis tradit, personam Christi gerere, mediatores esse inter deum, & populum, & salutem populi deo operari, non idem necesse erit, ut scilicet pœnitentes cum eis consentiant, qui potestatem ligandi acceperunt? quid autem aliud erit, cōsentire cum eis peccatores pœnitentes, quam eisdem peccata sua agnoscere, & confiteri, & secundum eorum iudicium satisfacere velle? Si quis vero existimauerit, quod Matthæus statim post legem fraternæ correctionis subiūxit, Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo, pertinere ad offensas fratrum quæ mutuo inter nos condonari solent, aut non condonari, non autem ad remissiones omnium peccatorum, quæ à sacerdotibus iudicialiter fiunt, sciant Nouationorum fuisse hoc commentum, qui pœnitentiam secundam, idest, post baptismum negabant tollentes remissiones peccatorum, quæ à presbyteris fiunt post baptismum. Testatur hoc sanctus Pacianus episcopus Barchinonensis auctor grauissimus, & valde antiquus. Sic enim ad Sympronianum aduersus Nouatianos in hunc locum Matthæi scripsit, Possuisse Matthæum, ais, Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum solus cum solo, ac statim subiunxisse dominum, quæcunque solueris super terram, soluta erunt in cœlis, ut ad fratris offensam spectare videatur, age (inquit) non vides, quod supra dicit, si in te peccauerit frater tuus, hic vero addit, Amen dico vobis, quæcūque solueritis super terram, &c. Illud vni iussit, hoc pluribus relaxauit, illud per se soluit, in quem admittitur, hoc vero ecclesia, illud sine sacerdote, & fratribus, hoc ab omnibus impetratur. Perinde sunt hæc, quasi diceretur, illud fit sine sacerdote, idest, remissio fraternæ quærelæ, quantum scilicet ad offensum fratrem pertinet, hoc vero ab ecclesia, per sacerdotes scilicet, qui hanc potestatem in ecclesia acceperunt. Rursus idem Pacianus in parænesi ad pœnitentiam, postquam multa de confitendo dixit, quasi explicans illud, quod statim dominus subiunxit,

A a a

iunxit,

iuuaxit, iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, &c. in vno (inquit) & altero ecclesia est, ecclesia vero Christus, atque ideo qui fratribus peccata sua non tacet, sacerdotibus, inquam, (de his enim nominatim loquitur per totam parænesim) ecclesiæ lachrymis adiutus, Christi precibus absoluitur. Christi preces vocat, quas sacerdos nomine Christi, eiusque personam gerens adhibet. Superest vnus Pauli locus aliquantum reconditus, & a paucis fortassis animaduersus, quem non miror non obseruasse Euangelicos, qui clarissima etiam scripturæ sanctæ loca peruertunt, quia dilexerunt magis tenebras, quàm lucem. Scribens ergo ad Galatas, Fratres (inquit) si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, præoccupari in delicto est peccare *ἐν τῆς σωματικῆς*, idest, ex surreptione, vt nostri loquuntur, Vos, qui spirituales estis, huiusmodi hominem *καταρτίετε, ὡς τὸ θεοσπένετε*, idest, curate in spiritu lenitatis, ex vi, ac proprietate verborum intelligere licet, de quibus spiritualibus, & de qua curatione loquatur. Vos (inquit) *οἱ πνευματικοί*. nisi eos significare voluisset, quibus hoc ratione ministerii, & potestatis conueniret, vt spirituales essent, & dicerentur, quia spiritualia administrant, nunquam cum articulo dixisset, Vos *οἱ πνευματικοί*, vocat ergo sacerdotes *πνευματικούς*, vt hodie etiam in Græcia vulgo appellant, & vt nos patres spirituales appellare solemus. Præterea verbum *καταρτίειν* ad ministerium ædificationis, ac reconciliationis, quod in ecclesia exercetur per eos, qui ad hoc positi, & constituti sunt, pertinet. vt ex epist. Pauli ad Ephes. intelligi potest, Et ipse (inquit) dedit quosdam quidem Apostolos, quosdã autem prophetas, alios vero euāgelistas, alios autem pastores, & doctores. Cum pastores, & doctores dicit, episcopos, & presbyteros intelligit, quos oportet idoneos esse ad docendum. Deinde subiungit *πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῆς ἐκκλησίας*, idest, ad cōsumationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Hic enim est finis totius ecclesiasticæ hierarchiæ, hoc illi propositum, efficere scilicet, vt omnes sint sancti, idest, vt quantum quisque idoneus est, ab omni macula, & culpæ cōtagione liberi sint, vt membra Christi viua existat. quod quidem Episcopi, & presbyteri maxime efficiunt. Hi enim facti sunt ministri ecclesiæ, vt Verbo dei, & sacramentis eius ministrent, vt monendo, & docendo in

omni

omni sapientia laborent, vt exhibeant, sicut Apost. ait, omnem hominem perfectum in Christo. In his posuit deus verbum reconciliationis, hi inquam, remittendi, & retinendi peccata potestatem acceperunt, qua peccatores curentur. Iubet ergo Apost. spiritualibus istis, eos, qui non consulto, & malitiose, sed passione aliqua, aut ex infirmitate peccarunt, non acerbè curare, sed cum lenitate in pristinam dei gratiam absoluendo restituere, ac reconciliare. Deinde subiungit, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Quia iusserat spiritualibus, vt præoccupatōs in delictis mansuete, & humane curarent, ne quis hoc ad cœtum spiritualium referendum esse putaret, quasi ecclesia ipsa hoc facere iuberetur, prudenter numerum mutauit, dicens, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Vt iam quod dixit, vos, qui spirituales estis, perinde sit, quasi diceret, tu qui spiritualis es, in spiritu lenitatis morbo adhibe curationem memor infirmitatis tuæ. Sacerdos enim infirmitate circumdatus est, sicut Apost. ait, vnde debet, vt pro populo, ita etiam pro seipso offerre pro peccatis. Deinde subiungit, Alter alterius onera portate. Declarat magis superiorem sententiam, & quod genus *καταρτισμὸν*, idest, aptationis, siue curationis dixerit, illud scilicet, quo remittuntur peccata, quod humanius quidem administrandum est in peccatis surreptionis, siue præoccupationis, in aliis vero seuerius, ac durius, vt sunt illa, de quibus Apostol. dixit, increpa illos dure, vt sani sint in fide, quod significantius dictum est, Græce *ἐπιτίμησον ἀποτόμως*, pro eo, quod est *ἐκκρίνον*, vt Clemens Ro. in eiusmodi peccatis loquitur in ii. libro *τῆς διατάξεως*, idest, eice ex ecclesia, ne remittas. Ergo alter alterius (inquit) onera delictorum scilicet, in quibus aliquis fuerit præoccupatus, auferte in spiritu lenitatis, repetenda enim sunt hæc *ἀφ' ἑαυτοῦ*, quæ est frequentissima in sacris litteris figura. Hunc locum videtur Clemens Rom. in ii. libro *διατάξεως* partim imitatus, partim interpretatus. Hortans enim episcopos, & presbyteros ad curationem pœnitentium, *ἐλαφρωσον* (inquit) *ὡς ὀσέει*, idest, leua onere, scilicet absoluendo. Sed ne quis me existimet, sine auctore, & quidem magno sic hunc locum explanare, Magnus quoq; Basilius in reg. bre. cap. clxxviii. accipiendum esse affirmat de oneribus peccatorum auferendis. hoc enim declarare verbum *καταρτίειν, τὸ ἀλγεῖν*, quod se ait ex cō-

Aaa ii      suetudine

fuetudine sermonis patrii didicisse. Idē quoq; auctor notauit, cap. clxxvii. in eandem sententiā accipiendū esse illud in epist. ad Ro. Debemus nos, qui firmiores sumus, infirmitates infirmorum portare, id est, curare (inquit) & auferre per pœnitentiam sicut de domino scriptum est, ipse infirmitates nostras portauit, id est, abstulit, quod facere debent, qui personā eius gerunt. Deinde subiungit Apost. & sic adimplebitis legem dei, legem eius dicit, vt ait idem Basil. qui dixit, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, quod non indigeant medico, qui bene habent, sed qui male. quod quidem facere in primis conuenit iis, qui personam Christi sustinent, qui sunt episcopi & presbyteri, & legē eius, qui sanxit illud, Si peccauerit frater tuus in te, & quæ sequuntur, & quæcunque solueritis super terram, &c. Illud autem est hic obseruandum, quā bene congruat hic locus, Alter alterius, siue alterutrū auferte onera peccatorum cum illo loco Iacobi, Confitemini alterutrū peccata vestra, de quo ante differuimus. Vt enim presbyteros, qui aliorum confessiones audiunt, de suis quoque peccatis admoneret, vt supra iterum notauit, eisque opus esse, vt ipsi vicissim aliis confiterentur, ne scilicet potestate illa aliorū peccata absoluenti, & ligandi insolentiores fierent, & vt pœnitentes minus grauate presbyteros ad confitendum adirent, si ipsos illos presbyteros peccare, eisdemque curatione aliorum presbyterorum opus esse intelligerent, idcirco cum de presbyteris ad ægrotos pœnitentes vocandis, & introducendis loqueretur Iacobus, commo disime subiunxit, confitemini alterutrū peccata vestra, admonēs, vt dixi, eos de suis peccatis, vt humanius, & leuius peccata confitentium curarent. Similiter hoc loco Paul. quia spiritualibus istis presbyteris præcipiebat, vt in spiritu lenitatis peccatores curarent, eorum peccata remittendo, vt admoneret eos similiter de suis peccatis, ne & ipsi superbi essent, & vt alii minus erubescerent, neq; recusarent eis cōfiteri, qui similiter peccarent, & simili aliorum medicina, & ministerio indigerent, idcirco postquam dixit, considerans temetipsum, ne & tu tenteris, valde opportune & conuenienter subiunxit, Auferte alterutrū peccata vestra. Itaque quod Iacobus dixit, confitemini alterutrū peccata vestra, perinde est, quasi diceret, confitemini presbyteris, & confiteantur ipsi aliis

inter

inter se, & quod Paul. dixit, Alter alterius, siue alterutrū onera portate, perinde est, quasi diceret, Vos spirituales auferte peccata ab aliis, & auferant alii spirituales à vobis. Subiungit deinde Apost. Vnusquisque autem opus suum probet, & sic in se tantum gloriam habebit, & non in alio. id est, tentet se vnusquisque, num habeat aliquid confitendum, & à patre spirituali curandum, vt si nihil habeat, quia nihil sibi conscius sit, sit testimoniū propriæ conscientiae gloria eius, de hocque in Christo gloriatur, & non in eo, quod potestatem habeat auferendi alteri peccata, vt habent patres spirituales. Illud quoque obseruandum est, simile esse, quod dixit idem Apost. in epist. ad Corinthios, cum de sancta Eucharistia digne, hoc est, mundo, & vero corde, & cum plenitudine fidei, & cum reuerentia, & timore sumenda, Probet autem se ipsum homo, id est, exploret, & excutiat conscientiam suam, num habeat aliquid ab illis curandum, qui auferunt aliis peccata, sicut hic dixit. Cum ergo Apostolus de presbyteris, vt ostendimus, loquatur, & de eorum potestate, qua secundum Christi legem de ligando, & soluendo in euangelio sancitam peccata tollit, iubeatque eis, in spiritu lenitatis peccata præoccupationis curare, quis est, tam contentiosus, & præfractus, vt non simul concedat, confessione opus esse, ex qua pater spiritualis agnoscat, vtrum sit peccatum hoc ἐκ τῆς προλήψεως ἢ ἐξ ἀσυνεργίας, id est, ex anticipatione passionis, siue ex surreptione, quam vocant, an nō? vt si fuerit, curet in spiritu lenitatis, si non fuerit, non tanta lenitate vtatur, imo si opus sit, increpet dure, vt idem Apost. de quibusdam præcepit, & tollat malū de medio ecclesiae. Quomodo pater spiritualis in curatione huiusmodi peccatorum, vt in lenitate spiritus agat, considerare debet semetipsum, ne & ipse tentetur, quod Paul. præcipit, si ignorat, quæ sint peccata, quibus quispiam anteoccupatus fuerit? aut si necesse est, vt noverit, quomodo nosse poterit, nisi per confessionem eius, qui admisit? deinde peccata ista anticipationis, siue surreptionis, quis nescit, pleraque occulta, ac secreta esse solere? quæ cum nō teneamur publice confiteri, (id enim durissimum, ac perdifficile esset,) consequens est, vt in occulto, ac secreto confitenda sint, si curari debeant. Rursus si debet vnusquisque opus suum probare, num habeat aliquod onus peccati, quod ab istis spiritualibus

ritualibus auferendum sit, qui huic curationi, & ministerio, ac iudicio præsumunt, debet ergo confiteri eis, præsertim si tempus, & locus, & causa postulant. alioqui quid profuerit probare opus suum, quale sit, nisi ad hoc quis probet, ut ab alio, qui potestatem curandi accepit, curetur? At curari quomodo poterit, nisi ostendatur? Quorsum inquam spiritualibus præcepisset Apostolus, ut ab aliis onera peccatorum auferrent, & alii spirituales vicissim ab ipsis, quod est curare ea, & iudicare, si vulnus, aut vlcus, aut plaga non est ostendenda medico? si causa non est cognoscenda iudici? Postremo ut hunc Pauli locum absoluam, & quo magis superiora confirmemus, explicabo quod statim sequitur. Quia enim iustum erat, ut carnalia meterent, qui spiritualia seminarent, unde dicti sunt spirituales, ut paulo supra appellauit, subiungit statim. communicet autem, qui catechizatur ei, qui se catechizat in omnibus bonis, scilicet in beneuolentia, timore, honore, veste, cibus, domo, & quæcunque sunt vitæ necessaria. qui vero sunt, qui catechizant, nisi quos supra vocauit spirituales? id est, episcopi, & presbyteri, ad hos. n. pertinet docere illa, quæ Clemens Ro. scribit in vii. lib. Constitutionum apostolicarum, docendos esse catechumenos de patre, & filio, & spiritu sancto, de mundi creatione, & cur mundus factus, & cur homo, & quæ eius natura, item de lege naturali & vetere, ac noua, quomodo deus olim aqua, & igni in flagitiosos animaduernerit, & sanctos suos suis temporibus honorauerit, item quomodo semper genus humanum per diuersa tempora prouidentia sua ab errore, & vanitate ad cognitionem veritatis reuocauerit, à seruitute, & impietate ad libertatem, & veram religionem, ab iniustitia ad iustitiam, à morte sempiterna ad vitam immortalem. Hæc (inquit Clemens) & alia cum his conuenientia discat catechumenus. Et paulo post, subiungit idem Clem. Etenim dominus noster sic nos hortatus est, dicens, Docete omnes gentes. Deinde subiungit dominus, & baptizate eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. qui ergo catechizant, presbyteri sunt, quos paulo supra, ut dixi, spirituales appellauit, ad quos pertinent tanquam ministros ea peccata curare, & auferre, quæ eis per confessionem ostensa fuerint. Videamus præterea, quid à Clemente Ro. in ii. lib. *ἡ ἐπιτομὴ τῶν διατάξεων* de confessione scriptum sit. Loquens de eo recipiendo

piendo, qui ex Ecclesia eiectus fuerit, ut pœniteat. Tunc (inquit) Episcopo, iubebis ingredi, & *ἀναπύσας εἰ μετένοεῖ*, id est, facta diligenti inquisitione, ac percuntatione, nū pœniteat, dignusque sit, ut in ecclesiam admittatur, absolue indicto ieiunio secundum peccati qualitatem duarum aut trium aut v. aut vii. hebdomadarum, &c. Et quæ ista quæso inquisitio diligens, & percuntatio esse potest, nisi quæ à sacerdote in confessione pœnitentis fit? Quis enim omnino scire potest, vtrum quis peccasse doleat, præter illum ipsum, qui peccauit? qui quidem quia pœnitentiam simulare potest, diligenter explorandus, & totus excutiendus est, & iudicio secreto confessionis examinandus.

» Item paulo post adhuc clarius, Quod autem (inquit) oportet, eum, qui peccauit, in suo peccato, erubescere, satis scriptura sancta demonstrat, quæ dixit Moyse de Maria sorore, cum pro ea orabat, ut condonaret ei deus peccatum, Si pater eius expuisset ei in faciem, non ne debuerat saltem vii. diebus rubore suffundi? vii. diebus separetur extra Castra, & postea ingreditur, sic vos facere oportet, ut iis, qui aiunt, pœnitere se peccasse, præscribatis tempus secundum rationem peccati, deinde pœnitentes recipiatis, ut patres filios. Quod si eis, qui dicunt pœnitere se, quod peccarint, oportet, ut episcopi, aut presbyteri secundum proportionem peccati tempus pœnitentiæ præscribant, sequitur, ut cum iidem dicunt, pœnitere se peccasse, peccata confiteantur. alioqui quomodo proportionem peccatorum cognosci, & iudicari possent? Vtrumque ergo horum in confessione fit, & peccata dicimus, & pœnitere nos, quod ea commiserimus, affirmamus. Rursus paulo post sic idem Clem. episcopus monet, Esto de omnibus sollicitus, ac valentes quidem conserua, eos vero, qui peccarunt, mone, ieiunio exerce, remissione exonera, & peccata lugentes recipe orante pro eis vniuersa ecclesia, & imponens eis manus, sine esse iniqui, somniculosos vero, & remissos sustenta, hortare, cura, sciens quanta te maneat merces, si hæc feceris. Hæc Clem. At vero qui peccarint, aut qui non, saltem occulte, item quibus peccasse doleat, ut eis manus imponatur, & qui sint ignaui, infirmi, ac remissi, quos sustentare opus sit, & hortari, hæc inquam, quomodo sine confessione eorum cognosci possunt? præsertim cum tam multa sint occulta, quæ deus scit, & spiritus hominis, alii uero non possunt

possunt cernere. Postremo, ut finiam, quàm sit necessaria vera oris confessio, vel ex solo David intelligi potest, qui, ut Apostolus interpretatus est, dicēs beatitudinem hominis, cui deus imputavit iustitiam absque operibus, scilicet secundum carnem, (sic enim intelligēdum esse, docuit idem Apost. ut nos in Dogmatico de iustificatione satis demonstraui) Beati (inquit)

» quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. remissio enim peccatorū propria est iustitiæ, cuius fructus, & finis est beatitudo. Ut autem doceret David, non iustificari hominem absque operibus secundum spiritum fidei, subiungit statim similiter, Beatus vir, cui nō imputavit dominus peccatum, ut pote vere confitenti. hoc enim significat, quod continuo sequitur, neque est in ore eius dolus, tūc ut est in aliis exemplaribus, neque est in spiritu eius dolus, quod in eandem sententiā redit, idem. n. significat aliquando spiritus, atque os, quo spiramus, ut illud, Orabo spiritu, idest, ore, orabo & mēte. Est enim vera confessio oris opus non quidem secundum carnem, sed est opus fidei, & spiritus. Explicat deinde exemplo suæ confessionis, quæ sit vera, & omnis doli experta confessio. Delictum

» (inquit) meum manifestaui, & peccatum meum non abscondi, dixi, confitebor contra me peccatum meum domino, idest, simul ut dixi in corde meo, Confitebor, statim, inquam, ut volui vere confiteri, dicens peccaui domino, ut dixit coram Nathan in ii. lib. Reg. Tu (inquit) remisisti impietatem cordis mei, idest, statim cessasti imputare mihi peccatum, & imputasti iustitiam saluans me, qui perieram peccando, & tacendo peccatum meum domino. Sicut idem dixerat paulo supra, Quoniam tacui, inueterauerunt peccata mea, & quæ sequuntur. Remisisti ergo impietatem cordis mei, non credenti tantum, sed pœnitenti ex corde, & peccatum tibi meum coram Nathan confitenti. Deinde subiungit, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. orabit, inquam, pro venia impietatis suæ pœnitendo, & confitendo peccatum suum exemplo David, qui Domino coram Nathan confessus est. Vocat autem sanctos sanctificatos per baptismum, ad quos pertinet secunda pœnitentia, & oris confessio. In tempore autem opportuno dixit, idest, tempore confessionis faciendæ, ut in ægritudine, aut alio periculo, aut quoties vel libet, vel necesse est communicare, ut in Pascha;

schæ, sicut scriptum est in Num. Si quis autem mundus est, & in itinere non fuit procul, & tamen non fecit phasæ, exterminabitur anima illa, quia sacrificium domino non obtulit tempore suo, peccatum suum ipse portabit. quod quidem propheticè de pascha nostro mystico scriptum est. Quia verò dixerat David, futurum esse, ut sanctificati per baptismum, pœnitendo, & confitendo ad exemplum David veniam peccatorum peterent, comparans hanc veniam secundam cum ea, quæ per pœnitentiam primam, & baptismum oratur, dicit multò copiosiore, ac largiore fore illam baptismi. Idcirco subiungit, Veruntamen in diluuiio aquarū multarum ad eum non approximabūt, Quod perinde est, quasi diceret, orabit quidem omnis ablutus, & sanctificatus pro hac impietate, sed in baptismo abundantior gratiam remissionis obtinebit. Ut enim, sicut ait beatus Petrus, in arca Noë pauca, idest, viii. animæ saluæ factæ sunt per aquam; ita ut illud diluuium nihil eis noceret, neque attingeret, sic similis formæ baptismus à diluuiio peccatorū omnium, quæ in infidelitate fuerunt, ita liberat, ut nulla eorum contagio, aut labe in eo resideat, qui per baptismum ablutus, & sanctificatus est. Ergo ut ad propositum redeam, docet David conuenienter euangelio, cuius tempus prædicebat, post sanctificationem baptismi eos, qui in peccata inciderunt, non aliter quàm exemplo suo per veram confessionem ex corde, idest, ex vera pœnitentia proficiscentem iustificari. Est enim huiusmodi confessio opus non quidem secundum carnem, qualis esset confessio simulata, aut ieiunium ad ostentationem, aut oratio oris tantum, & non mentis, & alia huiusmodi, quæ non sunt spiritualia, ex quibus nemo potest iustificari, sed potius est opus fidei, & spiritus, ut est ipsa pœnitentia, quæ est, ut ait Clem. Alex. *καὶ ἐστὶν ἡ πίστις* Ex huiusmodi autem operibus secundum spiritum, siue operibus fidei homo iustificatur, & non ex fide tantum, ut beatus Iacobus ait, quod in Dogmatico de iustificatione satis a nobis demonstratum est.

Iam quæ ab Evangelicis contra confessionem obiiciuntur, & si facile erit cuius, refellere, ad pauca tamen respondebo, ac primum quidem ad illud, quod Cal. obiicit. c. ix. art. xxxvi. quod putat totā soluendū, & ligādī, potestatem sacerdotum ordini tributam eueri, quod dominus prius quàm potestatem clauium

—tribueret, spiritum sanctum dederit, quo, inquit, præeunte, & —docente. quid agendum sit, utendum est clauibus. Cum autem —sacerdotes sæpe absoluant eos, qui non absoluntur a deo, & li —gent, qui non ligantur, re ipsa, inquit, negant se habere spiritum sanctum. Hæc illius ratio non intelligentis quod loquitur, ne —que de quo affirmat. Quam rursus rationem ut adiecta altera —parte dilemmatis fortius, validiusque astringere, & concludere —videretur, subiūgit, Atque hac quidem machina in vniuersum —subertuntur, ut cuiuscūque ostii clauem se habere iactent, sem —per interrogandi sint, habeant ne spiritum sanctum, qui clauium —est arbiter, & moderator, si habere se respondeant, rursus, in —quit, interpellandi sunt, an errare possit spiritus sanctus. istud —profecto profari, inquit, non audebunt, tametsi obliqua sua —doctrina insinuant. Inferendum ergo erit, nullos sacrificulos —habere clauium potestatem, qui passim sine delectu soluunt, —quæ ligari dominus voluerat, ligant, quæ solui iusserat. Hæc Cal. Tribuit quidem dominus spiritum sanctum, cuiuscunq; soluendi, & ligandi tribuit potestatem, Verum. Sed an ignorat Cal. charisma, siue gratiam spiritus sancti solere dici in scriptura spiritum sanctum? Plena est scriptura exemplis. Sit illud instar multorum in Act. Adhuc, inquit, loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super eos, qui audiebant Verbum, & obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & ingentes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim, inquit, illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizantur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Charisma igitur linguarum spiritus sanctus dicitur. Similiter hic charisma potestatis soluendi, & ligandi dicitur spiritus sanctus, ut Chrys. quoque in comm. Ioan. notauit. Qui igitur potestatem ligandi, & soluendi accipit, *τις μὲν δὲ λέγει, καὶ συγχωρητικὸν* accipit, ut Euf. Cæsar. in epist. ad Marinum ait, nos dicamus potestatem spiritualem soluendi, & ligandi, quæ est spiritus sancti charisma. Quod quidem, ut admoneret dominus, bene, ac sapienter tanquam donum spiritus sancti dispensandum esse non ad voluntatem hominum, sed dei, idcirco sicut diuinus Dionys. in cap. de pie defunctis obseruatum reliquit, prius dixit, Accipite spiritum sanctum, quam diceret, Quorum

Quorum remiseritis, & quæ sequuntur. Si mali dispensatores gratiã non accepissent, nõ diceret beatus Petrus, Vnusquisq; sicut accepit gratiã, in alterutrũ illã administrantes tanquã boni dispensatores multi formis gratiæ dei. Deinde subiungit exẽpli causa, Siquis loquitur tanquã sermones dei. Quod dominus p Hier. explanat, cũ ait, Qui habet sermonem meũ, loquatur est vere, quod est, non abuti dono prophetiæ, deprauando, & peruertendo Verbum dei, sicut Euangelici faciunt, tanquam noui pseudoprophetæ, sed potius prophetare secundum rationem fidei, sicut Apost. præcipit, quæ est firma cognitio diuinæ veritatis. Itaque sicut contingit in multis, ut Verbum dei male interpretando peruertant, sic contingit imperitis, & negligentibus, ac prauis sacerdotibus, ut tanquam mali dispensatores potestatem soluendi, & ligandi administrant. Hi sunt, qui non ministrant, ut beatus Petrus in eodem loco præcipit, tanquam ex virtute, siue potestate dei, quam acceperunt, ut sic bene ministrãdo glorificetur deus, sed potius quasi esset propria eorum potestas, ita illam non tanquam ministri, sed tanquam domini ad nutum suum, & in gratiam hominum administrant soluendo, quos ligare oportebat, aut contra ligãdo, quos soluere. Sed nunquid peruersitas, & impia istorum temeritas fidem dei euacuauit? absit, est enim deus verax, omnis autem homo mendax. Fidelis est deus, qui dixit, Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Accusat itaque nos Cal. art. xxxvii. quod potestatem istam malis quoque dispensatoribus traditam esse dicamus, accuset igitur similiter deum bonitatis, & sapientiæ fontem, qui interdum gratiam prophetiæ malis prophetis œconomice dedit, ut Balaam, Sauli, Caiaphæ, & aliis, ne omnes enumerem. Tribuit quidẽ dominus ministris suis in ecclesia hanc potestatem, qui vero ministrat, videat, ut ex virtute dei, quã accepit, ministret, ut deus in eo ministerio glorificetur. Quod si non sic ministrauerit, nunquid ideo minister non erit? aut virtutem, siue potestatem dei non accepit? immo vero minister est, sed malus minister, & infidelis dispensator, & spiritum sanctum, quem accepit, idest, virtutem dei ministrat, tametsi non tanquã virtutem dei, idest, non digne, & ut par erat, dei munus ministrare. Præterea quod ex Sozomeno citat idem Cal. art. xxii. ad pbandum falso abrogationem legis consistendi quasi non diu-

næ, & necessariæ, sed, vt ille ait, politicæ, & liberæ, partim nõ intellexit, partim deprauauit. Vertam e Græco ad verbum, Quia omnino non peccare, inquit, naturæ erat diuiniõs, quàm sit humana, & pœnitentibus, ac sæpe peccantibus veniam dare do minus iussit, cum peccatorum confessionem homines detrectarent, confiteri sacerdotibus teste multitudine ecclesiæ tanquam in theatro, visum est a principio graue debitum. Nisi hic auctor sciuisset, necessariam haberi legem confitendi, nunquã vocasset debitum confitendi sacerdotibus, quod graue, vt ait, & pöderosum faciebat publica debiti solutio. Idcirco, inquit, presbyterum honesta vita, taciturnum, & prudentem huic officio præesse voluerunt, cui confitebantur errata sua. Ille vero postquam peccata cuiusque multasset, & quid faciendum esset, præcepisset, dimittebat eos, vt pœnas irrogatas a se exigèrent. Sed Nouatianis, qui pœnitentiam non curant, non opus fuit hoc instituto. qđ quidem in aliis sectis, & accurate in ecclesiis Occidentis, ac in primis Romæ seruatur. Hæc Soz. Nõ significat Sozomenus, vt Caluino falso videtur, nõ fuisse hoc de cõfittendo sacerdotibus vniuersale omnium ecclesiarum institutũ, cum Nouatianos tantum, qui pœnitentiam tollunt, excipiat, in ceteris vero sectis, & in ecclesiis Occidentis, ac Romana ecclesia studiose hoc institutum coli dicat. Igitur Sozomenus, cuius historiam Cal. testem opinionis suæ peruersæ falso citauit, legem confitendi politicam esse, aut ab episcopis sancitam nusquam significauit, sed potius cœpisse homines secreto confiteri sacerdotibus ad hoc ipsum delectis, quod publice confiteri, durum esse videretur. Iam illud ridiculum est, quod idem Cal. ex eo, quod hic auctor scribit, vnum ex presbyteris designatum fuisse, qui huic muneri præset, satis refelli affirmat, qđ nostri tradunt de clauibus vniuerso sacerdotali ordini in hunc vsu promiscue datis. Si quidem non omnium, inquit, sacerdotum communis erat functio, sed singulares vnus partes, qui ad id ab episcopo delectus erat. Miror, non distinxisse potestatem a potestatis vsu, quem executionem vocant. Accepit quidem omnis sacerdos potestatem soluendi, & ligandi, cum factus est sacerdos, Sed vt omnia ordine fiant in ecclesia, ea potestate nõ vtitur in ecclesia, nisi episcopus, cui ecclesia commissa est, permittat. ad eum enim pertinet, huius potestatis vsu iis sacerdotibus commendare, qui idonei erunt, qui alios curent. Quod si

Nectarius

Nectarius patriarcha Constant. propter inuidiam, qua ordo presbyterorum flagrabat ob scelus sacrilegum a Diacono illo ausum in ecclesia in scemina illa nobili post confessionem sacerdoti factam secreto, noluit, vt deinceps sacerdos confessionibus in ecclesia secreto audiendis præset, vt hoc concedamus, an continuo sequitur, vt hoc ceteris ecclesiis Orientis probatum fuerit? imo neque Sozomeno, cuius historiam Cal. citauit, neq; reliquis ætatis suæ probabatur, Sic enim scripsit, Ἔκεινον ἔδοξεν κρατῆν δέμεναι, ἡδὴ τῆς ἀρχαιοτήτος, καὶ τῆς κατὰ αὐτὸν σεμνότητος καὶ ἀκριβείας εἰς ἀδιάφορον, καὶ ἡμελημένον ἡδὸς κατὰ μικρὸν διολισθαίνειν ἀρετῆς. Vertam e Græco, Ex eo, inquit, tempore viget hoc, iam antiquitate illa, ipsiusque seueritate, & accurata diligentia in indifferentes, & dissolutos mores dilapsa. Deinde subiungit explicans magis quod dixerat, Siquidẽ prius minora erant peccata propter pudorem peccata sua confitentium, & propter diligens studium illorum iudicum, qui huic muneri, scilicet audiendi confessiones, præerant. Hæc Sozom. quæ Cal. vel non vidit, vt cœcus, vel sicut solet, callide dissimulauit, vt malitiosus. Hanc abrogationẽ, ait Cal. euidenter Chrysofostomum testari, vt mirum sit, inquit, nos audere contra mutire. Sed quod lex confitendi sacerdotibus temporibus Chrysofostomi in ecclesia vigeret, ex interpretatione illius loci Ioann. de potestate remittendi, & retinendi peccata ab hoc auctore scripta perspicere potest. Cõuertam e Græco, per partes, Magna inquit, dignitas sacerdotum, Quorum remisistis peccata, remittetur eis, Et paulo post, Tu vero si tibi attẽdas, nihil damni facies in iis, quæ sacerdoti commissa sunt a deo, Et paulo post, Tametsi sacerdotes nequissimi sint, tamen omnia sua efficiet deus, & mittet spiritum sanctum. Nam neque qui mundus est, è sua munditia trahit, elicitque spiritum sanctum, quin potius gratia est, quæ totum efficit. Quæ enim sacerdoti cõmissa, creditaq; sunt, dei tantum est, ea largiri. Ac rursus paulo post explicans rationem remittendi, & retinendi peccata sacerdoti conuenientem tanquam ministro, subiungit, Pater, & filius, & spiritus sanctus omnia moderatur, ὁ δὲ ἰσχυρὸς τὸ ἐκκαθάρσει δακρυοποιεῖ, καὶ τὸ ἐκκαθάρσει πᾶσι χεῖρα, καὶ ἵππε δίκαιον τὸ δῆλ. τὸ ἐκκαθάρσει καὶ εἰς τὰ σύμβολα τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὅτι πίσει περισσόντα πᾶσι βλάπτειται, sacerdos vero, inquit, linguam suã sceneratur, & ma-

num



num suam prebet. Neque enim æquum erat, ut qui cum fide ad symbola salutis nostræ, accederent, propter alterius nequitiam incómodo afficerentur. Inter symbola salutis posuit hic sacramentum pœnitentiæ, quod forma quidem sententiæ sacerdotalis in mystico illo, & spiritali iudicio extrinsecus cernitur, gratia vero dei intus efficientis nõ cernitur. Deinde subiungit ad extremum, Hæc igitur cum sciamus, deum metuamus, & sacerdotes eius honoremus omni eos honore prosequentes. Quod si erat abrogata lex confitendi, quomodo Chryf. locum euangelii, de remittendis peccatis confitenti per impositionem manus sacerdotalis, & pronunciationem absolutionis plane interpretatur? Cum enim dixit, linguam, & manus prebere sacerdotem accommodate ad loci propositi interpretationem, profecto habitum absoluentis expressit, qui usque in hodiernum diem in ecclesijs cernitur. Aut quomodo poterat abrogari, si verbo Christi sancita est hæc sacerdotalis potestatis lex de remittendis, & retinendis peccatis, confitendo scilicet patefactis, ut ex hoc loco euangelii, vel Chrysofomo, quem Calu. citauit, interprete, intelligi potest? Sed videamus iam, quæ Cal. ex Chrysofomi homilia ii. in psal. 50. recitat, ut abrogationem legis de confitendo sacerdotibus probet, utrum intellexerit, Si confunderis, inquit, alicui dicere quæ peccasti, dicito ea quotidie in anima tua, non dico, ut confitearis conferuo tuo. Sed ne suspicaremur, dixisse hæc, quasi secutam confessionem tolleret, quæ est hæreticorum sententia, subiungit statim declarandi causa, ut exprobret, non dico, inquit, ut confitearis conferuo tuo, ut exprobret. Quod est, perinde quasi diceret, non dico, ut palam confitearis homini, quod postea tanquam aliis patefactum exprobrare possit, sed secreto, quod exprobrare, quia solus sciat, non possit. Neque enim exprobrari potest, quod potest negari, potest autem negari, quasi testibus careat, quod vni dictum est; tanquam deo. De testibus enim scriptum est, non quidem in ore vnius, sed duorum, aut trium stat omne verbum. Itaque non iubet, ut publice confiteamur, neque ut non vereamur multitudinem, quod paucorum est, quod sanctus Iob vir perfecta virtute faciebat, tanta erat eius submissio, & pœnitentia, sed iubet, secreto saltem confiteri deo coram homine, quod statim declarat, subiungens, Dicito deo, qui curat ea. Hæc enim si non dix-

ris

ris scilicet homini, an, inquit, ignorat ea deus? minime. Rursus subiungit, Nunquid a te vult ea cognoscere? nec hoc quidem, quia cum faciebas; inquit, ea, præsto erat, cum committeres, nouerat. Superest igitur, ut Chrysofomus a nobis peccata dici postulet, non ut deus illa norit, sed ut nos illa agnoscamus, & nos reos esse fateamur, idque nõ coram multis, quod graue esset, quia timeretur exprobratio, sed coram deo, cui non est verendum confiteri. Idcirco subiungit statim, ut nulla iam dubitationis causa relinquatur, peccatum non erubescis, & confessionem erubescis? Hæc Calu. neque integre recitauit, neque intellexit. Esse autem sic intelligenda quæ hic Chrysofomus de confessione scripsit, declarat magis adhuc, quod Anast. Antiochenus auctor grauis. & eruditiss. ac vetus scripsit in Quæstionibus, & respõsionibus theologicis. c. vii. de confessione, Verã è Græco ad verbũ, vtilissimum, inquit, est, confiteri peccata τοῖς πνευματικοῖς, sic hodie, ut ante notauit, vocant vulgo in Græcia, quos nos vocamus patres spirituales, nõ tamẽ, inquit, inexperitis, & imperitis in ea re, ne vel immoderata misericordia contemptorẽ efficiat confitentem, & eum sensu doloris priuet, vel intempestiua, & longa multatio pigritiam, & dissolutionem pariat. Si igitur nactus fueris virum spiritualem, qui te curare possit, *μη παύχηντως, κὶ μετὰ πίστεως ἰσομολόγησαι αὐτῷ, ὡς τῷ κυρίῳ, καὶ οὐκ αἰθρώπῳ.* Sine erubescencia, inquit, & cum fide confitere ei, tanquam domino, & non tanquam homini. Iubet itaque Anast. Similiter ut Chrysof. non erubescere confessionem peccatorum, quæ credenda est si eri homini tanquam domino, & non tanquam homini. Quare si deum nihil potest latere, ut Chrysof. aiebat, tametsi nos hominẽ cælemus, quod autẽ vni homini dicitur, tanquam domino dicitur, non tanquam homini, non est, cur pudendum sit, secreto confiteri homini. Sed de confessione secreta, quæ fit sacerdoti locutum esse Chrysofomũ magis adhuc intelligi potest ex epif. Leonis magni lxxviii. ad vniuersos episcopos Campaniæ non multo post Chrysofomum, qua abrogauit consuetudinem, qua cogebantur pœnitentes exhibere libellum singulorum peccatorum publice recitandum. Cum reatus, inquit, conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter dei timorem

apud

apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea, quæ pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueat tam improbabilis cōsuetudo, ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referre, quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis confitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt reuocari, si populi auribus non publicetur pœnitentia confitentis, Haftenus Leo. Conueniunt cum his, quæ idem Chrysof. in sermone de pœnitentia, & confessione scripsit, quæ Cal. quia non intellexit, item nobis obiicienda esse falso putauit. Nunc autem, inquit, neque necessarium est, presentibus testibus confiteri. Cogitatione tua fiat peccatorum exquisitio. Sine teste fit hoc iudicium. Solus deus te confitentem videat. Item non te in conferuorum tuorum theatrum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo. Item alias caue homini dixeris, ne tibi exprobet, neque enim conferuo confitendum est, qui in publicum proferat, sed domino, qui tui curam gerit. Quia scilicet qui sacerdoti confitetur, tanquam domino, ut ait sanctus Anast. non tanquam homini confitetur. Igitur Chrysof. non confessionem prohibet, quæ secreto fit sacerdoti non tanquam homini, sed tanquam deo, apage, sed potius in publico recensionem peccatorum proponere nulli pœnitentium præcipit. Quod vno verbo significantissime in alia homilia de pœnitentia declarauit, οὐ λέγω σοι, inquit, ἐκ πύμπουσον σαυτὸν, οὐδὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις κατηγορήσον. Accusationem itaque sui, quæ sit potius ἐκ πύμπου, siue ἐκ πύμπουσις, quàm ἰσομολογήσις, id est, infamatio magis, quàm cōfessio, nemini præcipit. Denique quæ esset beati Chrysof. & catholicæ illius temporis ecclesiæ de lege confitendi sententia, ex sententia Magni Basilii intelligere licet, ex eo, in quâ, quod illis temporibus in Asceticis scripsit, Similis, inquit, est ratio cōfitendi peccata, & ostendendi ægritudines corporis. Ut igitur ægritudines corporis non omnibus hominibus patefacimus, neque quibuslibet, sed peritis in earum curatione, & medicinis, οὐτως ἢ ἰβαγορβουσις τῶν ἀμαρτημάτων φέρει εἶναι δοκεῖ ἰδίῳ δυνάμειων θεραπεύειν, sicut scriptum est, & quæ sequuntur, id est, sic confessio peccatorum fieri de-

ri debet coram iis, qui curare possunt, sicut scriptum est, inquit, debemus nos, οἱ δυνατοὶ, id est, qui potentes sumus, infirmitates infirmorum βασάζειν, τοὺτ' ἐστὶν αἰρεῖν, sustinere, inquam, hoc est, auferre, sic Basilii interpretatus est Verbum βασάζειν, secutus, ut ait idem in Regulis breuioribus. c. clxxviii. consuetudinem sermonis patrii. Nisi lex confitendi peccata quæ Paul. infirmitates appellauit, necessaria esset, nunquam Basilii dixisset, debere fieri. Item nisi sacerdotes, quos scriptura vocat δυνατοὶ, remittendo, & absolueno tanquam ministri tollerent peccata, nunquam consuetudo verbi Græci ei persuasisset, ut sic interpretandum esse putaret βασάζειν τὰ ἀδυνάμια, τοὺτ' ἐστὶν αἰρεῖν τὰς ἀμαρτίας, sicut Esaias quoq; de domino dixit, morbos nostros ipse portauit, Græce est idem verbum ἐλάσατε, pro eo, quod est, abstulit. Eat nunc Calu. & quæ est eius impudentia, & temeritas, audeat reprehendere auctorem natione Græcum sanctiss. eruditissimum, eloquentiss. & in diuinis scripturis valde exercitatum, quasi non intellexerit hoc loco verbum Græcum. Ergo cum Apost. dixit, nos, qui potentes sumus, & quæ sequuntur, satis significauit, hanc rationem auferendi peccata κρουρακῶς, per ministerium scilicet absolueno, propriam esse certi ordinis ministrorum ecclesiæ, eorum, inquam, qui acceperunt potestatem soluendi, & ligandi alios, & ad eam potestatem exercendam idonei sunt propter peritiam, qui ab Apostolo dicti sunt. οἱ δυνατοὶ, qui sunt insigniter potentes. ἀδυνατω vero vocauit Apost. tum eos, qui non habent potestatem soluendi, & ligandi alios, tum eos, qui etsi alios possunt soluere, & ligare, idq; ut ministri tantum, tamen se ipsi non possunt, ut nullus iam istorum potentum sibi placeat, aut in se ipso gloriatur, tum eos, qui etsi potestatem soluendi, & ligandi alios acceperunt, tamen non sunt idonei ad eam gratiam, quam acceperunt, ita administrandam, ut in eo ministerio glorificetur deus, ut beatus Petrus admonuit. Illud quoque obseruandum est hic, quia oportet patres spirituales, quos vocant, qui peccatorum confessiones audiunt, lenes, ac misericordes esse, moderate tamen, ne nimia lenitas, & misericordia in gratiam confitentis, ut fieri solet, adhibita, utriusque noceat, accommodate Apostolum subiungisse, Debemus non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Est autem illud, non no-

bis placere, vt hanc quoque notationem non præmittam, simile, vt illud, quod in epist. ad Gal. idem Apost. de hac eadem lege soluendi, & ligandi differens, vt paulo supra exposuimus, eodem Basilio auctore, subiungit statim, Nam si quis existimat se esse aliquid, cum nihil sit, ipse se seducit. Neque enim qui plâtat, aut qui rigat, ait Apost. est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Rursus idem Basil. in Regulis breuioribus. ca. cclxxxviii, posita quæstione, An qui peccata sua vult cõfiteri, debeat quibusuis confiteri, respondet his verbis, ἀναγκαῖον τοῖς πεπυσμένοις τῷ οἰκονομίῳ τῶν μυστηρίων τοῦ θεοῦ ἕξομολογεῖσθαι τὰ ἀμαρτήματα, idest, vt e Græco vertam ad verbum, necessarium esse confiteri peccata iis, quibus credita est mysteriorum dispensatio, hos autem episcopos, & sacerdotes esse, ignorat nemo. Deinde subiungit, sic in Actis apost. apostolis confitebantur, a quibus baptizabantur omnes. Cal. ait. legem confitendi politicam esse, & liberam, magnus Basil. necessarium esse affirmat iis cõfiteri peccata, quibus commissa sit sacramentorum dei administratio, Quæro, vtri potius ad stipulandum erit? Ecquis audebit Caluinum cum Basilio conferre? Hic etiam est obseruandum, posuisse Basilium pœnitentiam ex dolore, confessione, & absolutione constantem inter mysteria, siue sacramenta. quod idem Cal. impie, & insipienter negat. idē significauit beatus Chrysol. cum interpretans locum euangelii Ioannis de potestate remittendi, & retinendi peccata sacerdotibus tributa, qualescunque essent, siue probi, siue prauis, subiungit, vt iterum repetam, Neq; enim iustum est, vt qui cum fide ad symbola salutis nostræ accedunt, propter alterius nequitiam incommodentur. symbola vocauit, quæ magnus Basil. mysteria, nos sacramenta trito verbo dicere solemus. Interpres vero Chrysostomi, vt cetera non bene vertit, ita hic symbola prætermisit. Hactenus de confessione mystica peccatorum, non tam repetitis, quæ ab aliis scripta erant, quàm explicatis, illustratis, & confirmatis, cuius legem, profiteri, non esse necessariam, neque diuinam, illis quidem congruebat, idest, Euangelicis, qui omni studio fugiunt ea, quæ carni aspera, & laboriosa sunt, quale est, erubescere peccata coram homine, quod, vt Greg. Naz. in libro de baptismo scripsit, pars est supplicii futuri, quod satis, inquit, Ioannes Baptista significauit, cum de iis, qui ad baptisma Ioannis actus suos

suos cõfiterentes, veniebant, Genimina, inquit, viperarū, quis docuit vos fugere a uentura ira? item qui odium in peccata sua habere nolunt, Quod quidem odium confessio, vt idem Greg. ait, testatur, & qui terrores, & horribiles minas iudicii taceri volunt. Item hæc docere, illorum erat proprium, qui vt non deo, sed suo ventri seruiant, & per dulces sermones decipiant, cum iniquis illis, & impiis populi Israël iudicibus, iuxta sermonem Esaiæ, iustificamnt impios muneribus, docentes, satis esse ad iustitiam, solam fidem, quam habere potest omnis sicarius, etiam cū iugulū petit, omnis leno inter amplexus meretriculæ, omnis ebrius inter calices plenos, & dum opera ad iustitiæ, ac mercedis rationem non requirunt, cum illis ipsis pessimis populi Israël iudicibus iuxta eundem sermonem Esaiæ iustitiam iusti auferunt ab eo, negantes perspicuum sermonem, & clarissimā eiusdem prophetæ sententiā, cum ait, Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, Deinde vero vt doceret, cuiusnam merces, subiūgit, & opus eius coram illo. ac rursus vt doceret, cuius item opus, subiungit, & vocabunt eos, populus sanctus redempti à domino. vt intelligamus opera ista, quorum merces coram deo sit, esse opera eorū, qui sunt à deo per baptismū sanctificati, hi enim sunt à Christo redempti, horum opera sancta, dei sunt, & nostra opera, adiutores enim dei sumus. Nos itaque non ex operibus legis secundum carnem, siue naturam gloriam apud deum quærimus, absit, faceßat hinc Pelagius, his enim merces secundum debitum imputatur, sed ex operibus secundum spiritum quærimus, quibus merces imputatur secundum gratiam. Sunt enim huiusmodi opera non carnis, ac naturæ effectus, sed dei dona, & fructus spiritus. Sed ne sine auctore, & quidem grauissimo locum hunc Esaiæ videar interpretatus, sic Cyrillus Alexandrinus in commen. eiusdem Esaiæ interpretatus est. Describam Græce interpretationem ad maioris fidei pondus, & auctoritatem. ὁ θεὸς ἵπὸ ὅλων σωτῆρ ἀπεδίθεός ὑπάρχων ἔχει τὸ δέωκαθαι διδόναι μισθούς, καὶ πρὸς ἑστὶ τῷ πᾶσι τὸ εφορευτὸν εἶναι τὸν Ἰσραὴλ ἕκαστον τὸ εἶδεν. Vertam è Græco ad verbum, Saluator (inquit) mundi habet, vt possit dare mercedes, quippe deus. Habet præterea, vt ad hoc, scilicet, vt det mercedes, aspiciat in vniuscuiusq; opus. Hæc ille. Hæc sunt duo illa, quæ propheta Dauid dixit se audisse, isti vero magistri omnino audire

nolunt, ex quibus tota spes vocationis nostræ, omnisque iustitiæ pendet. Duo (inquit) hæc audiui, quia potestas dei est, & tu reddes unicuique iuxta opera sua. Vt autem intelligeremus, cuiusmodi opera diceret, naturæ, an gratiæ, & quod genus reddendi, secundum debitum, an secundum gratiam, prius dixit, Et tibi domine misericordia, vt intelligamus ἀπὸ κοινῆς, tu reddes, scilicet non secundum debitum, sed secundum misericordiam, unicuique iuxta opera sua non quidem carnis, sed naturæ, sed misericordiæ opera. Sed de iustificatione nõ ex fide tantum, sed ex operibus satis in dogmatico nostro de iustificatione dictum est.

Quia vero confessione, vt ait Tertull. in lib. de pœnitentia, disponitur satisfactio, & confessio nascitur ex pœnitentia, locus ipse postulat, vt post confessionem de dogmate satisfactionum pœnitentialem tractemus, quæ sunt fructus boni, quibus sapientia, quæ de sursum est, plena est, qui est insignis quoque character Verbi dei, quod ecclesia nostra catholica profiteatur. Ergo vt Dominus Iesus redemit nos a præcedentibus peccatis, siue a veteribus delictis, vt ait beatus Petrus, idest, a peccatis ante regenerationem commissis, non solum in misericordia, sed in iudicio, & iustitia iuxta prophetiam Esaiæ, moriens scilicet pro nobis, & efficiens nos mortis suæ participes mystice per baptismum, sic etiam nos a peccatis sequentibus, quæ post baptismum committimus, in misericordia, & iustitia per mortem suam, quam quotidie vsq; ad aduentum eius in magno mysterio sanctæ Eucharistiæ renouamus, redemit, & redimit semper, efficiens nos rursus mystice mortis suæ participes per pœnitentiam, & iudicium sacerdotale. In quo qui potestatem ligandi, & solvendi accepit, reum confitentem iudicando absoluit, vel ligat, de quo iudicio in hierarchia Mosaica adumbrato, vt paulo supra ostendi, tum per commemorationem peccatorum, quæ in victimis diuersis, & diuersarum personarum fiebat, tum per remissionem imperfectam peccatorum, dominus apud Esaiam loquens, Recordare (inquit) tu peccata tua, & ego nõ recordabor, & iudicemur simul, dic tu peccata tua primus, vt iustificeris. Hoc ergo iudicium vt iustum sit, naturalis ratio iustitiæ postulat, vt in eo fiat correctio peccatorum, quæ in iniuriam dei commissa sunt, de quibus ibi iudicatur. quæ quidem correctio, siue satisfactio pars iustitiæ est, quæ versatur; vt quidam princeps

princeps philosophorum huius sæculi acerrimus, & solertissimus naturæ indagator, & interpret tradit, in compensatione damnorum, & iniuriarum, ita vt cui datum est damnum, aut facta iniuria inuito, compensetur, addendo ei, quantum accesserat voluntarii, vt alter quia voluit facere, quod velle non debuit, patiat, quod nõ vult, & rursus alter, quia passus est, quod nõ voluit, reportet, quod vult, & fiat cõpensatio mutua, & iustitiæ æqualitas. Hæc est, & dicitur diorthosis, idest, correctio in voluntariis, & in nõ uoluntariis, quam ratio naturalis docet, & præscribit. Hanc significauit Hermes in libro Pastoris, cum dixit angelo, videri sibi, vt qui domini oblitus, voluptatem caperet, septies tantum pœnas daret, angelus vero respondit, imo vero quot diebus voluptatem caperet, totidem annis cruciaretur. Itaque quia peccando siue in deum, siue in proximum, facimus secundum voluntatem carnis, & non secundum legem dei, oportet, vt secundum iudicium, quod Dominus in terra constituit, satisfaciamus proximo, si in eum peccauimus, & item deo, faciendo scilicet quod deus vult, qui feceramus prius, quod volumus, idest, satisfaciamus pœnitendo, confitendo, ieiunando, orando, elemosynas dando. Est autem prima, & optima pars satisfactionis posita in ipsa pœnitentia, & confessione, cuius pudor, & labor, vt paulo ante dixi, Gregorio Naz. auctore in libro de baptismo, pars est supplicii futuri. quod Ioannes, inquit, (vt iterum repetam) significauit, cum prædicans baptismum in pœnitentiam, dixit, genimina viperarum, quis docuit vos, fugere a uentura ira? imo posset aliquando tanta esse cordis contritio, tanta pœnitentia, & afflictatio, ac tam perfecta confessio, vt nõ essent necessariæ reliquæ satisfactiones, ac correctiones peccatorum. Huiusmodi ergo satisfactionem pro peccatis, quæ deo fit, docet primū, vt dixi, ipsa natura, idest, ratio iustitiæ naturæ nostræ indita. Vertā hic ad uerbum e Græco, quæ sanctus Maximus auctor in Hecatondade vii. scripsit valde illa quidem ad hunc locum accommodata. iis enim indicatur fons, & naturalis origo satisfactionum, quas uocant. Itaque explicans. c. xxxiii. de primo peccato primi hominis. Hanc (inquit) potestatem, idest naturale desiderium dei, quo mens prædita erat, statim vt natus est homo, ad ea, quæ sub sensum cadunt, applicauit, ac primo

mo pulsu sensus medii voluptatem a natura alienam coepit, cui dolorem tanquam vim quãdam vlttricem prouidentia sua, qui saluti nostræ consulebat, addidit. vnde fundamentum, & radices in natura corporis lex mortis defixit, vt scilicet appetitum eorum, quæ sentiuntur, quo insana mens præter naturam cietur, terminaret. Item. e. xxxv. propter voluptatem (inquit) a ratione auersam, quæ in naturam ingressa est, dolor secundum rationem subiit per multas passiones, in quibus, & ex quibus mors existit. Subiit (inquam) dolor, qui voluptatem quidem a ratione abhorrentem sistit, sed non perfecte extinguit. In vacuitate autem eiusmodi voluptatis gratia diuinæ voluptatis, quæ in mente est, cernitur. Ex his intelligi potest, ad quid sublato male dicto post remissionem præcedentium delictorũ per spiritum sanctum, quem effudit in nos abunde per lauacrum regenerationis, ad quid inquam relictũ sunt dolores, molestiæ, plagæ, passiones, scilicet, ut mors, quæ hinc existit, immoderatis appetitionibus finem imponat, & easdem appetitiones immoderatas, dum viuimus, vindictis tum vltro susceptis, tum indictis, & irrogatis corrigamus, quod genus totum satisfactio dici solet ad dei œconomiam, ac prouidentiam, & ad iustitiam naturalem, vtilitatemque nostram pertinens. Rursus. c. xxxvi. Dolores, (inquit) siue labores tum sponte suscepti, tum inflati inuitis, tollunt quidem voluptatem, cum eius actum, & pulsum sistunt; non tamen tollunt vim naturæ insitam ad gignendum voluptatem. ea est enim natura virtutis, vt non in natura, sed in voluntate vacuitatem passionis efficiat, vnde gratia diuinæ voluptatis in mente existit. Item. cap. xxxvii. Omnis dolor (inquit) cuius causa, & effectrix secundum dei prouidentiam voluptas existit, debitum est, quod omnes naturæ participes naturaliter secundum causam soluunt. Voluptatem enim a natura alienam naturaliter sequitur dolor in omnibus, qui lege voluptatis præeunte, cui nullus antecessit dolor, orti sunt. Hæc Maximus. Quia igitur non omnes ex immoderata voluptate dolorem capiunt, quem natura suggerit, vt hic auctor docet, vt ii sunt, qui naturam habent malis moribus deprauatã, aut non tantũ capiunt, quantũ debent, aut non secundum deũ capiunt, idcirco sancti apostoli, vt ex libris Clementis Rom. de apostoli eis doctrinis perspicui potest, sapienter, & vtiliter ecclesiis tradiderunt,

derunt, vt ad peccatorum pœnitentiam aliquid accedat carni molestum, & laboriosum, quod quidem tanquam debitum vltiscendi secundum naturam propter deum voluntatem carnis in actione positam, conuenienter naturæ solueretur. quæ est, & dici solet satisfactio siue vltro suscepta, siue ab spirituali conscientia nostræ iudice indicta. Sic deus in lege naturæ satisfaciendi pro peccato indixit Adæ, & Eux, item Caino, & Lamecho. Quare legem naturalem tollit, qui tollit legẽ vltiscendi peccata, quæ est lex satisfaciendi pro eis. Legem vero naturalem non antiquauit, sed renouauit Dominus in euangelio, lege Moysis antiquata, vt translatis veteribus omnia fierent noua. Hæc est lex regalis, sic enim beatus Iacobus frater domini appellauit, idest, lex Christiana, quam perficiunt, qui Christi sunt, quos fecit regnum, & sacerdotes. Hoc est verbum insitũ, vt idem ait, quod potest saluare animas nostras. Itaque satisfaciendo abunde pro peccatis nostris per mortem, non minuit, aut mutauit Christus legem naturæ, sed potius satisfecit quidem, pro nobis debita nostra dissoluens, vt secundum Apost. mortui peccato, sicut ille resurrexit, sic nos ambulemus in nouitate vitæ facti serui obedientiæ in omni virtute, sic, inquam, liberauit nos a peccato, & pœnis, vt non solueret nos lege obedientiæ, & virtutum secundum naturam, ex quibus est virtus vltiscendi propria peccata, quæ satisfactio dicitur, quæ est pars iustitiæ secundum naturam. Satisfacimus igitur pro peccatis nostris, non quasi non satisfecerit pro eisdem Christus, quantũ satisfacere oportuit, absit, sed quia ad hoc satisfecit, vt, sicut dixi, liberi facti seruiremus ei in omni virtute. est autem ex virtutibus secundũ naturã, alioqui voluntariis vindicta, siue satisfactio iustitiæ pars, quæ ipsa, vt reliquæ virtutes in virtute satisfactionis Christi valēt ad iustitiã, siquidem satisfaciendo pro nobis in cruce fecit nos ex mortuis viuentes. Quare non magis nostra satisfactio satisfactioni Christi, quæ purgatio quoq; dicitur, derogat, quàm reliqua omnis virtus a nobis suscepta derogat virtuti eiusdẽ. qui. n. satisfecit pro peccatis nostris, & factus est nostra purgatio, idem quoq; impleuit omnẽ iustitiã pro nobis. Quod si tantopere a verbo satisfactionis tanquam inusitato in scripturis sanctis abhorrent Euãgelici, petamus ab eis, quod olim catholici patres ab Arianis petebant, vt rem verbo homoussii sub-

subiectam concederent secundum scripturis, sic enim foraeiebant, ne amplius de verbo contenderent. Petamus similiter ab Euangelicis, vt concedant nobis fructus poenitentiae dignos propter peccata nostra, concedant simul cum poenitentia peccatorum, metuere, sollicitos esse, vindictam de nobis propter peccata nostra sumere per ieiunia, eleemosynas, assiduas orationes, disciplinas, humiliationes, cilicia, & alia huiusmodi opera, quae satisfactoria vocant, quae Apost. vindictas, multas, iudicia, correctiones, & disciplinas vocare solet. Haec ergo si satisfactoria opera vocare nolunt, vocent opera disciplinae, vindictae, correctionis, iudicii, sicut scriptum est, si nos iudicemus, non utique iudicemur, dum iudicamur a domino, corripi-mur. &c. Et de Corinthio illo incesto, satis est (inquit) *ἐπιτιμία*, quae fit a pluribus. sic enim vocat, quae vulgo vocare solent cen-suram, siue multam, qualis erat, eiectionem esse ex ecclesia, & vita-ri a multis Corinthios illum incestum, alioqui poenitentem, & poenitentia sua in dei gratiam reconciliatum. Itaque vindi-ctis, quae de peccatis nostris vel a nobis, vel ab aliis indictae ad poenitentiam sumuntur, non indiget deus, quasi non satis pec-cata ipse nostra praecedentia in carne sua vltus fuerit, qui chiro-graphum, quod contra nos erat, affixit cruci, absit, imo nos potius huiusmodi vindiectis indigemus, vt sic etiam discamus abstinere a peccatis, & vt vindicta, quam Christus in corpore suo de pec-catis nostris sumpsit, nobis proficiat obtemperantibus legi na-turae de vlciscendis peccatis in poenitentiam, quam legem & na-tura docet, & scriptura sancta exemplis Adae, Cain, & Lamec commendat. quae quidem vindictae quia si integras sunt, satis sunt ad liberandum iustos poenitentes ab omni poena tempo-rali, ita vt nihil poenae soluendum relinquatur, idcirco satisfac-tiones dicuntur, sicut Apostolus vt ante dixi, satis est (inquit) ei, qui huiusmodi est, *ἐπιτιμία*, id est, multatio, quae fit a pluribus quod perinde est, quasi diceret, haec sit illius iusta satisfactio. Igi-tur Christus dominus satisfecit quidem pro culpa, & poena aeterna, pro qua impossibile erat hominem satisfacere, pro poena autem temporali, pro qua possibile est, hominem satisfacere, cum poena sit finita, & anima immortalis, & qua secundum na-turam debet vlcisci peccata, ita satisfecit in cruce, vt semper ad-huc debeat homo secundum naturam eadem poena temporali vlcisci

vlcisci peccata sua, nisi ipse dominus per potestatem clauium ministris tributam remittat, quod est, satisfactionem suam etiam pro poena temporali, donare nobis, siue vt scholastici loquun-tur, applicare, ita vt a lege satisfaciendi temporaliter pro illis peccatis liberemur. Ex quo fit, vt inter catholicos scriptores, qui de hac re scripserunt, rationem nostrae satisfactionis illi qui-dem affecti non fuerint, qui dixerunt, eatenus nos satisfacere, quatenus per opera nostra applicatur nobis satisfactio Chri-sti, quod fortassis etiam Euangelici non grauarentur concede-re, qui opera saltem fidem sequentia non tollunt, vt satisfactio Christi salutem afferat. Imo vero eatenus per nos in Christo satisfacere debemus, quatenus non relaxatur nobis per potesta-tem clauium haec ipsa satisfactio temporalis, quod est non ap-plicari nobis pro ea satisfactionem Christi. Cum ergo haeretici obiiciunt, abunde Christum iustitiae dei pro peccatis, & pro poe-na aeterna, & temporali, quam debebamus, satisfecisse neque esse amplius a nobis requirendum, respondemus, satisfecisse quidem illum pro omnibus, quantum in eo fuit, sed illis tantum vale-re, vt liberi sint a debito propriae satisfactionis temporalis, de hac enim sermo est, quibus post regenerationem satisfactio Chri-sti in carne sua, per pontificem in persona Christi ad remissionem te-poralis poenae actu imputatur, sicut Apost. dixit de remissione poenae facta Corinthio incesto iam poenitenti, Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi donauit. Est igitur alienum a ratione praetextu satisfactionis Christi non-dum nobis imputatae, legem naturalem vlciscendi propria pecca-ta in carne nostra, quae satisfactio dicitur, tollere. Neque sequi-tur, vt si nos satisfaciamus, peccata nostra bis vindicari videan-tur, semel in Christo passo, & iterum in nobis satisficientibus. Sunt quidem satis in Christo vindicata semel, si tamen, vt dixi, sa-tisfactio Christi per eum, qui huiusmodi potestatem accepit, nobis imputetur, quae dicitur applicatio. quod si non imputetur, vindica-da erunt semel in nobis eadem, sicut scriptum est, non vindicabit dominus bis in idipsum. Vindicarentur autem bis, si post impu-tationem satisfactionis eius nobis factam, iterum in nobis eadem peccata vindicanda essent, quod nemo est catholicorum, qui dicat. necesse habui altius haec, & quantum potui diligenter, repetere, vt fundamentum, & radices satisfactionum, indulgentiarum, & purgatorii ostenderemus. Haec enim omnia Euangelici explo-dunt,

adunt, falsis quibusdam rationibus, & conclusiunculis decepti, non intelligentes, sicut scriptum est, & a me sapissime repetitum, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, quod est omnibus hæreticis familiare. Persequamur reliquas auctoritates de satisfactionibus, quas docet non solum natura, ut dictum, ac demonstratum est, sed etiam Theologia ex scripturis sanctis conclusa, & ab apostolis tradita, ut ex Clemente Romano intelligi potest. Is enim libro secundo de doctrinis apostolicis, ut paulo ante iterum commemoravi, loquens de eo, qui, ut eum poeniteat, eiectus sit ex ecclesia, iubet eum admittere, facta prius diligenti examinatione, num poeniteat, dignusque sit, ut in ecclesiam admittatur, tum iubet absolueri indicto ieiunio secundum qualitatem peccati duabus, aut tribus hebdomadibus, & rursus paulo post, quod autem oporteat, eum qui peccauit, in proprio peccato erubescere, satis scriptura sancta demonstrat, quæ dixit de Maria sorore, cum pro ea Moyses orabat, ut condonaret ei peccatum deus, si pater eius expuisset ei in faciem, nonne deberet saltem vii. diebus rubore suffundi? vii. diebus separetur extra castra, & postea ingrediatur. Sic vos facere oportet iis, qui dicunt poenitere se peccatorum, debetis prescribere eis tempus secundum rationem peccati, deinde recipere poenitentes, ut patres filios. Hæc Clemens. quis iam non videt ex hac doctrina apostolorum cum scripturis sanctis connexa, & ex eis conclusa canones poenitentiales manasse? qui similes præscriptiones ieiuniorum, & separationum, aliarumque satisfactionum ecclesiasticarum secundum qualitates, & rationes peccatorum constitutas continent. sed videamus paulisper, quæ Clemens commemoravit de Mariæ satisfactione pro peccato murmuracionis in Moysen fratrem, non enim propter illam tantum scriptum est, sed propter nos etiam, tum ad nostram doctrinam, ut discamus satisfacere pro peccatis, tum ad nostram consolacionem, ut spem habeamus, quod post hanc vitam, quæ circulo septenorum dierum reuoluitur, ingrediemur viii. die, id est, in sæculo futuro, in castra dei viuentis, & multorum milium angelorum, postquam satis fecerimus pro peccatis, sicut Maria post mundatam lepram a deo ad preces Moysis, ut Clemens interpretatur, iussa est postea separari a castris vii. diebus, deinde viii. die ingredi. esse autem, quicquid hic pati oportet ad

ad satisfactionem pro peccatis leue, & ad erubescendum tantum instar sputi aspersi in faciem, leue inquam, non ex seueritate iudicis, sed ex indulgentia paterna profectum, significauit dominus cum dixit, Non ne si pater eius expuisset ei in faciem, deberet rubore suffundi? quod perinde erat, quasi diceret, ignosco culpam, & condono poenam ei respondentem, volo tamen, ut ratio naturalis iniuriæ corrigendæ postulat, non ut iudex durus, sed ut pater clemens, aliqua poena afficere, & velut in facie expuere ad erubescendum, id est, ut vii. diebus arceatur cum pudore a castris. Vnde Clemens postquam hoc exemplum commemorauit, Sic (inquit) vos facere oportet iis, qui in peccatis sunt, & se dicunt poenitere, recipere eos oportet, ut patres filios. Petierat ergo Moyses a deo, quod Aaron rogauerat, ut peteret, scilicet ut sororis lepram sanaret, possetque versari in castris cum viuis, id enim significabat illud, ne fiat tanquam mortua, & ut abortiuum, quod proiicitur de vulua matris suæ. deus autem alterum de sananda lepra, & condonando peccato statim concessit, alterum vero, non est visum æquum, concedere, nisi prius vii. dierum separatione pro iniuria satisfaceret. Ex quo intelligi potest, illa, quæ a diuitibus, & illa, quæ a pauperibus post sanatam lepram offerebantur ad introducendum sanatum in castra die viii. significare allegorice, tum maiores, tum minores satisfactiones, quibus quidam post condonationem culpæ, quæ facta est prius poenitenti virtute passionis Christi, quæ significabat primum illud sacrificium factum in mundationem lepræ, ut pateat iam aditus in cælum, soluitur debitum poenæ temporalis, quæ solui debet secundum rationem naturalem compensationis, siue correctionis in actione iniuriarum faciendæ, soluitur, inquam, virtute etiam passionis Christi per ministerium potestatis clauium spiritualium. hoc enim significat sacrificium secundum, quod fit per sacerdotem, quando mundatus prius a lepra, postea die viii. introducitur in castra, de quo Apostait, habentes fiduciã in introitu sanctorum in sanguine agni, &c. Hinc intelligi potest, poenitentialem satisfactionem, quæ fit post condonationem culpæ instar sacrificii ad impetrandum introitum in castra cœlestia, non valere, nisi fiat in gratia dei, & charitate, ut secundum illud sacrificium ad introducendum in castra nõ fiebat nisi post sanatam lepram. Hinc est, quod huiusmodi sa-

Num. 12.

tisfactiones pœnitentiales non solent indici ab eo, qui potestatem clauium ecclesiasticarum habet, nisi contritis, quos vocat, & per pœnitentiam, ac confessionem sanatis. Quid ergo mirum, si ii, qui adhuc leprosi sunt, & geenna digni, satisfactiones istas ad intrandum in castra cœlestia non curat, imo rident, & explodunt? sicut faciunt Euāgelici isti, milites diaboli. Præterea quia melius intelligitur res spiritualis, quando cum figura, & typo corporali comparatur, obseruandum est hoc loco, vt illa prior mundatio per sacrificium liberabat, & a perpetua quadam morte, in qua erat semper leprosus, vt pote a conuersatione uiuentium separatus, & secunda mundatio item per sacrificium introducebat in castra, sic prima mundatio spiritualis per sacrificium cordis contriti in virtute passionis Christi liberat a lepra peccatorum mortalium, & a pœna sempiternæ mortis, ad quam illa impellunt; & huiusmodi sacrificium est prima, & maxima satisfactio, quæ debitum pœnæ æternæ dissoluit, Secunda vero mundatio [ ] perseverante sanitate animæ, & gratia dei, etiam in virtute passionis Christi per erubescencias, separationes, ieiunia, vigilias, disciplinas, orationes, eleemosynas, & alias huiusmodi pœnitentiales satisfactiones minores, veluti per quoddam sacrificium secundum introducit in castra sanctorum. Item vt in prima illa mundatione lepræ vestes lauabantur, & omnis pilus radebatur, in secunda vero mundatione adhuc magis, ac magis, sic post baptismum anima per pœnitentiam cordis contriti iterum a peccatis sanata, renouatur homo interior de die in diem in fructibus bonis, & perseverante gratia dei, ac dilectione nostra adhuc magis, ac magis renouatur per satisfactiones ieiuniorum, vigiliarum, afflictionis, sollicitudinis, timoris, zeli, desiderii, indignationis, castigationis, quæ omnia, vt Apost. in Corinthiis illis ostendit, proficiuntur ex tristitia secundum deum de peccatis. quæ quia sunt satisfactiones leues, & breues pro iniuriis peccatorum priorum, idcirco de illis quoque intelligi potest, quod dixit Apost. quod in præsentem est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Ex his, quæ hactenus dicta sunt, liquet, quomodo intelligendum sit, quod dici solet, commutari per pœni-

pœnitentiam, & per confessionem suo tempore, pœnam æternam in temporalem, idest, condonata culpa mortali, & pœna æterna ei debita, relinqui, vt secundum naturalem rationem iustitiæ, quæ versatur in emédatione damnorum, & iniuriarum, fiat aliqua temporalis correctio, siue satisfactio, vt sicut supra iterum dixi, & natura ipsa nos docet, quia volumus facere, quod deus nolebat, & sic illum offendimus, patiamur postea, quod secundum voluntatem carnis nollemus, & quod deus vult. hoc autem necesse est, vt temporale sit, & breue, imo vt Apost. ait, momentaneum, & leue comparatum cum æterna pœna condonata, & æterna gloria, quæ expectatur. Ex quo fit, vt qui in hoc temporali sæculo non satisfacit, sic patiendo ad correctionem, siue compensationem iniuriæ factæ, prius condonatæ, necesse sit, vt in altero sæculo satisfaciat, patiendo quidem per se ad purgationem iniuriarum, vnde pœnæ purgatoriæ dicuntur, & sunt, operando vero non iam per se, sed per eos, qui in ecclesia ex cõmunionem charitatis pro eis orant, ieiunant, & peregrinationes, & alias huiusmodi satisfactiones tanquam sacrificia pro eis offerunt. Illud vero admonere hic oportet, quamuis huiusmodi satisfactiones siue indictæ a sacerdotibus, siue vltro susceptæ, non valeant ad intrandum per eas in regnum dei, nisi iis, qui prius a lepra peccatorum mortalium mundati sunt, sicuti secundum illud sacrificium septimi diei ad intrandum viii. die in castra, non adhibebatur, vt diximus, nisi post sanatam lepram, vnde beatus Syluester, vt Romæ in æde Lateranensi scriptum cernitur, iubet ire ad ædem Lateranensem ad orandum, vt euntes (inquit) sine peccato, purificemur, & mundemur, sicut deus Constantinum a lepra liberavit, &c. & Clem. Rom. de quo supra iterum memini, in doctrinis apostolicis præcipit, diligenter considerare, num ex corde pœniteat, qui peccauit, dignusque sit, qui in ecclesiam admittatur, quod si talis visus fuerit, iubet dimittere absolutum indicto ieiunio duarum, aut iii. aut v. aut vii. hebdomadarum, hæc inquam quamuis ita sint, nihilominus tamen eos, qui in peccatis sunt, hortari debemus, vt solemus, ad ieiunia, orationes, disciplinas, eleemosynas, & alia huiusmodi, quæ ad satisfaciendum pro peccatis fieri solent, vt si forte hæc facientibus tribuat deus pœnitentiam peccatorum. Sed quia Euāgelici semper ad Verbum dei prouocant, pergamus, adhuc expla-



explanatius demonstrare ex scripturis sanctis huiusmodi satisfactiones pœnitentium pro peccatis commissis, & condonatis, & ut natura docet, in iudicio corrigendis. Quas Evangelici autem dire nolunt, quia in hac vita se ipsi iudicare nolunt, neque lugere, sed illic potius, ubi fiet iudicium sine misericordia, & erit fletus, & stridor dentium, ubi neque redemptio est, neque vlla fiet commutatio, aut redemptio pro anima. Ergo Apost. cum Cor. per litteras reprehendisset, quod incestum illum non eiecissent ex ecclesia, exprobrassetque illis, quod de illo gloriarentur, ac non potius luctum habuissent, ut eiceretur ex ecclesia, ita eos postea pœnituit, ut incestu eiecissent, & tã graui cœsura, ut nunc loquitur, afficerent, (sic. n. dilucidãdi causã interpretamur ἐπιτιμίαν) ut idem Apost. postea scriberet, sufficere incesto multã siue censurã istam, quã fiebat a multis, multi. n. etsi nõ omnes, eum vitabant; iuberetque rursus pœnitentem, & iam emendatum ecclesiasticã communioni restituere, Gratulans deinde Corinthiis de dolore, quem reprehensi, & obiurgati, ex suo, & illius Corinthii peccato cœpissent, multa (inquit) mihi fiducia est apud vos, multa gloriatio pro vobis. Et paulo post: Consolatus est nos deus in aduentu Titi, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestrum zelum pro me. Deinde subiungit, ita ut magis gauderem, quoniam etsi contristati vos in epistola non me pœnitent, etsi pœniteret, videns, quod epist. illa etsi ad horam vos contristauit, nunc autem gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Quæ perinde sunt, quasi diceret, hæc cum intellexissem, maiorem cœpi animo lætitiã, quã doluerim, quod dolore vos afficere coactus essem. Video enim quod etsi illa epist. tunc vos breui dolore affecit, tamen nunc habeo, quod magis gaudeam, non quidem quod dolorem cœpistis, sed quod sic cœpistis, ut pœniteret vos peccasse. Quod adhuc magis declarat subiungens, contristati enim estis secundum deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam ἀμεταμέλητον, id est stabilem, & nõ pœnitendam operatur, sæculi autem tristitiã mortem operatur. Comparat (inquit Theodoritus) dolorem pœnitentiã cum dolore, qui ex iactura, aut orbitate capitur, ille enim salutem parit veram, hic vero sæpenumero mortem. ex quo fit, ut qui plus

nimio

nimio dolent, eosdem aliquando solet immoderati doloris sui pœnitere, quod quidem in altero dolore secundum deum nunquam euenit. Tamen si enim immoderate quis peccata deflere videatur, tamen semper fructum lætitiã ex eo fletu percipit. Sequitur deinceps, Ecce enim hoc ipsum secundum deum tristari vos, id est, contristari in pœnitentiam, quantam in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed zelum, sed vindictam. Non sunt hæc scripta propter Corinth. illos tantum, sed propter nos etiam. de quo recte beatus Basil. admonuit, cum in reg. breuiori. c. v. quærit, quomodo debeat aliquis agere pœnitentiam, respondet enim, si ea fecerit, quæ propter alium, qui peccauerat, ab iis facta sunt, quos Apost. ait, secundum deum tristatos esse, & sic, ut Zachæus, commissa peccata multis recte factis cõtrariis compenset. Docet sanctus Anastasius patriarcha Antiochenus οὗ τῶ ὀδνητῶ tres esse ordines eorum, qui salui sunt, vnum, eundemque primum, eorum, qui non peccarunt, alterum eorum, quos digne pœnitet peccasse, tertium modum salutis esse per tentationes, & tribulationes, & tolerantiam. Aliquando. n. (inquit) eum, qui peccat, neque pœnitentiam agit, vexat malis deus, & vexatus venit ad humiliationem, scilicet pœnitentiã, & per hanc humiliationem saluus fit *χωρὶς ἀσκήσεως*, id est, sine exercitatione corporali, ut latro ille. De his (inquit) dictum est illud, in chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Idem rursus in alio loco loquens de baptismo lachrymarum. Siqui (inquit) sunt apud nos natura duro corde, & ad lachrymandum difficiles, quales sunt iracundi, si si tristantur secundum deum, pectus percutient, risum tenebunt, oculos deiiciet, ut det illis deus lachrymas. Huiusmodi fructus pœnitentiã dignos, qui satisfactiones quædam sunt, & vocantur, parere solet, & operari tristitiã secundum deum, quæ contritio appellatur. Qui fructus in primis demonstrant, non placere iam, neque probari peccatum illud, pro quo agitur pœnitentia, sicut de Corinth. illis scriptum est, In omnibus (inquit) exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Significat, tanquã iam castos non approbasse sacrilegam libidinem incesti illius, hoc enim significat, quod illos vocat ἀγνοῦς. Sed notemus illa sigillatim, quæ in Corinthiis operata est tristitiã secundum deum.

Primum

Primum enim operata est pœnitentiam, quæ enim secundum deum tristitia est, (inquit Apost.) pœnitentiam operatur stabilem in salutem. Esse autem pœnitentiã, desistere a peccatis præteritis conuertendo se ad deum, & ea agnoscere cum luctu, & fixo proposito deinceps recte operandi, intelligi potest ex Esa. hortans enim ad pœnitentiam Israelitas, qui ad Aegyptum

» confugerant, cum conuersus (inquit) ingemueris, saluus eris, &

» agnosces, ubi fuisti, cum confusus es in vanis. Hunc locum bene interpretans Theodorus Heracleota, puram (inquit) conscientiam designat, postquam quis recessit a peccatis, tunc enim clarissime cognoscit, & videt errores suos priores, quos prius nõ videbat, tanquã cæcus, &c. Hinc Dauid pœnitentiam agens, & peccata præterita agnoscens, ac lugens, Cor (inquit) meum conturbatũ est intra me, & virtus mea dereliquit me, & lumen oculorum meorum, ipsum non est mecum, quod erat cognoscere iam dolenter, vnde excidisset, & in quæ mala, & in quas tenebras præcipitasset, cum peccauit. Vnde existimo, fortasse dictum *μετὰ τὸν*, quasi *μετὰ τὸν* *ἁγίου*. Et magnus Athan. in quaestionibus ad Antiochũ principem. c. clxii. pœnitentiam esse ait abstinentiam a malo, item labores, lachrymas, & preces ad deũ pro remissione peccatorum præteritorum, & ex eo dici pœnitentiam, quod mentem a malo ad bonum transferat. Hæc erat illa pœnitentia, quam Apostoli prædicabant, de qua beatus Iohannes Bapt. aiebat, Ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam, idest, vt conuersi ad deum a peccatis; & ea agnoscetes, ac lugentes lauetis conscientias recte deinceps operando. post me autem veniet, qui ea auferet, quod erat baptizare in spiritu sancto, & igne. Sicut per Esaïam prædixerat, Quoniã lauabit (inquit) Dominus sordes filiarum Sion (hoc est baptizare, & abluere peccata) & sanguinem Hierus. (mortẽ Christi dicit, vt ait Euseb.) in spiritu iudicii, & in spiritu ardoris, spiritum iudicii vocauit iudicium diuinum, quod fecit de hoc mundo, cum in mundum venit, quo diabolus iuste damnauit moriendo pro nobis absque peccato, & nos liberauit configuratos per baptismum similitudini mortis eius. spiritum vero ardoris vocauit gratiam ipsius sacri baptismatis. non enim vt Cyrill. interpretans hunc locum ait, aqua sola, aut ex cinere vitulæ aspersimus ad solam emundationem carnis, sed in spiritu sancto, & igne

igne diuino, ac spiritali sordes nequitie in nobis consumente. Itaque quid sit pœnitere, vt mihi quidem videtur, satis ex Esaia, & ex Paulo intelligi potest, cũ ait in act. apost. annunciabã, vt pœnitentiã agerent, & conuerterentur ad deum digna pœnitentiæ opera facientes. Vt sit iã pœnitentia, conuersio ad deum a peccatis cum agnitione, & luctu ex eis, & cum operibus deinceps pœnitentiæ dignis, quæ sint contraria eorum, a quibus conuersi sumus. Vt sicut Apost. ait, deponentes mendaciũ loquamur iam deinceps veritatem, & qui furabatur, non amplius furetur, magis autem laboret, quod bonum est, manibus suis, vt habeat, vnde tribuat necessitatem patienti. Et beatus Basil. in comment. Esa. c. i. remittuntur (inquit) peccata, scilicet per pœnitentiam, si. n. ait, virtus totum animum occupet, & vitii contrarii odium generet, ita vt sponte quis abstineat manus ab aliena re, & æqualitatem seruet, vt quamuis facile, & clam possit auertere aliquid, & incommo dare alteri, & latere, malit tamen antepone re virtutem, cum sic (inquit) est animatus, remitti possunt ei iniuriæ priores. Similiter temperantia cum fixa, & immota sedet animo, intemperantias superiores, & libidines dissoluit, ac remittit. Hæc Basil. Hæc est ergo ecclesiæ catholice pœnitentia, quam scripturæ sanctæ docent, & apostoli prædicarunt. quæ ex tristitia secundum deum, idest, ex contritione cordis, tanquam ex causã inseparabili nascitur. Ex quo fit, vt nõ sit contritio pars eius, vt vulgo dici solet, neq; enim causã pars est effectus sui. de pœnitentiã loquor parte iustitiæ, quæ ad correctionem peccati adhibenda est. Vt enim est sacramentum, necesse est, vt, sicut de omni mysterio tradit diuinus Dionys. constet ex aliqua imagine, seu symbolo sub sensum cadente, quod est absolutio mystica, & sacerdotalis, p quã absolutio diuina, & celestis, quæ non cernitur, significatur, & tribuitur. constat etiam ex confessione peccatorum, a quibus fit absolutio, quæ confessio confessionem dei, qua confiteretur confitentes se, in mysterio significat, & conciliat, & ex contritione interiore, quæ est ipsã tristitia secundum deum de peccatis, quæ illa efficit, quæ Apostolus in epistola ad Corinthios secunda numerabit, & ex satisfactione, quæ est fructus pœnitentiæ dignus. Confuevit præterea verbum pœnitentiæ accipi vulgo pro opere quouis indicto, aut sponte suscepto propter peccata. Pœ-

Eeē niten-

nitentiæ ergo virtutem, & mysterium Evangelicæ ignorant, vel potius scire nolunt. Qui, quia tristari secundum deum nolunt, gloriantes de misericordia dei contra iudicium eius, totam penitentiam in sola noua vita, quæ alioqui propria est penitentia, sitam esse falso existimarunt. Sed persequamur reliqua, quæ tristitia secundum deum operatur. operatur enim sollicitudinem, siue studium lugendi, & orandi veniam, excusationem infirmitatis, & ignorantia, indignationem aduersus peccatum, metum iræ dei, desiderium salutis, zelum pro lege dei, vindictam sumptam de peccato non parcendo corpori per ieiunia, vigilias, cilicia, orationes, aliasque afflictiones. qui enim poenas peccatorum semel hic fuit siue a deo inflictas, siue a se vltro susceptas, siue a patre spirituali indictas, si a peccatis cessauerit, non punietur iterum pro eis, sicut scriptum est a Naum propheta, quod Corinthii & legerant, & prædicari audierant, non vindicabit Dominus bis in id ipsum in tribulatione. vindicabit dixit propheta, & inde Apostolus vindictam fructum penitentia dignum. Quod propheta Naum dixit, hoc Canon quoque apostolorum xxv. ad vindictam penitentialem, siue ad censuram canonicam retulit. Sic enim ait, episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus deponatur, & non excommunicetur, ait enim scriptura, non vindicabit bis in id ipsum. Deponi iubet, & non excommunicari, quia scilicet cessauerit a peccato, quod ex aliis canonibus intelligere licet, vt ex can. apost. lxxv. Si Clericus, (inquit) vel Laicus ingrediatur in synagogam Iudæorum, aut hæreticorum ad orandum, deponatur, & excommunicetur. Mulctatur enim hic, qui in peccato est, non qui fuit. Item in syn. Aurel. c. xiiii. Siquis clericus pecuniam dedit ad vsuram, aut conductor alicuius rei esse voluerit, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercent, depositus a clero, a communione alienus habeatur. hic quoque vindicta sumitur de eo, qui in peccato perseverat. Clarius adhuc in Valent. conc. c. v. Vagus, instabilisque clericus, presbyter, aut Diaconus si non obedierit episcopo, vt in ecclesia sibi assignata officium dependerit assiduum, quandiu in vitio permanerit, communione, & honore priuetur. Item in syn. Aurel. iii. cap. xix. Siquis superbia elatus officium suum indignatione quacunque implere contempserit, iuxta statuta priora a communione

munione retentus, & ab ordine depositus tandiu habeatur, sicut scriptum est, donec penitentia suppletione satisfecerit, id est, donec acta penitentia, cessauerit. Sed explanemus locum prophetae Naum, quo magis hoc genus vindictæ penitentialis constet, & confirmetur. Vastata ergo Samaria a Salmanazar cum aliis ciuitatibus Iuda, cum ii, qui ex illo incendio belli euaserant, in magno metu essent, ac propter metum ad regiones gentium confugerent, existimabant enim, non posse vinci Assyrios, seq; iterum in similem belli calamitatem venturos metuebant redeuntibus iterum Assyriis, idcirco deus comode eos per prophetam duobus promissis consolatur, & recreat, altero de captiuis aliquando liberandis, altero de Ninive vastanda. Ne ergo si metuerent rursus in idem malum incidere, ex metu occasionem caperent recedendi ex Iudæa ad gentes, interrogat, quid de deo cogitent, quid de eo sentiant, an durum esse, & vt ait Cyrill. *serm. lxxviii.* id est, difficilem ad placandum, ita vt duplices poenas de eodem crimine exigat, at erratis (inquit) valde, etenim si nihil faciatis a lege alienum, & quod deum ad iram prouocet, profecto non infliget secundam plagam, qui satis afflixerit vos propter præterita peccata. Sinite ergo (inquit) peccatum, & ipse sistet iram. Satis castigauit, miserebitur in posterum, si resipiscatis, non enim faciet consumationem, quod significat seruandas esse incolumes reliquias. Sic Cyrill. totum hunc locum interpretatur. Vt ergo sumpta semel a deo vindicta iusta de peccatis, non relinquitur altera de eisdem sumenda, sic sumpta a nobis sponte iusta de peccatis nostris vindicta, vt a Corinthiis illis sumpta fuit, non relinquitur alia de eisdem sumenda. Quod quidem Apost. in priore epist. ad Corinth. satis aperte docuit, cum hortans ad digne comunicandum, probet autem, inquit, se ipsum homo, num scilicet peccarit, & num peccatorum peniteat, agnoscatque se peccatorem coram spirituali iudice conscientia suæ, & erubescat in conspectu eius, petatque ab eo cum desiderio, & studiose precationem, & absolutionem, hæ enim sunt proprietates legitimæ confessionis, quibus eam Dionys. Areop. in c. de pie defunctis describit. Deinde subiungit Apost. Si nos iudicaremus, non utiq; iudicemur. Quem locum explanans beatus Cypri. in ser. de passione, qui (inquit) sui iudex, ac tortor est per penitentiam, non iudicatur a deo, qui non iu-

dicat bis in idipsum. Quare pœnitentes quia a se ipsis suscipiunt iudicatos, absoluit. Hæc Cypri. Sequitur deinde, Cum iudicamur a domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Quod si iudicari a domino, est corripi, ergo iudicari nos a nobis, erit profecto corripi a nobis, idest, vindictam sumere de nobis. Sic intellexit sanctus Maximus in secunda hecatontade. c. xli. Omne (inquit) peccatum committitur propter aliquam voluptatē, quæ extinguitur aut ἀσκήσεις, idest, dura quapiā exercitatione corporali, aut dolore voluntario per pœnitentiā, aut cœconomice illata aliqua calamitate, si enim nos diiudicemus, non utiq; iudicamur a domino. Hæc Max. Hortabatur ergo Apostolus Corinthios, ut cōmunicaturi in ecclesia, & postea ibidem veteri more conuiuium agitari; (quod olim post peracta sacra vſitatum fuisse, notauit Philon Alexand. in lib. de plantatione Noë, indeq; dictum μεθύειν, quasi μετὰ τὸ θύειν) inuicem expectarent, & in charitate compraderent. de quo nomen ipsum, quo eiusmodi conuiuium agapem appellabant, admonebat, ne si non facerent, propter ipsum corpus domini, quod indigne manducabant, iusto dei iudicio in ægritudinem, aut mortem, ut plerisque eueniebat, inciderent, ut sic pœnitentia peccati subeunte, & pœnis breuibus datis, damnationem, & æternas pœnas euaderent, ne si rursus huiusmodi pœnas non luerent, ut Photius ait, supplicio sempiterno afficerentur, ita enim interpretatur, cum hoc mundo damnari. Hoc igitur dei iudicium sibi manducat, & bibit, qui indigne manducat, & bibit. Itaque ut ad propositum redeamus, si sumere hic de se vindictam propter peccata in pœnitentiā, liberat a vindicta sempiterna, quia dominus non iudicabit bis in idipsum, dementes sunt, & sibi inimici, qui hic parcunt sibi, ut faciunt noui Euangelici, prudentes vero catholici, & cauti, qui pœnitentiā agentes exemplo illorum Corinthiorum, quos Paulus laudat, præter fletum, sollicitudinem, angorem, zelum, & desiderium, vindictam quoque de se sumunt, modicū nunc, sicut beatus Petrus ait, si oportet, contristati in variis tribulationibus, ut postea in enarrabili lætitia exultent. Idcirco propheta Naum postquam dixit, Non vindicabit dominus bis in idipsum, promittens Israelitis præter plagam inflictam, si a peccatis desisterent, non esse infligendam secundam, sed potius sublato regno Babyloniorum a Med-

dis, & Persis duce Cyro, liberandos esse ab omni calamitate, & in patriam reducendos, subiungit paulo post, Et nunc contemram virgam eius a te (Babylonium dicit) & vincula eius dirumpā, & præcipiet, de te dominus scilicet Cyro, aut angelis præfidibus populi Israelitici, ut Cyrill. interpretatur. Quæ quidē si ad nostram doctrinam scripta sunt, sicut Apost. ait, ut per cōsolationem scripturarum spem habeamus, profecto intelligere oportet, & sperare, similiter post sumptam vindictam breuem, & temporalem de peccatis nostris siue hic, siue in alio loco, qui est, & dicitur purgatorius, non superesse aliud supplicium, aut carcerem, in quem ligatis manibus iuxta parabolam euangelii coniciendi simus, hæc enim, scilicet supplicium, & peccata significant illa virga, & vincula, sed potius per ministerium angelorum transferendos esse in regnum dei, & vitam beatam, hoc enim significat in spiritu, quod statim subiungit propheta, Et præcipiet de te dominus, sicut est in euangelio, tunc exhibunt angeli, scilicet præcipiente domino, & separabūt malos de medio iustorum, & tunc dicet verus Cyrus præcipiendo iis, qui a dextris erunt, Venite benedicti patris mei, & quæ sequuntur. Ut autem intelligeremus, quorum ministerio, & cuius virtute huiusmodi liberatio fieret, subiungit, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. apostolos significat, & qui eis successerunt, episcopos, quibus dedit, ut Apost. ait, ministerium pacificationis, & reconciliationis, ac per eos presbyteris. Et paulo post idem propheta, Ascendit (inquit) insufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione. Cyrum dicit typum Christi, qui similiter cū dixisset apostolis, Pax vobis, insufflauit (inquit) & dicit eis, Accipite spiritum sanctum quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Hæc est potestas, quæ eruit a tribulatione, sicut ait Naum, quia scilicet virgā cōterit, & vincula dirumpit, idest, remittit peccata, & liberat a supplicio, & carcere sempiterno. Quia vero condonata culpa, & pœna sempiterna, natura ipsa, ut sæpe dixi, nos docet, correctionem quandam iniuriæ factæ, quæ pars iustitiæ est, fieri debere, ut æquum est, oportet, ut satisfaciendi, ac corrigendi causa vindictam temporalem sustineamus, ut aditus pateat in cœlum. Idcirco subiungit statim idem propheta, Contemplare viam, eam scilicet, quæ ducit ad Hierusalem cœlestem, sicut liberati a Cyro viam contemplantur,

plabatur, quæ ducebat ad Hierusalem terrestrem. Cõtine lumbos, esto virilis in robore multo. Vtrunque est eorum, qui forti animo carnem suam castigant in pœnitentiam, vt sine impedimento ad patriam tendant. Sed demonstremus iam hæc eadem, quæ in Corinthiis, quos nobis ad imitandum proposuit, & laudauit Apost. illa secundum deum tristitia ex peccatis, operata est, demonstremus, inquam, ad nostram doctrinam in psalmo Dauid xxxvii. qui totus est pœnitentialis, illam dico sollicitudinem, illum fletum, illam defensionem, indignationem, timorem, illud desiderium, zelum, vindictam. hæc enim sunt pœnitentiæ propria pertinentia ad satisfaciendum pro peccatis commissis, quæ semper oportet exemplo Dauid meminisse, ne deus eorum recordetur, sicut per Esa. monet, cum ait, Memento tu peccatorum tuorum, & ego non recordabor. peccatorum autem meminisse oportet, vt peccare desinamus. Sicut dominus Cain admonuit, inquit, Peccasti, quiesce. & Esa. Quiescite per uerse agere. Hoc est enim sabbatum spirituale, quod perpetuo agitare debemus, requiescentes hic a labore peccati, vt in requiem illam ingrediamur, qui est sabbatismus populo dei relictus. Idcirco psal. hic pœnitentialis inscriptus est, In remembrance, die sabbati. Ergo Domine, (inquit) ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas me. Ad metum pertinent hæc, quem hoc ipsum tritari secundum deum propter peccata, operatur. cui enim non dolet peccasse, neque de eo tristatur secundum deum, is quidem non timet iram dei in die iræ, & reuelationis iusti iudicii dei, quando iudicabit occulta hominum, & reddet unicuique secundum opera eius, iis quidem, qui operantur bonum, vitam æternam, iis vero, qui malum, tribulationem, & angustiam, quod est arguere in ira, & corripere in furore. Ibi enim iudicium sine misericordia fiet, sicut ait beatus Iacobus, ei, qui non fecit misericordiam, hic vero punit, vt pater.

Sequitur, Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Perinde est hoc, quasi precetur a deo, ne velit damnare ad æternas pœnas, quem peccatorum suorum penitentem in hac vita grauius punit, scriptum est enim, cum iudicamur a domino, corripimur, necum hoc mundo damnemur, & illud rursus Naum propheta, non vindicabit dominus bis in id ipsum, itaque infixas sagittas, & manum super se confirmatam

firmatam vocat grauem plagam persecutionis Absalonis, & eorum, qui illius partes sequebantur. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non est pax osibus meis a facie peccatorum meorum. Persistit in eodem timore iræ dei, quem vt dixi, tristitia secundum deum ex peccatis commissis operabatur. Dicit itaque, non esse sanitatem in carne sua a facie iræ dei, pro quo in alio psalmo pœnitentiali dixit idem propheta, turbatam esse animam suam, & conturbata esse ossa sua, pro quo hic dixit, nõ esse pacem osibus suis a facie peccatorum suorum. Quia enim vt Dionys. Areop. in diu. nom. notauit, scriptura sancta partes corporeas tribuit animæ, spiritum, & contemplationem eius vocat ossa, animam vero, siue sensum eius carnem. Itaque significat, sollicitum se esse sensu quidem propter cogitationem iræ, & supplicii, quod sentiet caro, spiritu vero propter contemplationem ipsorum peccatorum, quæ erit maximum tormentorum in inferno. Vtrunque ergo solet euenire ei, cui dolet peccasse, vt scilicet consideret iram dei, & supplicium, & ea consideratione valde afflicteretur, consideret etiam cum multo angore scditatem, & turpitudinem peccati ipsius. Sequitur deinceps, Quia iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Hæc erat causa, cur tantopere afflicteretur considerando peccata sua, quia scilicet grauiora erant, quàm vt mente cogitari possent, mens enim est symbolice caput quoddam animæ, vt idem Dionys. tradit. Et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Hoc etiam est proprium eorum, qui propter deum peccasse dolent, non quidem extenuare peccatum suum, sed potius exaggerare, & multo grauius existimare, quàm fortasse sit. Fœtuerunt, & corrupti sunt vibices mei a facie insipientiæ meæ. Hoc quoque notauit Apost. in Corinthiis illis, scilicet tristitiam secundum deum propter peccata operari vindictam, qui enim secundum deum dolet peccasse, vindictam de se sumit satisfaciendi gratia. Itaque vt vibices relinqui solent ex plagis, vt sicut ait Theodoritus in cõm. huius psal. diutius puniant, & vindicent, sic qui pœnitentiam agit, recordatur peccatorum ad affligendum se, & capiendum dolorem, quod est vindictam quandam de se sumere in pœnitentiam. Sunt itaque eiusmodi recordationes, & castigationes carnis velut vibices peccatorum. Quod autem ait, fœtuerunt, & putruerunt, significat, postquam cessassent peccata, relictam esse

se instar

se instar grauis odoris detestationem eorum, & horrorem, atque indignationem quandam aduersus peccatum, quam operatur tristitia, siue dolor peccatorum, sicut fœtida, & putrida stomachum mouere solent, & facere, vt ea studiosius vitemus, & fugiamus. a facie insipientiæ meæ dixit, quia hoc quoque est indignantis aduersus peccatum, accusare imprudentiam, & stultitiã suam in peccando ostensam. facies enim secundum idioma scripturæ significare solet ostensionem, & vt Græci dicunt, *ὄψις* *καὶ ἐμφάνειαι*, vt veteres notarunt. Sequitur, Miser factus sum, siue, vt magis Græcum interpretemur, afflicto sum, & incuruatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Significat hic propheta fletum, & pœnitentiam iugem, ac perpetuam, quam tristitia secundum deum, siue contritio operabatur, sicut Apost. de fletu, & pœnitentia Corinthiorum scripsit. qui. n. secundum sæculum tristatur, tristitiã eos pœnitere solet, quæ mortem operatur. quare qui sunt prudentiores, tũ ipsi studiose eam deponunt, tum aliis, vt deponant, & finiant, consulere solent. at tristitia secundum deum (inquit Apost.) pœnitentiam operatur *ἀμεταμέλητον*, idest, stabilem in salutem, per hanc enim viuit, & salua est anima. Illa ergo afflictatio, & incuruatio vsque in finem, & illud ingredi contristatum tota die, significat *τὸ ἀμεταμέλητον τῆς μετανοίας*, idest constanter, & perpetuo pœnitere peccatorum, & nunquam pœnitere fletus, & tristitiã iugis secundum deum, contra atque solet euenire in tristitia sæculi. Sequitur, Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Declarat, vnde tantus ille luctus, & tanta afflictatio, non enim vt dixi, ex sæculo, neque ex sæculi rebus amissis profecta fuit, sed ex peccatis, dei que offensione. Quod perinde est, quasi diceret, lugeo semper, & afflictor, quia vt explerem libidinem meam, delusi animam meam, delusi proximum, & irrisi deum. lumbi enim libidinem significant, & secundum idioma scripturæ sanctæ ludus dicitur coitus carnalis, sicut scriptum est, sedit populus manducare, & surrexerunt ludere. Sequitur, Et nõ est sanitas in carne mea. Significat, non solum luxisse, sed etiam corpori suo, in quod peccauerat, non pepercisse, sed potius pœnas de eo sumplisse ad correctionem iniuriæ in deum. quod magis adhuc declarat subiungens, afflicto sum, quod significantius dictum est Græce, *ἐγκαθάρω*.

*ἐγκαθάρω*. significat enim hoc verbum affligere carnem aliquo genere, vt ieiuniis, disciplinis, vigiliis, aliisque modis duris. quæ omnia quia ad humiliandum pertinent, vt in alio psal. idem ait, humiliabam in ieiunio animam meã, idcirco subiungit, & humiliatus sum nimis. hæc est proprie: vni dicta, quam tristitia secundum deum, sicut Apost. ait, operabatur. Sequitur, Rugiebam a gemitu cordis mei. Vt leo cum esurit, rugire solet, quærens quem deuoret, sic David suspiria ingentia ex intimo cordis instar rugitus depromebat esuriens, idest, vehementer desiderans veniam peccatorum, & dei misericordiam, ac salutem. quod vt magis declararet, subiungit, Domine, ante te omne desiderium meum, & suspirium meum a te non est absconditum. Hoc quoque Apost. notauit in pœnitentia Corinthiorum, cum dixit, hoc ipsum tristari secundum deum propter peccata, operari inter alia, quæ numerauit, desiderium, veniã scilicet & salutis. Suspirium vero vehementis desiderii index est. Cum enim vehementer eam rem desideramus, qua cum acerbo dolore caremus, suspirare solemus. Omne vero desiderium dixit, vt significaret, hoc se ex toto corde desiderare. Talis enim debet esse pœnitentia, vt omne desiderium sit sanandi animam. Tu ergo (inquit) scis, quid toto corde desiderem, quid suspirem. Sequitur, Cor meum conturbatum est, & dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Declarat magis, quid toto corde desideraret, nempe sanitatem animæ, quasi diceret, quod in alio psal. idem dixit, Sana animam meam, quia peccavi tibi. Consistit autem sanitas animæ in vnione cum deo, vt non distrahatur ab eo, & in robore, vt non succumbat tentationi, atque in scientia, vt probet, qua sit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta. Hæc ergo sunt, quæ in magnis peccatis, quorum medicina est pœnitentia, eueniunt, turbatio cordis, quæ est contraria paci cordis, quæ in eo consistit, vt omnes cogitationes eius ad pacem illam dei, quæ exuperat omnem sensum, per vnionem cum eo, quæ est illius diuinæ pacis participatio, recta via, & ordine tendat. hæc est summa Christianæ precepcionis, & desiderii, sicut Apost. significauit, cum ait, In omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione innotescant petitiones vestræ coram deo. Deinde subiungit, & pax dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias

tias vestras in Christo Iesu. Hanc igitur pacem cordis amiserat David, cum distraxit se a deo, cogitans, quæ carnis erant, ut placeret carni, cum defuit ei fortitudo ad resistendum. est enim peccatum, ut ait Dionysius, infirmitas, & virtutis defectus. defecit quoque lumen cognitionis, quæ deest omni peccanti. Adhuc itaque modum oportet meminisse peccatorum ad poenitentiam exemplo David, ut recordemur eorum, quæ amissimus, ut eo studiosius, & maiore cum desiderio remedium quæramus, & rogemus. Talis est recordatio peccatorum, quam tristitia secundum deum operatur. Hæc inquam sunt, quæ dolere oportet, per peccatum amississe. Sequitur, Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt, & qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Absalonem filium notat, quo nullus magis propinquus, ut egresso ex utero eius, ut idem David dixit de eo, qui tam multa vana loquebatur, cum populum aduersus patrem sollicitabat, & Achitophelem consiliarium suum, qui consilium dedit Absaloni de violandis concubinis patris in conspectu totius populi, & consilium de opprimendo David lasso eductis nocte per dolum xii. milibus virorum, item Semeiam illum nobilem ex familia Saul, qui vanissimis & contumeliosissimis conuitiis, & lapidibus regem vexabat. Sed quid David in tanta impietate, perfidia, contumelia, dolis? Ego autem (inquit) tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. & factus sum tanquam homo non habens in ore suo redargutiones. Apologiam, idest, defensionem quoque operatur tristitia secundum deum de peccatis, ut idem Apostolus in Corinthiis illis notauit. non enim veram poenitentiam præteritorum agit, qui eadem, aut alia committit. Sic ergo oportet, ut peccatorum nos poeniteat secundum deum, ut in omni re mundos nos esse ab omni inquinamento peccatorum, si opus sit, ostendere possimus. ut David ex linguæ continentia ceteras virtutes, & reliquam moderationem passionum significauit, sicut scriptum est, Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno circumducere totum corpus, idest, moderari omnes passionis. Sic Corinthii quamdiu incestum illum ex ecclesia non eiciebant, sed potius dissimulabant,

labant, & interim de eius nescio qua ingenii fortassis excellentia gloriabantur, peccato illius publico, cuius medicinam neglebant, communicabant, postea vero reprehensi ab Apostolo, tristari cœperunt secundum deum, quæ tristitia omnia illa operata est, quæ idem Apostolus numerauit, quæ sunt poenitentia digna. Sed prosequamur psalmum, Sequitur enim, Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me, domine deus meus. Precatur a deo veniam, quia in eo spem veniæ collocarit. spes enim quæ in eo pendet, non confundit. Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commoti sunt pedes mei, super me magna locuti sunt. Petit simul, & sperat, ut confirmet illi deus propositum non peccandi amplius propter zelum dei, zelum enim operatur tristitia secundum deum, ut in Corinthiis illis idem Apostolus obseruauit qui nisi dolerent peccasse non eiciendo Corinthium illum incestum, nihil profecto curassent, quod alii eorum exemplo apostolo non obedirent, nunc vero quia doluerunt, consequens fuit, ut zelum ostenderent pro obedientia erga apostolum. Sic in psalmo hoc, quia secundum deum peccasse dolet David, propositum est ei, non amplius peccare, ne ex peccato eius lætitiā aduersus deum capiant inimici, quod ad zelum dei pertinet. hoc enim significat secundum idioma scripturæ, illud, quia dixi, idest, statui, ne quando supergaudeant mihi inimici mei, sicuti cum lapsus fuerat idem David, inimici, & maleuoli insultabant, se que in eum efferebant. Quos ergo non poenitet peccatorum suorum, hi zelum dei non habent, neque apostolorum eius, qui nos docuerunt. Sequitur, Quoniam ego in flagella paratus sum. Non recusat flagella, quia sciebat, quod quem diligit deus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Vult ergo flagellari David, modo recipiatur tanquam filius, qui a filio exagitabatur. Hæc est vindicta, quam tristitia illa secundum deum operatur, ad quam qui paratus non est, consequens est, ut eundem non vere poeniteat. Sequitur, Dolor meus contra me est semper, quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & sollicitus ero pro peccato meo. Sollicitudinem quoque operatur contritio cordis, siue illa secundum deum tristitia ex peccatis, ut in Corinthiis quoque notauit Apostolus. & in hoc psalmo cernitur. Perinde itaque est, quasi diceret, quia tristitia, & dolor est mihi propter peccata mea, id-

circo semper illorum recordabor, & illa confitebor, deque illis recordandis, confitendis, ac legendis ero sollicitus. Deinde quia dixerat, ego in flagella paratus sum, exemplo suo docet, quomodo parati esse debeamus, non quidem ut patiamur male facientes, quæ enim gratia est (inquit beatus Petrus) si peccantes, & colaphizati suffertis? sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud deum, idcirco subiungit, Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt super me, qui oderunt me inique. Absalonem, & eos, qui eum sequebantur, notat. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebāt mihi, quia sequebar bonitatem. Sic. n. ceperat Absalon sollicitare populum aduersus patrem per calumniam iudicii, inquit, Quis me cōstituat iudicem super terrā, ut ad me veniant omnes, qui habent negotia, & iuste iudicem? mali ergo iudices, qui retribuunt mala pro bonis, Dauid calumniabatur, ac persequebantur, quia iustus, ac bonus erat. Itaque vera contritio, ac tristitia secundum deum efficit quidem, ut memores peccatorum nostrorum parati simus ad patiendum beneficientes, si, ut Petrus ait, volūtas dei nos pati velit, scientes, quia nouit deus pios de tentatione eripere. Ita ut confidenter oremus, dicentes cum Dauid, Nede relinquas me Domine deus meus, ne discesseris a me, intende in adiutorium meum domine deus salutis meæ. Libenter hunc psal. interpretatus sum, quod ex eo mea quidem sententia magis intelligi possint, & velut exemplis expressa sint, quæ obscurius propter summā breuitatem Apostolus de iis scripsit, quæ dolor secundum deum ex peccatis, operari solet, & debet. quæ magnus Basil. fructus pœnitentiæ dignos interpretatus est, qui ad rationem satisfaciendi, & iniurias peccatorum corrigendi pertinent. quibus cū Euangelicorum pœnitentia careat, consequens est non habere eos sanam, & integram pœnitentiam, sed mancā, & languentem, neque esse Verbum dei, ex quo non talis pœnitentia prædicatur, neque huiusmodi fructus boni expectari possunt. Quemadmodum enim vere eos peccatorum suorum pœnitere potest, quibus non est sollicitudo, & studium ea confitendi? qui iram diuini iudicii neque audire, neque timere, neque prædicari volunt? qui digna pœnitentiæ opera non curant, quorū studio odium præteritorum peccatorum comprobare, & exercere

ceræ queant? qui peccata commissa nulla ira, nulla vindicta persequuntur? quæ qui negligunt, quo quæso veniæ, & salutis desiderio teneri se demonstrabunt? aut quem zelū dei, & Euangelii Christi habere, qui, quæ ab Apost. & a propheta de vera pœnitentia ad nostram doctrinam scripta sunt, imitari nolunt? Sed ostendamus deinceps ex aliis scripturæ sanctæ locis, & exemplis huiusmodi vindictam ad satisfaciendum pro peccatis condonatis, quam dolor ex peccatis ipsis secundum deum, operatur, cum quo cetera, quæ Apost. in Corinthiorum pœnitentia laudat, & prædicat, connexa, & implicata esse oportet. Peccauit Dauid, quia vxorem Vriæ adulterauit, & virum gladio percussit, & illam postea in matrimonium accepit, quod ipsum deo, sicut ait scriptura, displicuit, quia scilicet id matrimonium approbationem eorum, quæ commiserat, continere videbatur. Peccauit etiam, quia fuit causa, ut Ammonitæ in eo prælio vincerent, in quo Vriæ iussu regis occisus est, atque ita nomen dei blasphemaretur, quasi infirmus esset ad resistendum hostibus. Postea vero admonitus, & reprehensus a Nathan propheta narrato illo diuitis, & pauperis dramate, & facta commemoratione beneficiorū, quæ a deo acceperat, ad pœnitentiam adductus, confessus est peccasse. Quia vero ut sæpe dictum est, ipsa naturalis ratio a deo instituta, ac informata nos docet, ut in actione iniuriarum fiat correctio, atque compensatio quædā, ut quia alter voluit facere, quod non debuit, patiat, quod non vult, & rursus alter, qui passus est, quod noluit, reportet, quod vult? Dauid autem non fecit vltro huiusmodi correctionem, vlciscens peccatum suum satisfaciendi gratia, quod est iudicare se ipsum, scriptum est enim, Et dixit Dauid ad Nathan, peccaui domino, non autem scriptum est, humiliavit se nimis, aut egit pœnitentiā valde, aut fleuit magno fletu, aut indutus sacco ieiunauit, ut de Ezechia, Manasse, & Niniuitis scriptū est, idcirco a dño iudicatus est. Qui postquam condonauit tū culpam, dicens p Nathan cōfitemi peccasse, Dominus quoq; trāstulit peccatum tuū, tum mortem sempiternā, dicens, non morieris, quia tamē actio iniuriarū erat, satisfactionē sibi fieri voluit temporalem, p mortē quidem filii de iniuria ob blasphemiam nominis dei, cui occasionē dedisset, & de alia iniuria, vxore Vriæ in matrimonium ducta, qd fuit grauius peccatū, quàm adulterium ipsum, vt



Theodoritus in quaestionibus secundi libri regum testatur, quia adulterii (inquit) causa exitit ardens libido, quae rationem oppressit, connubium vero habuit eorum, quae commissa erant, deliberatam approbationem. Idcirco vindicta fuit mors filii ex eo matrimonio suscepti, ne si viveret, patris esset vituperatio, & infamia. Ex quo etiam admonebatur idem Dauid, quanto grauius crimen esset, vituperatum fuisse nomen domini propter eum. Accessit quoque ad hanc vindictam, quam deus sumpsit, persecutio facta ab Absalone filio, imo etiam gladius, qui nunquam recessit a domo Dauid. Peccauit praeterea idem rex numerando populum, quod studio ostentationis, & quadam vanae gloriae cupiditate fecerat, ut ipse idem significauit, cum dixit ad Ioab, numera populum, ut sciam numerum eius, neque enim necessitate belli gerendi numerauit, ut Saul in Bethoc, cum vellet educere in Ammonitas, neque necessitate colligendi pecunias ad templi instaurationem, ut cum Ioadam, rege id petente, pecuniam a Moysese ad instaurationem templi constitutam colligere iussit. Cum ergo sic Dauid peccasset, agnoscens deinde culpam suam, & peccasse dolens, Peccauit (inquit) valde in hoc facto, sed precor domine, ut transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Impetravit quidem veniam culpam agnoscendo, confitendo, & veniam orando, tamen non correxit vltro iniuriam, iudicando se ipsum, & peccatum suum vlterius, ita ut qui voluisset facere, quod non debuit, rursus pateretur, quod non vellet, & deus, qui passus fuerat, ut humano more loquar, quod noluisse, rursus reportaret, quod vellet, ut naturalis ratio iustitiae postulabat. Non inquam correxit, neque compensandi, & satisfaciendi causa de peccato suo vindictam sumpsit agendo poenitentiam valde coram deo, siue ut est apud lxx. humiliando se valde ante faciem dei, ut de Manasse scriptum est, aut induendo sacrum, & ieiunando, ut de Niniuitis, & eorum rege, de quibus scriptum est, Et vidit dominus opera eorum, qui conuersi sunt de via sua mala, & miseratus est deus super malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, quod quidem significat & culpam, & item poenam temporalem condonasse, idcirco dominus peste trium dierum voluit, & quidem cepit, peccatum Dauid vindicare, donec tanta exitit poenitentia Dauid, & tantum desiderium satisfaciendi, ac


pecca-

peccatum suum vlterius, ut diceret grassante peste, Ego sum, qui peccaui, & ego inique egi, isti, qui mei sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. Itaque poenitentia multa, & voluntas moriendi promptissima reputata fuit illi ad iustam satisfactionem, atque ita cessauit pestis, liberatusque est reliqua omni poena. Est aliud exemplum huiusmodi vindictae poenitentialis in Exodo, cum populus abente Moysese fecit vitulam conflatilem, & adorauerunt eum, Moyses vero, ut adduceret eum ad poenitentiam, cum adhuc videret eum esse nudatum, scilicet propter idololatriam, iussit Leuitis, ut vnusquisque occideret fratrem, & amicum, & proximum suum, id est, iussit, ut occiderent principes, & auctores illius criminis, ita ut neque amicis, neque fratribus parcerent. cecideruntque illo die xxiii. milia. Simili proposito solet punire ecclesia catholica publica vindicta, quae publica poenitentia dici solet, eos, qui publice peccarunt, ut dolor, & pudor ad poenitentiam adducat. Quos enim non puduit publice peccare, suspicio esse potest, non facile eos peccati poenitere sui. Idcirco multatos prius, & dolentes ad poenitentiam postea ecclesia admittit, ut absolui possint a culpa, & per iustam satisfactionem ab omni poena liberari. Sic Paulus Corinthium tradidit sathanae, quem postea dolentem recepit ad poenitentiam. Moyses ergo postquam publica vindicta populum adduxit ad poenitentiam peccati commisi, orauit pro eo, inquit, Aut mitte hanc noxam populo, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti. Minatur dominus per Ez. falsis prophetis, quod non sint, ut alii puniendi, id est, ducendi captiui, & postea reducendi, in correctione (inquit) populi mei non erunt, & in scriptura populi Israel non scribentur, & in terram Israel non ingredientur. De hoc libro videtur locutus Moyses, cum petiit a deo, ut aut peccatum populo condonaret, aut eum de libro isto propter id peccatum deleret. Condonaui itaque culpam deus, sed vindictam minatus est, quam ad extremum sumpsit in deserto, cum occidit omnes, qui numerati fuerant a xx. annis, & supra in exitu ex Aegypto, exceptis Caleb, & Iosue, tum propter hoc peccatum, tum propter peccatum murmurationis, idque significat, quod dixit, Delebo eum de libro, & paulo post, Ego in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum, id est, quamuis Condo-

nem

Exo. 32.

Eze. 13.



nem culpam, tamen fiet correctio iniuriæ, vt iustitiæ ratio postulat. Itaque iudicauit eos, & corripuit, ne sicut Apost. ait, cum hoc mundo damnarentur. hoc enim significauit per Eze. cum ait, percit eis oculus meus, ne deletem eos, & non interfeci eos in consumptionem. Quod non tantum dictum est, quia filios eorum, quos in deserto interfecit, seruauit, sed etiam quia non sic eos interfecit, vt damnaret, imo ideo interfecit, ne cum hoc mûdo damnaret. Etsi enim deleuit eos de scriptura populi Israël, non tamé de libro uiuentium, de quo est in Apocalypsi beati Ioannis. Sic sensit beatus Hieronymus in comment. Eze. c. xx. scilicet non fuisse illos ad pœnas æternas damnatos, sicut de eis in Deut. scriptum esset, ego interficiam, & ego uiuificabo, quod perinde erat, quasi diceret, ego corripiam, ne cû hoc mundo damnem, in quos quidem nunquam sic post condonatum peccatum vindicasset, si ipsi de se vindictam pœnitentiæ dignam sumpserunt. quod minime fecerunt. Imo vix petierat murmuratiõnis, & aliorum peccatorum veniam, cum statim redibant ad peccatum, sicut scriptum est in psal. Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. & rememorati sunt, quia deus adiutor eorû est, & deus excelsus, & redemptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectû cum eo, neque fideles habiti sunt in testamêto eius. Sed quia rursus castigati quærebant eum, & reuertebantur, subiungit, ipse autem misericors, & propitius fiet peccatis eorum. Cum ergo quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sint, didicit ecclesia, ex his, aliisque huiusmodi exemplis, remissis a deo per pœnitentiam peccatis, vindicare ea, ne dominus iterum vindicet, non enim vindicabit bis in id ipsum, sicut scriptum est. Est autem huiusmodi vindicta pœnitentiæ propria, quam operatur dolor secundum deum de peccatis præteritis. Plura alia exempla ex diuinis scripturis commemorare possem, nisi hæc satis essent. Quorum omnium vim, & scopû vno verbo Apost. notauit, cum loquês de vindicta, quam deus causa correctionis iniuriæ, & satisfactionis pœnitentialis de peccatis nostris sumit, Si nos (inquit) diiudicemus, non utique iudicemur; (non enim vindicabit bis in id ipsum.) Cum iudicemur a domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

Sed

Sed quia rationes iudicandi se ipsum ac peccata sua vindicandi varias esse oportet, & accommodatas, ac congruentes variis generibus peccatorum, vt varia remedia variis morbis, nõ est autem omnium scientia, sicut Apost. ait, idcirco ecclesia Romana, quæ est omnium ecclesiarum parens, magistra, & caput, de huiusmodi vindictis, & correctionibus peccatorum faciendis regulas descripsit, quas Canones pœnitentiales vocant, & eorum libri sunt Pœnitentiale Romanû, Pœnitentiale Theodori Câtuariensis, Pœnitentiale Bedæ, ex quibus libris multos canones Burchardus in xix. librum decretorum, qui de pœnitentia inscriptus est, contulit, paulo illos quidem duriores, quàm nostri temporis multitudo vulgi a prisca illa nostrorum patrû disciplina non parum deflexa, & lapsa ferre posset. quos tamen scire oportet confessores, siue pœnitentiarios, quos vocant, tû vt ipsi partim in exemplum illius antiquæ seueritatis, partim in mollitiã nostræ consuetudinis intuentes melius diiudicent, quantum, & qua ratione mitigare, & relaxare oporteat, tû vt admonere possint eos, qui continentur, quanta olim huius, aut illius peccati canonica vindicta esset, ex quo fiat, vt ceteri timorem habeant, & ii ipsi, qui hoc, aut illud commiserunt, iterum fortasse non committant, & si quis velit eiusmodi canonicas multas vltro sustinere, magis peccata sua purificet, & idem magis, ac magis deo satisfaciat. In his autem libris etsi nõ omnium peccatorum, quæ infinita sunt, & incerta, pœnitentiales vindictæ, & canonicæ correctiones contineantur, tamen ex iis, quæ in eis descriptæ, & decretæ sunt, facile est ceteras definire similiter iudicando de similibus. Deinde, quia huiusmodi vindictæ instar medicinæ sunt, non sunt autem æque fortes ægroti omnes ad accipiendam medicinam, neque rursus æque omnibus medicina proficit, idcirco canonicæ curationis ratio ex prudentia, & arbitrio spiritualis medici pendet, vel ad temperadum modum, vel ad moderandum tempus, vel ad vtrumq;. Fuerunt itaque aliæ a principio relaxationes, siue redemptiones, quas vocant aliæ nunc. Dicam de illis prius exempli causa. Est in pœnitentiali Romano. Siquis ieiunare potest, & implere, quod in pœnitentiali scriptum est, bonû est, & gratias deo referat, si autem non potest, pro misericordia dei cõsiliũ damus tale, vt neque tibi, neque alicui necesse sit, neque desperare, neq;

Ggg

perire

perire. hæc enim est ratio grauiore pœnitentias relaxandi, ac redimendi. pro vno die (inquit) quem in pane, & aqua debebat ieiunare. 50. psalmos genibus flexis in ecclesia, si fieri potest, decantet, sin autem non potest, in loco conuenienti eadem faciat, & vnum pauperem pascat, & eodem die excepto vino, carne, & sagimine, sumat, quicquid velit. Si autem talis est, vt tandiu in genibus iacere possit, faciat sic intra ecclesiam, si autem non potest, in vno loco stando intente lxx. psalmos per ordinem decantet, & pauperem pascat, & eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat, quicquid velit. Rursus, Qui (inquit) in ecclesia genua centies flectit, id est, si centies veniam petierit, si fieri potest, vt in ecclesia fiat, hoc iustissimum est, sin autem hoc fieri non potest, secrete in loco conuenienti eadem faciat. Si sic fecerit, eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat, quicquid ei placet. Est etiam in eodem pœnitentia. Vt qui psalmos nõ nouit, vnum diem in pane, & aqua pœnitere debeat. diues tribus denariis, pauper vno denario redimat. & eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat, quicquid velit. Rursus, Pro vno (inquit) die, quo in pane, & aqua pœnitere debet, tres pauperes pascat. & eo die excepto vino, carne, & sagimine sumat, quod ei placet. Quidam dicunt xx. palmatas pro vno die valere. Rursus in eodem, Pro vna (inquit) hebdomada, quam in pane, & aqua ieiunare debet, ccc. psalmos genibus flexis in ecclesia decantet, & postquam psallerit, excepta carne, vino, & sagimine, sumat, quicquid velit. Item pro vno mense, quæ in pane, & aqua ieiunare debet, psalmos m. cc. genibus flexis decantet, sin autem hoc facere non potest, sine genuflexione sedendo, aut stando in ecclesia, si fieri potest, sin autem non potest in alio loco m. dc. lxxx. psalmos decantet, & omni die si velit, & se abstinere non vult, se reficiat ad vi. et si iiii. feriam, & vi. ieiunet, ad ix. & a carne, & sagimine, & vino toto illo mense se absteineat. isto ordine totus ille annus redimendus est. Qui vero psalmos non nouit, & ieiunare non potest, pro vno anno, quo in pane, & aqua ieiunare debet, det pauperibus in elemosynam xxii. solidos, & omni vi. feria ieiunet in pane, & aqua, & tres quadragesimas, id est, xl. dies ante pascha, & xl. dies ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ, & si aliquid ante festiuitatem remanserit, postea adimpleat, & xl. dies ante Natalem domini, in istis tribus qua-

drage-

dragesimis quicquid suo ori præparatur in cibo, vel in potu, vel cuiuscunque generis sit, istud æstimet, quanti pretii sit, vel esse possit, & medietatem illius distribuat in elemosynam pauperibus, & assidue oret, & roget deum, vt oratio eius, & eius elemosynæ apud deum acceptabiles sint. Rursus in eodem pœnitentia, Vnum quæque (inquit) hominẽ accedentem ad pœnitentiam si videris acriter, & assidue stare in pœnitentia, statim remissius age aduersus eum. hoc est relaxare, quod canones magni Basilii, Petri Alexandrini, & aliorum sanctorum patrũ, ac sanctæ synodi frequenter monent, & præcipiunt. Qui vero (inquit) potest ieiunare, quod impositum est ei, noli prohibere, sed permitte, magis enim laudandi sunt ii, qui celeriter debitum pondus soluere festinant, quia ieiunium debitum est pondus, & sic am dæum iis, qui pœnitentiam agunt. Quia si ieiunauerit, & compleuerit, quod illi mandatum est a sacerdote, purificabitur a peccatis. Quod si iterum ad pristina consuetudinem peccati reuersus fuerit, hic est, quo modo canis, qui reuertitur ad vomitum proprium. Omnis itaque pœnitens non hoc solum debet ieiunare, quod illi mandatum est a sacerdote, verum etiam postquam compleuerit ea, quæ illi iussa sunt, debet, quantum ipsi visum fuerit, ieiunare. Si enim egerit illa, quæ illi sacerdos præceperit, illa peccata tantum, quæ confessus est, remittentur. Si vero postea ex sua voluntate ieiunauerit, mercedem sibi acquirat, & regnum cœlorum. Hæc a nobis hæcenus ex pœnitentiâ Romano ideo recitata sunt, vt intelligamus, semper in ecclesia vsitata fuisse conuenienter naturæ, & scripturis sanctis peccatorum siue vindictas, siue correctiones, aut emendationes, siue satisfactiones, siue censuras, siue pœnitentias. his enim nominibus appellantur; quæ sunt instar medicamenti ad purificationem peccatorum necessariæ, tanquam fructus pœnitentiæ digni, quibus Verbum dei, quod ecclesia nostra prædicat, plenum est. Huiusmodi vero multas Cal. c. ix. art. lix. nõ compensationes, satis faciendique rationes fuisse ait, sed publicam testificationem, quod sic, inquit, multati prioris vitæ se pertæsos esse probarent. At Apost. de multa Corinthio illi incesto dicta, quam ἐπιτιμίαν vocauit, sufficit ei, inquit, scilicet ad satisfaciendum offensis. hoc enim significat, ἰκενὸν, quo verbo sic veteres patres vsi sunt. Vt magnus Athan. ἐν τῷ μείζονι λόγῳ

Ggg ii πδδ

ὡς δὲ πίστεως, ὅθεν ἐγενεον, τὸ δυνάμεινον ἀπὸ θανάτου ἐκαστὸν λαμβάνει σῶμα, ἵνα ὄψῃ τῷ θεοῦ λόγον μετὰ λαβὸν ἀπὸ πάντων ἰσχυρὸν γένῃ τῷ θανάτῳ, καὶ δὲ τὸν εὐοικίματον λόγον ἀφ' ἑαυτῶν διαμείνῃ. Nos vero vertamus ad verbum, Idcirco corpus sibi, quod mori possit, sumit, ut hoc ipsum corpus particeps Verbi dei factū, pro omnibus morte sua satisfaciat, ac propter Verbum dei, quod in eo habitavit, immortale remaneat. Sed ad reliqua, quæ Cal. dicit, postea respondebo. Deinde quia non omnium male habentium æquales sunt vires ad accipiendum medicinā, idcirco ne ægrotis, timidis, & ignavis necesse esset, ut est in ipso pœnitentiā Romano, desperare, aut perire, ut ex his, quæ recitata sunt, perspicui potest, semper in ecclesia catholica fuerūt redemptiones, ac relaxationes pœnitentiārum. Ut sicut in lege post emundationem lepræ, qui non poterat propter paupertatem offerre sacerdoti in sacrificium purificationis duos agnos, & ouem, & iii. decimas similæ, & olei sextarium, offerebat vnum agnum, & olei sextarium, & duos turtures, siue duos pullos columbinos; sic qui hoc, quod est in pœnitentiāli descriptum, non posset facere ad peccatorū purificationem, ut faceret illud, quod leuius sibi esset, & rursus si illud non posset, faceret aliud secundum censuram canonū pœnitentiālium in redimendo, & relaxādo, quorum normam in sacerdotali de peccatis corrigendis iudicio nunc quoque diligenter sequi oporteret, nisi tantā, & tam publica corruptela malæ consuetudinis alias redemptiones, & relaxationes postulare videretur. hæc autem sunt, quas vocant indulgentias, ab Evangelicis quidem impie irritæ, & exploræ, in ecclesiis vero catholicis peruulgatæ, & religioni semper habitæ. Sunt itaque indulgentiæ remissiones peccatorum per condescensum pontificis œconomice in Verbo dei factæ contritis, & confessis, nulla præterea indicta satisfactione, aut leuissima. Sic. n. Greg. vii. ante annos prope quingentos vim verbi huius declarasse mihi videtur, cū mittens huiusmodi indulgentias ad clerum, & populum Beluacensem, Moti (inquit) solita pietate condescendimus. Hic scilicet est condescensus ad condonandum pœnitentiāles satisfactions, & pœnas peccatis debitas. Deinde subiungit, explicans ad quid condescendat, & auctoritate beati Petri absolventes, indultam absolutionem continuo vobis per litteras nostras significare destinauimus. Eramus

mus itaque iam sicut ægroti illi, ut ait sanctus Pacianus in parænesi ad pœnitentiā, qui plagas aperiant, & tumores, medici sq; assidentibus confitentur, sed admoniti, quæ imponenda sunt, negligunt, & quæ bibenda sunt, fastidiunt, quod tale est (inquit) ac si dicat aliquis, ecce ego æger, ego vulneratus sum, sed nolo curari stomachum, & quæ sequuntur. Quis nunc pœnitentiā illas graues ferre vellet in iis præsertim, quæ quotidie fere peccamus? ut si quis verbi gratia, ut est in pœnitentiāli Rom. peccatum imputando fratri imponat, priusquam seorsum arguat eum, satisfaciens (inquit) tres dies pœniteat. Item, quicumque hospites non recipit in domo sua, sicut dominus præcipit, & propter hoc regna cœlorum promissit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, neque pedes lauerat, neque eleemosynam fecerat, tanto tempore plenter in pane, & aqua, si non emendat, pœniteat. Item clericus habens superflua, donet ea pauperibus, sin autem, post pœniteat. tempore, quo viuat, in contritione, & in pœnitentiā remota viuat. Rursus, Pro modico (inquit) furto xx. dies pœniteat, qui est xx. annorū puer. Qui est decem annorum aliquid furti faciens vii. dies pœniteat. Et si quis permiserit hæretico, missam suam celebrare in ecclesia catholica, & nescit, xl. dies pœniteat. credo propter negligentiam, quæ effecit, ut nesciret. Item si quis inhonorauerit patrem; aut matrem, tres annos pœniteat. Item qui neglexerit visitare infirmos, & non venit ad eos, qui in carcere erant, & nō subministravit eis, x. dies in pane, & aqua pœniteat. Rursus, operatus aliquid in die dominica, tres dies in pane, & aqua pœniteat. Qui per ebrietatem vomitū facit, si presbyter, aut diaconus est, xl. dies pœniteat, si laicus xv. Siquis per cupiditatem peierauerit, omnes res suas vendat, & pauperibus distribuat, & monasterium ingressus iugi pœnitentiā se subdat. Si ergo hæc ceteraque huiusmodi, quæ assidue peccamus, similibus pœnitentiis multanda essent, quàm multas pœnitentiā debere mus? quas quidem, ut est in eodem pœnitentiāli Romano, ne necesse esset, aut desperare, aut perire, oportuit redimi, siue excusari, ut utar verbo pœnitentiāli, per redemptiones, ac remissiones pontificis secundum indulgentiam. Motus enim pietate in deum, & charitate erga filios suos utiliter ut ita dicam;

dicam; condescendit infirmitati hominum. ut enim Iuro Carnotensis auctor multa decretorum scientia eruditus ad Vdem archiepisc. Lugd. apostolicæ sedis legatum scripsit, non damno se rigor canonum remittitur, vbi multorum utilitati prouidetur. quæ etiam est causa, ut presbyteri cum pœnitentes absoluant, ut multitudini consulant, paruas etiam pœnitentias œconomice, indicere soleant. Itaque cum innumerabilia peccata in vita committamus, quibus remissis, plurimorum annorum pœnitentiæ secundum ecclesiasticas regulas canonum Pœnitentialium ratione iustitiæ naturalis, & conuenienter scripturis sanctis, ut satis ante docuimus, debeantur, ne multitudo infirmorum, & eorum, qui adhuc carnales sunt, nimia tristitia absorberetur, ut de incesto illo Corinthio ad ecclesiam reuocando dixit Apost. necessaria, & salutaris œconomia visa est ecclesiæ, si fieret ad consolationem fidelium huiusmodi redemptiones satisfactionum, siue vindictarum canonicarum, id est, quas ad normam canonum pœnitentialium indicere oportebat. Quis enim de vulgo fidelium infirmus non desperaret, aut non periculose affligeretur, aut non confessionem fugeret, si videret sibi pro multitudine innumerabilium peccatorum, quæ per vniuersam vitam committit, multorum fortasse milium annorum multam secundum canones pœnitentiales sufferendam esse? Quare quod dixit Apost. de Corinthio illo recipiendo in ecclesiam ad pœnitentiam, ne desperaret, satis est ei, qui eiusmodi est, obiurgatio, quæ fit a pluribus, ita ut magis condonatis, & consolemini, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est, propter quod obsecro, ut confirmetis in illi charitatem, Similiter Pont. iis, qui, ut idem Apost. ait, contristati sunt ad pœnitentiam secundum deum, quique peccata sua confessi sunt, ne abundantiore tristitia ob gratuitatem vindictarum pœnitentialium quodammodo absorbeantur, dicere videtur, cum vindictas peccatorum ecclesiasticas, & canonicas in remissionem peccatorum secundum indulgentiam relaxat, & condonat, satis est eis, qui eiusmodi sunt, id est, contritis, & confessis loco vindictæ, & satisfactionis, ipsius tristitiæ secundum deum labor, & confessionis pudor. In quo dixit Apost. de multa Corinthio dicta, id est, satis est ei, ad satisfaciendum scilicet, unde qui Græce de hac re scripserunt, ut Manuel Chaleca, & alii, quas

nos

nos satisfactiones vulgo dieimus, illi ἱκανοποίηματα, & satisfacere dicunt ἱκανοποιεῖν. Sic Magnus Ath. hoc verbo ἱκανόν vsus est, ut paulo ante notauimus. & ἐπιμίαν dixit Apost. in eodem loco, eiicia pluribus ex ecclesia, quæ ἐπιμίον quoque dicitur, quoniam nomine synodi, & ecclesiastici patres totum hoc genus satisfactionum pœnitentialium, seu canonicarum multationum appellare consueuerunt. quas pontifices ad recreandas conscientias, & purificanda peccata secundum indulgentiam facere solent ex charitate, quæ benigna est ad parcendum, & operiendum multitudinem peccatorum. Subiungit autem Apost. Cui autem condonastis, & ego, nam ego siquid condonavi propter vos in persona Christi condonavi, ut non circumueniamur a satana. non enim cogitationes eius ignoramus. Condonat Apost. incesto pœnitenti, & Corinthiis presbyteris idem facere, & in ecclesiam recipere iubet, quia sciebat, quod scribit Clemens Rom. lib. iii. de doctrinis apost. accedere statim dæmones ad eum, qui ex ecclesia eiectus est, tanquam lupos (inquit) agnum deuoranturos, etenim eorum pater diabolus homicida est. Deinde subiungit, & qui tua impudentia, & temeritate iniuste eiectus est, mœstitia oppressus, & animo fractus ad gentiles se auertet, & hæresibus capietur, & omnino ab ecclesia, & ab spe in deum, alienabitur, & erit impietatis laqueis irretitus, &c. Huc enim totum consilium, & studium, ac cogitatio satanæ spectat, ut huiusmodi mala eueniant, in quæ se desperati præcipitare solent. Hoc ergo est, quod Apost. significauit, cum dixit, ut non circumueniamur, id est, opprimamur a satana; non enim cogitationes eius ignoramus, quod est reuelare faciem indumenti eius, ut ait beatus Iob, cum diabolus describit. Similiter nunc si non fierent secundum indulgentiam pont. remissiones peccatorum relaxatis vindictis, quæ ad normam seueram, & duram canonum pœnitentialium satisfactionis, & correctionis causa purificandis peccatis indicendæ erant, profecto cogitatio satanæ esset, opprimere diffidentia, & desperatione purgationis conscientias nostras, cum cogitaremus tamen illam seueritatem veteris correctionis ad normam canonum pœnitentialium, tamen hanc lenitatem, qua nunc presbyteri propter multitudinem imperfectorum œconomice vtuntur. Quis enim ex infirmioribus non vehementer affligeretur, aut desperaret? Certe metuendum esset,

ne non

ne non pauci circumuenirentur a satana, cuius studium, & cogitatio eo esset intenta, ut spem amitteremus intrandi in castra caelestia, nisi post purificationem peccatorum annis innumerabilibus partim hic, partim in alia vita in igne purgatorio perficiendam. Quae esset causa, ut fortasse non pauci, sicut Apost. de quibusdam ait, mallent se desperantes tradere omni nequitiae. Pontifex ergo consolandi gratia, & tanquam charitatem habens, vindictas peccatorum secundum canones poenitentiales ad correctiones earum praescriptas, & constitutas redimit nobis in persona Christi, tanquam vicarius, & minister eius. Si enim iudicia poenitentium, inquit poenitentiale Romanum, praeter presbyteros, & episcopos nulli usurpare sibi debent, profecto primo episcopo imprimis conuenit haec potestas, cui singulariter, ut ait mag. Leo, dictum est in Petro principe apostolorum, Tibi dabo clauas regni caelorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. per quem tanquam per legitimum successorem Petri principis apost. tribuit deus, ut idem Leo pont. ait, quicquid infra eum non negat. Ex his quae haecenus dicta sunt, intelligi potest, quid sit, indulgere remissionem tot dierum, aut annorum de iniunctis poenitentibus iuxta decretalem Innoc. iii. ca. cum ex eo est scilicet concedere pontificem descendendo infirmitati humanae secundum indulgentiam, ut quantum culparum, & poenarum in purgatorio luendarum redimi poterat implendo hic poenitentias tot dierum, aut annorum in ecclesiastico poenitentiario secundum iudicium verum ecclesiae praescriptas, tantumdem redimatur siue per solam contritionem, & confessionem cum studio, & desiderio huiusmodi remissionis, siue per contritionem, & confessionem cum aliquo opere parui fortasse laboris, non. n. vindicabit dominus bis in id ipsum. Ita ut si decem milia annorum purgationis peccatorum in altero seculo faciendae redimenda erant in hac vita per poenitentias canonicas totidem annorum in ieiuniis, vel orationibus, vel eleemosynis, hanc redemptionem secundum indulgentiam pontificis per solam contritionem, & confessionem accedente studio, & zelo huiusmodi indulgentiae consequamur. Item si implendo poenitentias omnes canonicas omnibus peccatis nostris constitutas redimere licebat omnes culpas leuiores,

res,

res, & omnes poenas purgatorii debitas, descendit pontifex nostrae infirmitati, ut concedat secundum indulgentiam, per dolorem ex peccatis cum confessione, & zelo huius gratiae hoc ipsum consequi, id est, ut remittantur nobis omnes culpa leuiores, & poenae purgatorii, quae est, & dicitur plena indulgentia. Iubileus vero dici solet, siue priuatus sit, siue publicus, cum ad huiusmodi plenam remissionem accedunt aliae gratiae, & facultates ut eligendi patrem spiritualem, commutandi vota certa, & in peccatis pontifici reseruatis absoluedi omnes Confitentis. Dictum ergo est, quid pontifices ad huiusmodi remissiones peccatorum secundum indulgentiam per redemptionem canonicarum poenitentiarum a principio mouerit, scilicet charitas erga populos eis commissos, & quae ratione mouerit, quia scilicet sic oportebat infirmorum multitudini prouidere, ne feritas poenitentialium correctionum eis *diuini*, id est, in castitiam grauem, ac desperationem compelleret, & qua potestate hoc faciant, scilicet potestate ligandi, & soluendi, quae dispensatur presbyteris per episcopos, & episcopis per primum episcopum, qui est pont. Romanus. cuius potestas quo propius ad deum accedit, ut ex epistola Dionys. ad demoph. intelligi potest, eo est diuinius, & quo est vicinior vero lumini, eo est splendidior, maioremque habet purgandi, illuminandi, & perficiendi vim. Et ut idem Dionys. in caelest. hierar. tradit, sicut apostoli per se a deo, id est, non ab hominibus, neque per hominem, sed a Iesu Christo perfectius in diuinis instructi, & consumati sunt, quam deinceps episcopi per apostolos, sic primus vicarius Christi, immediatus, ut ita dicam, licet per ministerium hominum plus a deo potestatis spiritualis, quam alii episcopi, cum ad alia, tum ad huiusmodi remissiones accipit. Ipse ergo confusus passione Christi dei nostri, quam ille in se passus est semel, & in sanctis suis semper patitur, & auctoritate gratiae pontificalis fretus huiusmodi remissiones facit. Nisi enim Christus pro nobis mortuus esset, & resurrexisset, adhuc essemus & peccati rei, & mortis sempiternae debitores, ac proinde nihil facere possemus, ut in requiem caelestem admitteremur. Sicuti in lege qui non erat per primum sacrificium, quod erat symbolum mortis Christi, a lepra mandatus, non poterat per secundum, quod ex virtute primi pendebat, purificari, ut in castra deinceps in-

H h h gredi

gredi possit. Dignitas autem pontificalis, quæ charisma, siue gratia est, propter vicinitatem diuini luminis tanti meriti, & auctoritatis est, vt facere possit, quod alii episcopi, & sacerdotes nisi per eum non possunt. sunt enim, vt ait Dionys. sacerdotes post episcopos *ἑποσκοῦντες* diuinarum iustificationum, quasi dicamus interpretes, & ministros, similiter dicere licet de episcopis post pontificem. Auctoritas ergo pontificis ad liberandum plene secundum indulgentiam cōtritos, & confessos a vinctis culparum, nititur in passione Christi, & passionibus sanctorum, quæ pertinent ad posteriores Christi passiones, idest ad eas passiones, quas Christus in sanctis suis passus est, & patitur semper post illas suas primas, quas vsque ad mortem crucis pro peccatis nostris pertulit, & existit, ac nascitur ex vicinitate non loci, sed dignitatis, quæ vicinitas dignitatis idoneum facit pontificem ad participandum huiusmodi potestatem diuinam, quam potest, si velit, cum aliis episcopis, & sacerdotibus communicare. Deinde hæc dignitas, & gratia pontificalis commendat ipsius pontificis preces, quas idem pontifex pro cœmii loco in huiusmodi indulgentiis adhibere solet, offerens deo tãquam summus sacerdos in sacrificium purificationis nostra parua ieiunia cum contritione, & confessione, aut breuiculas preces nostras, aut peregrinatiunculas, aut tenues, & minutas elemosynas, aut etiam solam contritionem, & confessionem, quæ ipsi per nos tanquam pauperes quasi duos turtures, aut duos pullos columbinos ad redimendas pœnas, & vindictas peccatorum in ecclesia dei secundum indulgentiam pontificis offerimus. Scriptum est de Aaron vetere pontifice in Ecclesiastico.

» Ipsum elegit ex omni viuente offerre sacrificium deo, incensum, & suauitatem odoris in memoriam ad placandum pro populo. idest, elegit Aaron, & filios eius ad sacrificandum domino in holocaustum, & pro salute, & pro peccato, & ad offerendum thymiama in odorem suauitatis, in memoriam, Vt scilicet recordaretur populi sui, fieretque ei propitius, sacrificio placatus, vt cum accepto thuribulo, crescente seditione illa a Core concitata, stans Aaron inter mortuos, & viuentes, vt est in Num. pro populo deprecatus, deum placauit. Subiungit deinde, dedit eum præceptis suis, potestatem in testamētis iudiciorū,

» docere Iacob testimonia, & illuminare Israël in lege sua. Aar-

nis

nis (inquit) & filiorum eius fidei, & studio mandata sua commisit deus, sicut apud Malachiam prophetam scriptum est, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius. deditque potestatem in testamētis iudiciorum, idest, dedit ex lege testamēti Mosaiici potestatem iudicandi, vt de omni specie lepræ, de adulterio suspecto, & de omni causa, & controuersia difficili, & ambigua. Dedit præterea, vt doceret populū testimonia, cuiusmodi est, quod scriptum est in Deut. Si feceritis malum coram domino deo vestro, vt irriteis illum, restor cœlum, & terram, cito perituros esse de terra. & rursus, Ecce dedi ante faciem tuam hodie vitam, & mortem; bonum, & malum. si audieritis mandata domini dei vestri, quæ ego præcipio vobis hodie, vt diligatis dominum deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & custodiatis iustificationes eius, & mandata eius, atque iudicia, & viuetis. Et si auersum fuerit cor tuum, & non audieris, annuncio tibi, quod per eas. & paulo post, Testes inuoco hodie cœlum, & terram, quod proposuerim vobis vitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem, & quæ sequuntur. Dedit illuminare populū in lege, idest, docere ritus, & ceremonias legis. Deinde subiungit, Quoniam steterūt alieni contra eum, & propter inuidiam circumdederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan, & Abyron, & congregatio Core in ira. Scilicet cōtenderunt cum Moyse de principatu ob inuidiam Dathan, & Abyron. Et Rubenitæ, ac Coritæ Nunquid, aiunt, soli Moyse locutus est deus, quia soli Aaron dedit sacerdotium? Annon omnis synagoga domini sancta? Et quid est, quod Aaron fungitur sacerdotio? Hæc autem nō sunt scripta propter Aaron, & Israëlitas tantum, sed propter nos etiã, qui quæ illis figurata fuerūt, & quæ cupierunt videre, & non viderunt, tenemus. ergo Euāgelicæ hierarchiæ pōtifex, cuius typus fuit Aaron illius Mosaiicæ Hierarchiæ summus sacerdos, habet in populo Christiano secundum legem noui testamēti potestatem iudiciorum, de qua dominus dixit in euāgelio Petro, & in eo ceteris successoribus, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Ad quam potestatem pertinet, pœnitentes liberare secundum indulgentiam a vinctis peccatorum. Hic pontifex ad imitationem illorum testimo-

H h i i niorum

niorum veteris testamenti, quæ dedit deus Aaroni ad docendū populum, ut est in eccl. dicere potest, imo dicit *ἡ σωτηρία*, quod scribit Clemens Roman. lib. ii. de apostolicis doctrinis, Dicat (inquit) episcopus ei, qui peccauit, conuertere tantum, & ego pro te suscipiam mortem, ut dominus pro nobis suscepit. bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Sic cogitandum est, dicere pontificem, cum pœnitentibus peccata remittit secundum indulgentiam, tristamini digne secundum deum propter peccata, & confitemini, & redimite sic secundum indulgentiam pœnas peccatorum, ad quorum purificationem indicenda erant vindictæ ad normam canonum pœnitentia- lium, quos iudicium ecclesiasticum constituit, & ego suscipiam pœnas peccatorum pro vobis. Hoc testatur Pontifex, cui dedit deus, ut doceret populum testimonia, & iudicia, qui est nos- ter iudex, & sponsor. Hanc potestatem iudiciorum summo sacerdoti in ecclesiastica Hierarchia tributam quia præ inuidia Lutherani ferre non potuerunt, in eam tanquam noui Coritæ conspirarunt, quod est quasi conspirasse in Christum, & dicere, An soli Christo locutus est deus, quia soli Pëtro, & pōtifici Ro- mano dedit summum sacerdotium? Annon omnes sumus iudices, & sacerdotes? Hæc est Euangelicorum blasphemia, quorū pars cum Dathan, & Abyron, & cum ceteris eorum sociis Ru- benitis, & Coritis. Hæc, in quâ, potestas iudiciorū, quæ data est summo sacerdoti, quæ in ligando, & soluendo versatur, quia in persona Christi, ut Apost. ait, per pontificem Christi vicarium exercetur, consequens est, ut in virtute passionis, ac resurre- ctionis eius exerccatur. Qui enim nō violente eripiendo ex po- testate diaboli, sed in iudicio, & iustitia, ut ait Esa. id est, moriēs pro peccatis nostris factos mystice in baptismo participes pas- sionis eius, & mortis, ac resurrectionis, a peccatis, & pœnis eo- rum sempiternis iuste nos liberauit, idem rursus, si postea pec- camus, per ministerium vicarii sui propter eandem passionem suam factos iterum mystice per obedientiam in sacramento pœ- nitentiæ, & confessionis participes eiusdem mortis, & resurre- ctionis, (per tristitiam enim secundum deum in sacramento pœnitentiæ commorimur Christo, cuius anima propter pecca- ta nostra tristis fuit vsque ad mortem, quam semel passus est p- peccatis nostris, per mysticam vero absolutionem sacerdotia- lem

lem reuiscimus, & dimittimur a deo liberi, qui prius eramus ligati, & mortui exemplo illius Lazari a Christo suscitati) factos inquā, in mysterio pœnitentiæ participes mortis, & resurrectionis Christi iuste liberat a peccatis, & pœnis non solū æternis om- nium peccatorū, sed tēporalibus itē omnium peccatorū, aut partis eorū secundum modū indulgentiæ, qua eidē vicario Chri- sti secundū iudiciū spirituale vtendū esse videtur, a pœnis dico tēporalibus, quas pro mensura peccatorū ad correctionē iniu- riæ factæ, quæ est pars iustitiæ naturalis, post impetratā veniā eorū, ut natura, & scripturæ sanctæ nos docent, debemus. Eadē repetere sicut Apost. ait, mihi quidem non est pigrum, eis autē, qui hæc lecturi sunt, fortasse necessarium. Hinc ergo intelligi potest, quid sit iuxta bullam Iubilei Clem. vi. merita passionis Christi, & sanctorum eius esse thesaurum indulgentiarū, quid item sit, dispensari, & applicari hunc thesaurum per pont. quæ perinde sunt, ac si dicatur, dispensari huiusmodi remissiones peccatorum per ministerium summæ potestatis ligandi, & sol- uendi pontifici tributæ, in virtute passionum Christi, quas in se passus est, pro nobis, & quas passus est, & quotidie patitur in sanctis suis, qui ad imitationem Christi beneficientes passi sunt, dispensari, inquam, iis, qui facti sunt prius per sacramenta participes ipsius passionis Christi. Sancti ergo, qui ad imitatio- nem Christi passi sunt pro ecclesia dei ex charitate, semper ve- lut deprecatores, & aduocati easdem passionem tanquam sacri- ficium offerunt deo pro nobis ad remissionem peccatorum no- strorum, offerunt, inquam, in Christo, cuius fuerunt socii pas- sionum, imo & Christus, qui in eis quodammodo passus est, horum passionem simul cum passione sua offert pro nobis factus apud patrem pro peccatis nostris aduocatus, & propitiatio, & apprensio, sicut Apost. ait, vultui dei pro nobis. Hoc si- gnificabat Apost. ut Origenes in lib. Num. c. x. interpretatur, cum de morte sua quasi de quodam sacrificio, & oblatione lo- quens, Ego enim (inquit) iam delibor, libatio enim ad sacrificiū pertinet. Rursus idem Apost. optabam (inquit) anathēma esse pro fratribus meis, id est, hostia fieri, & tanquam victima macta- ri, sic enim idem Orig. in lib. Num. c. xxiiii. interpretatus est. & Photius Constant. notauit in lexico suo *ἡ δὲ ψυχή* dici attice, quod communi lingua *ψυχή*, quod verbum declarat, quic- quid



quid deo oblatum est. Ait itaque Origenes, Siquis iustorum hominum, vel etiam sanctorum prophetarum, aut Apostolorum sit, qui enixius interueniat pro peccatis hominum, hic pro propitiatione diuina velut aries, aut hircus, aut vitulus oblatum esse in sacrificium ad purificationem populo impetrandam accipi potest. An non videtur (inquit) ut aries, aut hircus holocaustum se obtulisse Paul. pro populo Israël, cum dicebat, optarem ipse anathema esse pro fratribus meis? Audi enim alio loco dicentem, iam enim ego delibor. Haec tenus Origenes. Passi ergo sunt sancti ex charitate pro ecclesia dei, quorum sanguis instar sanguinis Christi melius clamat, quam clamabat sanguis Abel de terra, qui, ut ait beatus Cyrillus, contra homicidam clamabat, expetens scilicet resurrectionem mortuorum, in qua iusti resurgent in resurrectionem vitae, iniqui vero in resurrectione iudicii. Sanguis vero Christi, & ad eius imitationem sanguis martyrum noui testamenti, postquam resurrexit Christus primitiae resurgentium, & in eo sancti omnes, non iam iudicium, & vindictam clamant, sed veniam, & misericordiam peccatis nostris. Illud enim in Apocalypsi beati Ioannis de animis illis interfectorum propter Verbum dei, qui clamabant voce magna dicentes, vsquequo domine non vindicas sanguinem nostrum? de illis fortasse prophetis, & sanctis viris scriptum est, qui ante resurrectionem Christi passi sunt, quibus facta erat resurrectionis promissio. quae quidem sicut beatus Paul. in act. apost. ait, adimpleuit filiis eorum, nobis resuscitans Iesum primogenitum ex mortuis, cum quo suscitabit nos, sicut idem Apost. ait. Clamant ergo nunc sanguis Christi, & passiones sanctorum eius pro peccatis nostris, idcirco simul cum Christi passione, & eius meritis merita, & passiones sanctorum in huiusmodi remissionibus pontificum secundum indulgentiam commemorari, & implorari solent, ut quae multum valeant apud deum pro nobis, multumque charitatem, & preces, & indulgentias pontificum, & nostrum zelum, & studium, ac poenitentiam apud eundem commendent. Adhuc itaque modum ex passionibus Christi prioribus, & ex passionibus eiusdem posterioribus, quae sunt passiones sanctorum, tanquam ex thesauro quodam huiusmodi remissiones peccatorum secundum indulgentiam pontificum depromuntur. Quas quidem passiones, & passionum merita,

merita, summus sacerdos, seu victimas odore suauitatis plenas in sacrificium purificationis pro peccatis nostris offert deo uiuenti, cum ad istas remissiones secundum indulgentiam condescendit excitans nos ad desiderium, ad fletum, ad zelum, ut nobis cum iudicio, & voluntate eius consentientibus fiat ab eo in persona Christi remissio peccatorum vel ex toto, vel ex parte, sicut scriptum est, Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est, id est, si is, qui corrigitur, in idem propositum venerit cum eo, qui corrigit, de omni re, id est, de omni peccato, cuius relaxationem, siue remissionem petierint, dabitur eis. Etenim nisi cum corrigente, consenserit is, qui corrigitur, non iam relaxatio fit, sed religatio conuenienter illis verbis, quae proxime antecesserant, Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelis, & quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in caelis. Sic beatus Basilius ut alio loco iterum dixi, hunc locum interpretatus est in Reg. bre. De quacunque vero re dixit, ut mihi videtur, ut tum peccatum, tum peccati vindictam relaxari posse intelligeremus. Subiungit deinde, ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum quod quidem conuenienter antecedentibus etiam de confitente, & audiente intelligendum est, ut beatus quoque Pacianus auctor valde vetus, & grauis in paranesi ad poenitentiam interpretatus est, quos quidem necesse est corpore, & spiritu praesentes esse. Tertius vero est, per quem, ut omnia ordine fiant in ecclesia dei, descendit potestas huius iudicii ligandi, & soluendi, qui licet absens corpore, spiritu tamen praesens ligat, vel soluit cum inferiore ligante, vel soluente. Est enim sacerdos, ut tradit Dionysius diuini iudicii, diuinaeque iustificationis *επιποιτης*, id est, minister, & interpres post episcopum, & episcopus post pontificem, qui primus in persona Christi, quibus sacerdotes peccata per confessionem condonant, in vnum propositum, & desiderium cum eis consentientes, item ipse licet absens corpore, spiritu tamen praesens consentiens cum eisdem condonat secundum indulgentiam culpas, & poenas peccatorum. sicut Paulus fecit, cum Corinthiis in illo incesto soluendo, quem prius ligauerat, consentiens. Haec tenus ergo de ratione thesauri indulgentiarum in passionibus

bus Christi, & sanctorum eius posita. Neq; vero sicut ante docui, vt hoc aduersus calumnias Euangelicorum iterum adhuc defendam, derogatur passioni Christi per eas satisfactiones, quæ secundum legem iustitiæ naturalis a nobis fiunt ad redemptionem earum poenarum, quas conuenienter naturæ, & scripturæ sanctæ pro peccatis commisis debemus (siquidē Christus moriendo, & debitum mortis pro nobis soluendo legem naturalis iustitiæ, vt in principio dixi, non deleuit) non enim quicquam valeret illæ, nisi Christus pro nobis passus esset, & nisi nos per mysteria, siue sacramenta facti essemus participes passionis eius. An dicturi sunt Euangelici, derogasse Paulum passioni Christi, & tristitiæ animæ eius vsque ad mortem, quia docuit Corinthios, propter peccatum, quod commiserant communicantem incesto, opus fuisse illis tristari secundum deum, poenitentiam agere, sollicitos esse de venia, teneri desiderio salutis, irasci sibi propter peccatum, & vindictam sumere de se? Aut non cum hæc in illo laudauit, ad nostram doctrinam laudauit? Vt si quando peccaremus, non contenti timore mortis, quem Christus habuit, & tristitia, qua fuit anima eius tristis vsque ad mortem, & ardentissimo desiderio salutis nostræ, quo tenebatur, denique passione eius, & morte, nos quoque dolorem, poenitentiam, desiderium, timorem, studium, vindictam adhiberemus facti socii & participes passionum eius? An potius passionem Christi re ipsa, & veritate magnificat, qui passioni Christi totus confusus societatem passionum eius fugit? Nō sic profecto docuit ipse ille, qui pro peccatis nostris passus est, quin potius, vt beatus Cyrillus notauit, postquam de sua morte, & cruce meminit, ne (inquit) existimarent ipsum solum passurum esse pro mundi vita, ipsis vero Christi discipulis concedendum esse, vt dissolute viuerent, vt doceret, qui gloriæ Christi studio, & cupidi essent, oportere eos vestigia eius sequi, subiungit statim, qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc Cyrillus. Sed de compatiendo cum Christo, & de satisfactione eius pro nobis in cruce facta, & in nobis per societatem passionum eius & innocentiam implenda, & consumanda copiose in dogmatico de iustificatione loco proprio differuimus. Non itaq; derogatur passioni Christi, cum nostra peccata tum vltro, tum iudicio sacerdotali vindicamus,

dicamus, ac multo etiam minus, cum Pont. secundum indulgentiam siue plenam, siue non plenam poenitentiales satisfactiones & poenas temporales peccatorum ex toto, vel ex parte, vt ei secundum spiritum videtur, donando nobis in persona Christi satisfactiones eius pro poena temporali, per summam potestatem soluendi tanquam primus minister nobis redimi concedit, siue imperando aliquid, quod pie, & religiose fiat, vt in bula Iubilei Clementis vi. ante cc. annos & amplius facta est secundum indulgentiam plenissima remissio omnium peccatorum visitanti ecclesiam sancti Ioann. Later. xxx. diebus, si Romæ habitaret, aut xv. si peregrinus esset. Item bula, & auctoritate Urbani. ii. in synodo Claramontana de bello Hierosolymitano suscipiendo habita ante ccccl. annos, & amplius facta est similis remissio, idest, plenissima secundum indulgentiam pontificis iis, qui in bellum irent susceptum duce Godfrido Bilionensi aduersus Sarracenos, qui Hierusalem, ciuitatem sanctam occuparant. quæ paucorum dierum obsidione fauente deo fauste, & feliciter recepta est. Sed recitemus locum bulæ. Post longam, & eruditam, ac valde piam præfationem, & exhortationem, ad extremum, Nos autem, inquit, de misericordia dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & onus sibi huius peregrinationis assumpserint, iniunctas sibi pro suis delictis poenitentias relaxamus. Qui autem in vera poenitentia decesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum æternæ mercedis se non dubitent habituros. Hæc Urbanus. ii. Aliquando nihil aliud imperatur præter ipsius poenitiæ dolor, & ipsius confessionis pudorem, & laborem, & cetera, quæ ipsa tristitia secundum deum operatur. Vt videre licet in epistolis Greg. vii. qui nostram ætatem prope quingentis annis antecessit, vt in epist. ad Remedium Limoniens. episc. in Anglia, Absolutionem (inquit) præterea peccatorum tuorum, sicut rogasti, auctoritate principum apostolorum Petri, & Pauli fulti, quorum vice quamuis indigni fungimur, tibi mittere dignum duximus, si tamen bonis operibus inhærendo, & commissos excessus plangendo, quantum valueris corporis tui habitaculum deo mundum templum exhibueris. Item ad fratres monasterii Masiliensis, qui moleste ferebant absentiam abbatis sui, quem Pont.

propter necessitatem apud se detinebat, rogavi (inquit) vos ex parte omnipotentis dei, & amore beati Petri patienter supportate nos, quia cito deo adiuuante eum vobis lætum remittemus, & ex hoc auctoritate beati Petri, & Pauli, & nostra per illos nobis valde indignis commissa indulgentiam omnium peccatorum vestrorum promittimus, & absolutionem cum benedictione concedimus. hæc est indulgentia plenaria. Rursus aliud exemplum indulgentiæ in epist. ad clerum, & populum Beluacensem. Moti (inquit) solita pietate condescendimus, hic explicauit vim verbi indulgentiæ, qui est quidam condescensus ad condonandum poenitentiales satisfactiones, aut peccatorum poenas, Deinde subiungit, & auctoritate beati Petri absoluentes, indultam absolutionem continuo vobis per litteras nostras significare destinauimus. Est aliud exemplum remissionis peccatorum secundum indulgentiam in registro Greg. magni ante nonagētos annos, licet alia formula, lib. vii. epist. c. xxvi. Clauem vero (inquit) paruulam a sacratissimo beati Petri corpore pro eius benedictione transmisiimus, in qua est ferrum de catenis eius inclusum, vt quod collum eius ad martyrium ligauerat, vestrum ab omnibus peccatis soluat. Item alia indulgentia in epistola Gregor. vii. ad episcopos, & clericos Britaniæ, Quicumque ergo taliter poenituerit, id est, vere, descripserat enim veram poenitentiam, illis (inquit) peccatorum suorum remissionem apostolica freti potestate largimur, in super æternæ beatitudinis gaudia de omnipotentis domini misericordia cõfissi promittimus. Dispositio ergo, siue præparatio eius, qui dignus, & idoneus est ad huiusmodi remissiones secundum indulgentiam Pontificis capiendas est tristitia secundum deum, & vera poenitentia cum desiderio, & studio huiusmodi remissionũ. Vnde Dionys. Areop. diuinis (inquit) iudiciis sancitũ est, vt eis, qui digni sunt, vt accipiant, dona dei donentur per eos, qui digni sunt, vt tribuant. Sit itaque causa meritoria huiusmodi indulgentiarum, vt nunc vocant, Christi passio. Causa mouens pontificem, charitas. Instrumentalis, vt nunc item loquuntur, siue ministerialis, potestas ligandi, & soluendi. Dispositiua, siue materialis, contritio, & digna poenitentia cum desiderio, & studio huiusmodi indulgentiæ, qui est fructus poenitentiae dignus. Sic enim Apostolus ait, Hoc ipsum tristari secundum deum quantum

quantum operatum est in vobis desiderium, quantum studiũ, & quæ sequuntur. Occasiones vero faciendi huiusmodi remissiones secundum indulgentiã, inuitatis hominibus ad poenitentiam hoc genere remissionum, variæ, multiplicisque sunt, dei placatio, supplicatio, gratiarum actio, studium honorandi memoriam alicuius sancti, aut reliquias eius, augendi religionem alicuius templi, aut aræ, prouocandi ad aliquod pium opus vel orationis, vel eleemosynæ, aut ad opus charitatis vtile multis, Item deuotio petentium, ac desiderantium. Huiusmodi occasiones piæ, iustæ, & laudabiles, dici solent causæ rationabiles indulgentiarum. quæ vtrum plus, minusue rationabiles esse debeant, vt tanta, tantaue remissio facienda sit, mihi quidem quæstio videtur inter eas referenda, quas Apost. stultas, & sine disciplina vocauit, vt quæ possit generare lites, & scrupulum iniicere pestiferum de eo, vtrum tanta remissio fieri potuerit, qui quidem scrupulus studium, & desiderium remissionis, & salutis, qui sunt fructus boni poenitentiae digni, imo ipsam poenitentiam, & dolorem ex peccatis, qui poenitentiam operatur extinguere queat. Cum satis causæ sit in charitate Christi, quæ pontificem vrget, vt peccatores huiusmodi remissionibus secundum indulgentiam ad poenitentiam excitet, & inuitet hac, aut illa pia, & religiosa occasione nata vel temporum, vel locorum, vel personarum, vel rerum. Quod vero pertinet ad eos, quibus huiusmodi remissiones fiunt, satis causæ in illis est ad consequendam tantam remissionem ipsa digna poenitentia cũ studio, desiderio, & zelo huiusmodi remissionis secundum indulgentiam.

Quamquam quæ hætenus de indulgentiis explicauimus, quæ ad dogma pontificalis potestatis remittendi peccata veritate Verbi dei fundatum pertinent, qui considerate relegerit, ac cum ipso Verbo dei contulerit, facile is quidem respondebit ad inanes fallacias Caluini, & ceterorum, qui hoc dogma infeste, & rabiose oppugnant, omnia conuitiis, & blasphemis maledictis implentes, tamen propter nimis credulos, & incautos notabo hic quædam ex profano vaniloquio Caluini ad respondendum ei obiter, & strictim, donec maiore otio, si dominus voluerit, reliqua suppleam. Ait igitur. c. ix. art. xxxix. indulgentias remissionem peccatorum per Petrum, Paulum, & mar

—tyres largiri Indulgentias. Sanguinem martyrum facere ablu-  
 —tionem peccatorum, Petrum, & Paulum mortuos esse pro no-  
 —bis, scilicet ad soluendum debitum mortis pro nobis. Indulgen-  
 —tias peccatorum satisfactionem in sanguine martyrum repo-  
 —nere. Indulgentias pretium acquisitionis in martyrum sangui-  
 —ne statuere. Indulgentias reclamare, a martyribus perfici san-  
 —ctificationem. Indulgentias docere lauare stolas in sanguine  
 —sanctorum. Hæc sunt Caluini cõmentã, Hæc enim nos nõ dici-  
 mus, qui indulgentias defendimus, quæ a nobis dici in inui-  
 diam indulgentiarum fingit Caluinus, non intelligens neque  
 quæ ipse loquitur, neque de quibus affirmat, ac multo etiam  
 minus, quæ nos secundum scripturas loquimur, & affirmamus.  
 Nos quidem a solo Christo redempti sumus gratis, qui solus  
 passus est pro nobis, vt nos a peccatis, & morte redimeret, no-  
 bis relinquens exemplum, sicut beatus Petrus ait, vt sequa-  
 mur vestigia eius, scilicet recte viuendo, & eidem compatiendo,  
 vt idem beatus Petrus explanauit, ea subiungens, in quibus  
 imitari eum oporteret, **Q**ui peccatum, inquit, non fecit, &  
 quæ sequuntur. Bona vero opera sanctorum, & eorum passio-  
 nes non sunt opera bona secundum carnem, siue naturam, cu-  
 iusmodi erant multa opera Habraæ, antequam iustificatus es-  
 set a deo, vt nos in Dogmatico de iustificatione auctoritate Ma-  
 gnetis antiquissimi, & ecclesiastici scriptoris probauimus. De  
 quibus Apostolus, **Q**uid ergo, inquit, dicemus, inuenisse secun-  
 dum carnem Habraam patrem nostrum? Si enim ex operibus,  
 bonis, scilicet secundum carnem, hoc enim repetendum est *ἐξ  
 κρινοῦ*, habet gratiam, inquit, sed non apud deum. Non sunt, in-  
 quam, opera bona sanctorum bona opera secundum carnem,  
 sed bona opera secundum spiritum, siue opera fidei, quæ sunt  
 dona dei, ex quibus tanquam ex suis donis gratis iustificat, quæ  
 ex illis iustificat. Huiusmodi opera fidei, quæ sunt fructus spi-  
 ritus, merita item sunt non quidem secundum carnem, & natu-  
 ram, sed spiritualia digna diuina remuneratione secundum dei  
 promissa. Itaq; quæ ex Aug. ad Bonif. Caluinus art. xl. recitat, Ita  
 —pro nobis filius hominis solus suscepit sine malis meritis pœ-  
 —nam, vt nos per ipsum sine bonis meritis consequeremur inde-  
 —bitam gratiam, non intellexit loqui Augustinum de bonis me-  
 —ritis nostris, idest, carnis, & naturæ nostræ, non autem de bonis  
 meritis

meritis nostris spiritualibus, quæ non naturæ ἀποκρίματα, sed  
 dei dona sunt. Sed Evangelici semper discentes, & nunquã ad-  
 scientiã veritatis puenientes, vt de quibusdã scripsit Apost. nun-  
 quam distinctionem istã operũ bonorũ, siue bonorum merito-  
 rum ex sanctis scripturis ductã percipere potuerũt. Cal. igitur  
 statim in ipso principio dogma de remissione peccatorũ secun-  
 dum indulgentias pontificũ, omnesq; satisfaciendi rationes sa-  
 tis se euertere existimauit, si merita omnia remissionis tolle-  
 ret auctoritate Augustini, quã non intellexit. Præterea art. xliii.  
 nõ intelligens quod nos tradimus, facit põtificem de suo prome-  
 re remissiones, & non sicut accepit gratiam a domino, eam no-  
 bis ministrare, tanquam dispensatorem, non tanquam dominũ.  
 Dominus enim est, qui omnia efficit, minister vero nihil est,  
 nisi minister domini, cuius est propria hæc gratia, & gratiæ hu-  
 —ius impartendi potestas. Itaque ait Cal. euangelio Christum  
 —cum omni affluentia bonorũ cœlestium, cum omnibus suis me-  
 —ritis, omni sua sapientia, iustitia, gratia nulla exceptione offerri  
 —teste, inquit, Paulo, cum dicit, depositũ esse apud ministros ver-  
 —bũ, reconciliationis, **Q**uæ sunt omnia verissima, & de scriptu-  
 ris prolata. Illud vero ex propriis protulit ad imitationem pa-  
 tris sui diaboli, qui ab initio in veritate non stetit, Contra, in-  
 —quit, indulgentiæ demensum aliquod gratiæ ex armario papæ  
 —plumbo, membranæ, loco etiam affigunt, a Verbo dei auellũt.  
 —Sed quomodo a Verbo dei auellunt, si tradit ecclesia nostra re-  
 —missiones istas fundatas esse veritate Verbi dei, quo data est po-  
 —testas ligandi, & soluendi super terram, quicquid ligandum, &  
 —soluendum esset in cœlo? Deinde, cum citat art. xliiii. *E* sãã di-  
 —centẽ, Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas, ppter me;  
 —& peccatorum tuorum non ero memor, an nõ aperte, inquit,  
 —pronũciat deus, causam, & fundamentum remittendi a sola sua  
 bonitate se petere? Verissimum. Sed rogemus nos vicissim, An  
 non a sola sua bonitate petit deus causam remittendi; cum ex  
 donis suis in nobis, quæ sunt fructus spiritus, causam remittẽ-  
 —di petit? Præterea, inquit, cum scriptura vniuersa testimonium  
 —Christo deferat, quod per nomen eius sit accipienda peccatorũ  
 —remissio, non ne alia nomina excludit? quomodo igitur per sa-  
 —tisfactionum nomen accipi docent? Rursus, Decipit, & decipi-  
 —tur Cal. per inanem fallaciam, errat, in quã, & in errorem mittit,  
 vt de

vt de similibus scripsit Apost. Rogabo ego vicissim Calu. Si satisfaciendi ratio nulla nobis reliqua est, quæ aliquid valeat nisi in Christo Iesu, qui cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos, estq; illa omnis donū dei, & Christi eius, quomodo remissio, quæ p nomen satisfactionis fit, nō fit p nomen Christi dei nostri, qui & remittit, & donat gratis, p qd' remittat itē gratis? Si qui ambulat in bonis operibus, quæ præparauit deus gratia sua, vt in illis ambulemus, idem in Christo ambulat, an similiter qui remissionem accipit per nomen satisfactionis doni dei, non accipit per nomen dei, & Christi filii eius? Rursus citat — Cal. art. xlv. Ioannem, cum ait, Scribo vobis filii, quia remittuntur vobis peccata propter nomen eius, Deinde subiungit Cal. — non aliam esse satisfactionem ostendit, qua offensus deus propitiari, placariq; possit, non dicit, inquit, Semel vobis per Christum reconciliatus est deus, nunc vobis alias reconciliandi rationes quærite, sed perpetuum facit aduocatum. Hæc Cal. Sed respondeat Calu. an qui hoc non dixit, idem rursus dixerit eis, semel vobis per Christum reconciliatus est deus, nunc vobis nullas satisfaciendi rationes per opera bona dei dona quærite? Quod si hoc non dixit, & huiusmodi ratio satisfaciendi omnis in Christo, & per Christum consistit, quid superest, nisi, quod mihi sæpe dictum est, & dicendum est sæpius, neque intelligere Caluinum quod loquitur, neque de quo affirmat? Item art. quadragesimo octauo multa loca scripturæ strictim notat, vt probet, remissis a deo peccatis, nihil pœnæ sufferendæ reliquum esse. Itaque ait, peccatorum non recordari, est ea non postulare ad pœnam, & id ipsum, inquit, alibi dicitur, proicere post tergum, delere instar nubis, demergere in profundum maris, non imputare, tectumq; habere. Deinde subiungit, Talibus loquendi formulis non obscure sensum suum explicauit spiritus sanctus, si dociles aures ei preberemus. Certe si punit deus peccata, imputat, si vindicat, recordatur, si ad iudicium vocat, tecta non habet. Si examinat, post tergum non proiicit in profundum maris. atque ita interpretari dicit Augustinum in psal. xxxii. Rursus Calu. decipitur, & decipit per inanem fallaciam. Scriptura enim in his locis, & similibus de supplitiis inuitabilibus loquitur, quibus digna erāt peccata illa, quæ remittit, quibus remissis, simul remittit supplitia illa graua, & æterna,

terna, quæ illis peccatis magnis constituta erant. Sunt enim peccata, siue delicta magna, qualia sunt, de quibus ait propheta, Si mihi non dominabuntur, tum immaculatus ero, & munda-bor a delicto magno. Delictum enim magnum est, quod est damnatione dignum, sicut Apost. ait, nihil damnationis esse iis, qui sunt in Christo Iesu, qui nō secundum carnem ambulant, ii enim sunt, in quibus non dominatur caro, sed spiritus. qui etsi aliquando peccant, leuiter tamen, & non magna delicta damnatione digna peccant. Hæc igitur parua delicta, & illa ma-iōra iam remissa pœnis leuioribus vindicat, nisi nos illa vltro vindicemus, Sicut Apost. clarissime admonuit, cum ait, si nos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur, cum iudicamur a domino, corripimur, vt non cū hoc mundo damnemur. Præterea art. xlix. Quid quæso, inquit, nobis præstitisset Christus, si adhuc pro peccatis pœna exigeretur? respondemus Caluino, hoc præstitisse, quod moriendo pro nobis, effecit, ne secundum dei sententiam iustam, & veram morte moreremur, quod erat mori, & in morte sempiterna remanere, pro qua pœna sempiterna nulla a nobis par commutatio fieri poterat. pœna autem, quæ pro peccatis paruis, aut magnis iam remissis postea secundum rationem iustitiæ naturalis exigenda est a filiis iam liberis a magno delicto, & eius pari supplitio, parua est, & temporalis, quā persoluere possumus, & debemus secundum scripturam, & naturam, quæ docet nos, vt sæpe dictum est, satisfacere offensis, patiendo quod nollemus, quia voluerimus facere, quod alter noluit. Hæc autem parua, & leuis pœna remitti quoq; potest, si nobis fiat donatio satisfactionis Christi pro hac pœna per ministerium eius, cui talem potestatem tanquā primo, & summo ministro dedit dominus, potestatem dico donandi in persona Christi, quod donat, si quid donat. Et paulo post, correctio, inquit, siue castigatio pacis nostræ super eum, ait Es. Quid vero, inquit Cal. est correctio pacis nostræ, nisi pœna peccatis debita, & a nobis persoluenda, antequam reconciliari possemus, nisi vices nostras ipse subisset? Deinde subiungit, En clare vides Christum peccatorum pœnas sustinuisse, vt suos ab illis eximeret. Sustinuit quidem pœnas, nō quidem vt ab illis omnibus, quas sustinuit, nos eximeret, vt Cal. ait, non enim ieiunauit, vt nos non ieiunarem, neque crucem subiit, vt nos crucem

oem non ferremus, imo vero passus est, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui pro nobis vere mortuus est, ut ei nos secundum similitudinem commorientes, vere viveremus. Hæc fuit correctio, qua peccatum nostrum damnationem sempiternæ mortis secundum dei sententiam iustam, & veram dignum morte eius vindicatum est, & nos, pace facta, deo reconciliati. Hæc fuit disciplina, siue correctio pacis nostræ super eum. Concludit tandem articulum Cal. inquit, Denique si a reatu liberamur per Christum, poenas, quæ inde proueniunt, cessare oportet. Qui primum filii dei sunt ex impiis, prorsus liberi sunt a reatu, & poenis omnibus omnium præcedentium delictorum. eos vero, qui semel illuminati sunt, ut impossibile est prætextu poenitentiae, quæ millies repeti potest, renouari per baptismum, sic non possunt amplius, remissis peccatis, quæ post regenerationem commiserunt, liberi remanere ab omnibus poenis. imo iam eos deinceps natura docet, & scriptura, ut pro peccatis, quæ iniuriosius in deum committunt, offenso satisfaciant. Deinde art. 50. Verum, inquit, quando & ipsi (nos autem dicit) scripturæ testimoniis se armant, videamus, qualia sint, quæ ipsi obtendunt argumenta. David, inquit, de adulterio, & homicidio a Nathan propheta obiurgatus veniam peccati accipit, & tamen morte filii, quem ex adulterio sustulerat postea plectitur. Tales poenas, quæ post culpæ remissionem infligendæ essent, satisfactionibus redimere docemur. Hæc ex nostris sumpta recitauit Cal. & alia multa eodem pertinentia. Tandem respondet, fuisse David filio orbatum ad emendationem, ut documentum, inquit, esset, grauiter deo displicere homicidium, & adulterium, aduersus quod tantam offensionem declarasset, ut eruditus esset ipse David; ne postea tale facinus auderet, non autem ut poena esset, qua compensationem quandam deo penderet. Sic dicit, accipiendum esse illud Apostoli, Si nos diiudicaremus, & quæ sequuntur. Recitat simul ad confirmandum ista Chrysoptomi, & Augustini sententias. Rursus Cal. præiudicio opinionis suæ occupatus, neque quid natura ipsa, neque quid consuetudo vitæ communis doceat, aduertit. Dicam enim sicut Apostolus Corinthiis, an natura non docet nos, quod si quis alterum offendit, & facta alio qui postea pacis reconciliatione, mulctatur, illa tunc mulctatio

ad

ad emendationem valet, & ad cautionem in futuro, ne quid ille simile deinceps audeat, ac simul etiam fit secundum rationem iustitiæ animis nostris natura anticipata, & informatæ correctio quædam, quæ a philosophis dicitur *διόρθωσις*? Atqui docet hoc natura, & sic in vita communi fieri solet. Similiter cum per mysterium sanctæ poenitentiae deo reconciliamur facta cum eo pace, vult secundum naturam a se instituta, & secundum scripturam a se dictatam, ut fiat iniuriæ sibi factæ correctio, quæ simul fit nobis in futuro cautio. Itaque cum Augustinus ait, quod Cal. aduersus nos recitat, Quod pateris, unde plangis, medicina est tibi, non poena, castigatio, non damnatio, &c. Si Calvinus, ut est multiloquus, ita esset acutus, intellexisset quidem, sic esse hoc accipiendum, quasi diceretur, medicina est tibi, non poena scilicet damnationis, alterum enim alteri respondere fecit Augustinus, id est, damnationi poenam, & poenæ damnationem, & medicina est, scilicet castigans, & castigatio, scilicet medicinalis, ut ita dicam, alterum enim alteri similiter respondere voluit, medicinæ castigationem, & castigationi medicinam. An hic etiam natura non docet nos, quod medicina, quæ fere amara, & difficilis esse solet, humores peccantes, ut medici loquuntur, corrigit, & veluti castigat, simul etiam ad ægritudines præcauendas valet? Sic poenæ, & multæ peccatis commissis irrogatæ instar medicinæ sunt. Citat ibidem Cal. Chrysoptomum ex ser. de poenit. & confessione, Propter hoc, inquit, imponit nobis poenam, non de peccatis sumens supplicium, sed ad futura nos corrigens, &c. Si poena propter peccatum a deo nobis inflicta, de qua loquitur Chryf. medicina est, quod non negabit Calvinus, ne Augustino, quem in eodem loco continuo citat, repugnare videatur, erit igitur simul castigatio quædam commissi peccati, & in futuro cautio. Quæ enim medicina est, quæ non sit morbi velut quædam castigatio, ac correctio, & simul in futurum cautio? Itaque Chrysoptomus de supplicio loquitur inuitabili, quo deus non vindicat in hoc sæculo peccata, sed in altero. Hoc autem Cal. ex eodem Chrysoptomo intelligere facile potuisset, si ea, quæ ibidem subiecit, attente legisset, Et ut discat, inquit Chryf. quod hoc sit verum, audi, quid dicat ad Moysem, dimitte me, & iratus delebo eos, quoniam illi digna suppliciis commiserant, suppliciiisque inui-

K k k tabilibus.

tabilibus. punire autem volebat, sed misericorditer. vtraque autem fecit, & vt pœnam non inferret, neque illos faceret ignauiores pœna non irrogata. Hæc Chryf. si vtrunque fecit deus, id est, pœnam non intulit, & pœnam intulit, profecto necesse est, vt alterum de pœna ineuitabili, & sempiterna, alterum de temporali, & breui accipiatur. Itaq; cum Chryf. dixit, propter hoc imponit pœnam, non de peccatis sumens supplicium, de supplicio, vt dixi, ineuitabili, quale est æternum, loquitur, deinde quod sequitur, sed ad futura nos corrigens, scilicet supplicio temporali, quod est medicina quædam, quæ non solum natum malum curat, sed valet ad cauendum in futuro. Subiungit deinde Cal. in eodem art. & loco, In hanc sententiam accipiendum est, quod ait Paul. cum iudicamur a domino, corripimur, vt nō cum hoc mundo damnemur. Si in eandem sententiam accipiendum est, sicut Cal. vult, vt cum a domino hic corripimur, non propter peccata corripiamur, sed vt ad futura nos corrigat, sicut paulo antea aiebat Chrysof. quæ Cal. citauit, ac rursus si, vt idē Cal. ait, huiusmodi pœnæ in futurū potius, quàm in præteritum tempus respiciunt, quomodo idem Apost. ponens in eodem loco exemplum iudicii, & correctionis domini, dixerat prius, ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi? De iis, qui hic temporali morte mulctantur propter peccatū, hoc. n. significat, quod ait, ideo, siue propter hoc inter vos multi infirmi, & quæ sequuntur, propter peccatum, inquam, indignæ mædicationis corporis Christi, quomodo dicit Cal. punire eos deum, vt in futurum corrigat? quomodo enim si morte afficiuntur, emendatiores euadent iam defuncti? Quomodo, inquam, horum correctio non in præteritum, sed in futurum tantum, vt Cal. ait, respicit? Quid hic habeat ad respondendum Cal. aut habeant scholæ eius successores, rogent discipuli. An quod statim subiicit Apostol. generatim, cum iudicamur a domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur, non est par, vt intelligamus congruere cum illa specie iudicii, & correctionis, qua etsi non omnes, multi tamen indigne manducando propter hoc peccatum corripuntur, vt Paulo apostolo reuelatum est, & per eum nobis? Hi autem intelligenti sunt, ne quis erret, si scilicet qui indigne quidem manducant, & peccati pœnituit, quos enim non pœnituit, hi quidem cum

cum hoc mundo damnantur. Narrabo aliquid, quod esse potest instar interpretationis loci huius. Laborabat quædam anima alioqui fidelis, & sancta, ex febris, iussit accersiri presbyterum, accessi ego accersitus, audiui confitentem. Confessa mihi est anima illa, sæpe in confessione cælasse presbytero quoddam peccatum, & sic conscientia non satis probata, corpus domini mæducaffe. Addebat deinde, scire, se propter id peccatū morbo cōstitari, & mortē vehemēter metuere. facta igitur precatione sup eā, remissi peccata secū dū gratiā, quā accepi a domino indignus alioqui presbyter. Cōtinuo venit mihi in mētē huius loci Pauli, & diuini huius iudicii, ac correctionis, & secuta mors perduxit ad effectum, quod Apost. nobis reuelauit, & dominus minatus est. Sic anima illa fidelis iudicata, & correctā est œconomice a domino, scilicet ne periret, & cum hoc mundo damnaretur. Sciebat enim dominus, opus fuisse illi huiusmodi supplicio, & medicina ad correctionem commissi peccati, ne propter illud in altero sæculo grauius puniretur, scilicet æterno supplicio, si non pœniteret, aut si pœniteret quidem, sed non sic acerbe punita esset morte scilicet corporis, quæ est valde acerba pœna, tunc longior pœna alioqui temporalis siue hic, siue in purgatorio sustinenda, superesset. Sed hæc Cal. quia nō credidit non mirum, si neque intellexit. Rursus art. lv. Obicit nobis Calu. iustificationem Publicani, & remissionem factam Paralytico, & Petro, nulla pœna illis addita ad satisfaciendum. Sed si non legitur pœna illis addita, an continuo sequitur, neq; petisse eos a se pœnas peccatorum suorum secundum generalem illam Apostoli sententiam. Si nos diiudicemus, non utiq; iudicemur, Cum iudicamur a domino, corripimur, vt non cum hoc mūdo damnemur? Vnde hoc scit Cal. sic remissa fuisse istis peccata, vt neque ipsi saltem illa vindicarent, si dominus non legitur vindicasse? sunt ne omnia scripta? Si affirmat Apostol. castigari hic homines aliquando propter peccatum, (de peccato enim loquebatur Apost. & de pœna eius) ne cum hoc mundo damnentur, Vbi autem remittitur damnatio, peccatum, quod ipsa damnatione dignum est, remittitur, sequitur, puniri a deo peccatū remissum. In eo vero, quod ibidem de Petro ex Amb. in Luc. c. xxii. aduersus nos citauit, lachrymas eius lego, satisfactionem non lego, Quid satisfactio hoc loco significaret, miror, non intellexisse Calvinum, miror item ea, quæ statim se-

Kkk ii queban

quebantur, quæ ipsum perspicue redarguunt, quàm cæca, & impudenti confidentia dissimularit, qui non cogitauit, deprehendi posse, aut si cogitauit, contempsit. Ergo Ambr. non inuenio, inquit, quid Petrus fleuerit, lachrymas eius lego, satisfactionem non lego, satisfactionem vocauit hic Ambr. defensionem, siue excusationem quàm Græci apologiam vocant, quam dolor peccati operatur, sicut Apost. de pœnitentia Corinthiorum scribens, hoc ipsum (inquit) tristari secundum deum, scilicet propter peccatum, de hoc enim loquebatur, quantum operatur in vobis sollicitudinem, sed defensionem, Græce est, apologia. exemplum huius apologiæ, siue defensionis in pœnitentia Dauid supra ostendimus expressum psal. xxxvii. Sic etiam vulgo dicimus satisfactionem dare, pro eo, quod est excusare, quod solet efficere pœnitentia peccati. Ergo Ambros. non inuenio, inquit, quid dixerit Petrus, id est, quid excusarit, inuenio, quid fleuerit. Deinde repetit eandem sententiam explanatius, lachrymas eius, inquit, lego, hoc est fleuisse, satisfactionem non lego, id est, quid excusandi, ac defendendi sui causa, dixerit, non lego. imo idem Ambr. hoc ipsum magis adhuc statim explicauit, subiicit enim, sed quod defendi non potest, abluere potest, lachrymis scilicet. Deinde subiungit Ambr. lauent lachrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri. Et paulo post, lachrymæ, inquit, veniã non postulant, sed merentur. Et rursus bonæ lachrymæ, quæ lauat culpã. Mirer, si hic non continuo obiicit Cal. quod sanguis Iesu Christi emundat nos, & quod ipse lauit nos in sanguine suo, quasi vero lachrymæ istæ virtute propria, ac non potius virtute sanguinis Christi peccata lauent. Rursus paulo post, Petrus, inquit, fleuit, vt lachrymis suum posset lauare delictum, & tu si veniam vis mereri, dilue culpam lachrymis tuam. eodem momento, eodem tempore respicit te Christus. Denique in extrema parte eiusdem cap. sic ait, Habebat ergo lachrymas Petrus, pro quas fundebat affectu, vt dum suo reus iudicio damnatur, & spontaneo supplicio facinus expiatur, pietas domini, qui se ipse nollet vlcersi, & diuinitas probaretur, qui conscientiam mentis inuisibili potestate interrogaret. An potuit Ambr. sententiã Apostoli dilucidius explicare, cum ait, Si nos diiudicemus, non utique iudicemur. Cum iudicamur a domino, corripimur? Sed hæc Cal. & alia huiusmodi in-

finita

finita in magnis, & vetustis auctoribus dissimulat, & nihil curat, vt sicut de similibus scripsit beatus Petrus, homo audax, & sibi placens, filius maledictionis relicta via recta pelliciat animas errando, & in errorem perinanem fallaciã mittendo. Qui eo audaciæ & arrogantia progressus est, vt non vereatur dicere — art. lviii. Parum autem me mouent, quæ in veterum scriptis de — satisfactione passim occurrunt. Video quidem eorum nonnul — los, dicam simpliciter, omnes fere, quorum libri extant, aut hac — in parte lapsos esse, aut nimis asperere, & dure locutos. Quis non ex verbis ipsis agnoscit hic discipulum Antichristi, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus. Sic iste, cuius os sublimia loquitur, aduersatur, & extollitur supra omnes veteres scriptores viros sanctiss. & eruditissimos. Quid hoc est, nisi, vt de quibusdam hæreticis Iudas apostolus scripsit, confusionem suam despumare? Item artic. lvi. Quod Daniel suadebat Nabuchodonosor, vt peccata sua eleemosynis redimeret, noluit inquit Cal. significare, iustitiam, & misericordiam esse dei propitiationem, & pœnarum redemptionem. Si ita est, cur propheta statim subiungit, quod Cal. more suo callide suppressit, Forsitan ignoscet deus delictis tuis. Hoc igitur erat redimere delicta eleemosynis, scilicet ferre veniam delictorum a deo eleemosynis fortasse placato. Sed faciam hic finem respondendi Caluino, & eum redarguendi, vt reliqua persequamur.

Possunt præterea Põtifices vindictas peccatorum etiam pie defunctis condonare in purgatorio, ita vt sicut Apost. presbyteris Corinthiis dixit, cui donatis, & ego, sic dicat Pontifex, quibus condonastis peccata, dum viuerent, & ego condono eisdem post mortem pœnas eorum, & leuiores culpas. Ita vt sicut viuus condonat peccata secundum indulgentiam, si ad tristitiã secundum deum, & pœnitentiam adiungant studium, desiderium, & zelum talium condonationum, & remissionum, sic illis mortuis condonet, qui dum viuerent, tales fuerunt, id est, qui sic egerunt pœnitentiam, vt studio, & desiderio harum remissionum secundum indulgentiam mererentur, eisdem remissionibus post mortem iuari. frustra enim speret quis ea gratia iuari, quam in uita neque optarit, neque curarit, quæ dicitur a Dionys. *ἡ προαίτια τῆς θείας δωρεῆς*, id est diuini muneris incuria. Rursus tradit idem Dionys. frustra aliquẽ petere, vel quæ deo non

non



non sunt digna, vel quæ non constanter desiderat, neque congruenter sibi. vt animæ quidem defunctorum, quamuis a nobis iuuari petant, non tamen eis congruit, vt eo genere, quod ipsæ in vita non curarunt, iuuari petant.

Esse vero purgatorium, quia multi nostra ætate docuerunt, & demonstrarunt, ego non ea reperam, quæ illi attulerunt. Ceteris scripturæ sanctæ locis, & testimoniis patrum prætermisissis, satis esse arbitror, si vnum locum Apostoli grauissimum quidem illum, & in quo vel solo omnis demonstratio purgatorii pendere mihi videtur, & pauca quædam alia testimonia magni mea quidem sententia momenti non præmittam. Igitur Apost. Si quis (inquit) superædificauerit super fundamentum hoc  
 » aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, scenum, stipulam,  
 » vniuscuiusq; opus manifestum erit, dies enim declarabit, quia  
 » in igne reuelabitur, & quæ sequuntur. Species varias solidæ, & veræ virtutis appellauit aurum, argentum, lapides pretiosos, species vero multiplices peccatorum mortalium appellauit lignum, scenum, stipulam, ita vt nomine ligni significatum sit, *τὸ κατὰ πηρὸν*. vt ait beatus Cyrill. idest, inflammabile, nomine vero sceni, & stipulæ *τὸ ἀκατέκλυτον*, vt idem ait, quod euangelista dixit, *ἀσβεστον*, idest, ignem, qui non potest extingui, neque tene-ri, quin ardeat. Vnde Esa. de grauibus peccatis, vt de idolorum cultu loquens, fortitudo, inquit, illorum, vt stipula stuppæ, & opera eorum scintillæ ignis. Quem locum interpretas Cyrill. fabricauerant (inquit) sibi idola, in quibus spem vincendi hostes ponebant. at fuerunt ea (inquit) illis ignis, & ligna, idest, propter hoc peccatum traditi fuerunt igni inextinguibili, vt calamus stuppæ, idest, vt alimentum ignis, & opera manuum eorum, vt scintillæ ignis iniectæ eis. Ardebunt enim iniqui, & peccatores. Hactenus Cyril. Item magnus Basilius in cōment. eiusdem proph. stuppam (inquit) vocat vitam inflammabilem, & incendio dignam. & scintillas passiones animæ. quas quidem scintillas, ait, tectas esse nunc velut cinere, in die autem iudicii ultimi esse elenchis tanquam vento excitandas, quod est, vt mihi videtur id, quod Paul. ait, in igne reuelari, nunc enim sæpe inquit, latet, quid quisq; ædificet. Item Malach. Et erunt (inquit)  
 » omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & infla-  
 » mabit eos dies veniens, dicit dominus omnipotens, & non relinque

» linquetur ex eis radix, neq; palmes. Stipulæ vocat hic, vt Theophanes in Symphonia veteris & noui testamenti aduersus Iudæos notauit, *τὸ ἀκατέκλυτον, καὶ ἔν πυρὶ* operum, opus inquam inutile, & flamma dignum sempiterna. Deinde subiungit, Et non relinquetur ex ipsis radix, neque palmes, idest, non remanebunt, vt idem Theoph. interpretatur, principia peccatorum rationem radicis habentia, neque quæ ex illis oriuntur instar surculorum, & palmitum. Sic enim dominus dixit, si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent. Si ardet. omne enim (inquit) tunc vitium de medio tolletur. Si quidem peccata, quæ in hoc sæculo committi solent, ita illo horribili igne confumentur, vt in altero sæculo nõ amplius exerceantur. omnes enim erunt otiosi, & immoti deinceps ad omne vitium, pœnas tantum eorum, quæ præterierunt, pendentes. Hæc Theoph. Itaq; pro palmite non ferente fructum in ignem misso secundum euangelium, lignum ardens dixit Apost. Non ergo quia de magistris, & doctoribus loquebatur Apost. idcirco dogmata, atq; doctrinas cum his materiis auri, argenti, & lapidum pretiosorum comparauit, vt quidam falso existimant, quos Theodoritus notauit, sed potius virtutes varias, & vitia geenæ digna, vt idem ait. Rursus. n. explicans Cyrill. locum illum Esa. Pro ære afferam argentum, & pro ferro aurum, cum his (inquit) materiis comparat Apost. *τῆς πνευματικῆς οὐρανοῦ, καὶ δόξαυεν*, idest, vim doctrinæ mysteriorum ab aliquo acceptæ. Sunt autem vis doctrinæ ipsa opera, doctrinæ quidem veræ opera bona, falsæ vero mala. de his ergo subiungit Apost. si alicuius opus manserit, quod idem superædificauit doctrinæ scilicet ac mystagogiæ acceptæ, vt aurum, argentum, lapides pretiosos, is quidem qui illa superædificauit, mercedem accipiet, quando stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gefsit in corpore, idest, dum viueret, siue bonum, siue malum. Sin autem alicuius opus arserit instar ligni, sceni, aut stipulæ, is quidem qui talia operatur, detrimentum patietur, idest, damnabitur ad pœnam mortis sempiternæ. hoc enim secundum consuetudinem scripturæ sanctæ significat verbum *ζημιώδαι*. qd & verbi ipsius etymologia declarat, dictum est enim *ζημιώδαι*, quasi *μωδαι τὸ ἐλάω*. Sic vsus est Lucas, cum in euangelio ait, quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur,

animæ

animæ vero suæ detrimentum patiat? idem enim verbū est utrobique, quod quidem referendum esse hoc loco euangelii ad pœnam mortis æternæ, nemo est, qui dubitet. Deinde subiungit Apost. ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. ad illum retulit Apostolus, qui superædificat aurum, argentū, lapides pretiosos, ita vt sublato hyperbato; quod in epistolis Pauli frequens est, legendum sit, si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sic quoq; intellexit Oecumenius, qui locum hunc interpretans, Cum enim (inquit) prius dixisset Apostol. accepturam esse mercedem, declarat nunc quam mercedē, salutem scilicet, sic tamen vt reliquas quasdam labeculas, quibus caret nemo, repurget ignis. ait. n. beatus Iacobus, in multis offendimus omnes. Et Ecclesiastes. Nullus (inquit) est purus a peccato, nisi vnus quidē diei sit vita eius. Hactenus Oecumenius. Et Malach. ecce venit, dicit Dominus exercituum, & quis poterit sustinere diem ingressus eius? & quis stabit ad videndum eum? diem ingressus vocat aduentum dei in carne, cum factus est ex inuisibili visibilis, neminem verō posse sustinere aduentum eius in carne, neque stare ad videndum eum, significat neminem cum Christo comparari posse, neque esse vllum, cui non opus sit ab eo purgari. Si quidem ipse iniquitatem non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. ceteri autem etsi instar auri sint, etsi instar argenti, tamen purgatione eius indigent. Ipse enim (subiungit propheta) quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & collabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & quæ sequuntur. Quod si ipsi, qui pro aliis orant, & offerunt, purgatione indigent, quanto magis reliqui, pro quibus orant? purgat autem eos siue hic per illum ignem euangelicum, quem venit mittere in terram, siue in altero sæculo per ignem purgatorium. Idcirco ait Salo. quod beatus quoq; Petrus repetiuit, quod si iustus vix saluatur, id est, magnis difficultatibus, & non nisi per crucem, & ignem tribulationum, impius, & peccator vbi apparebit? Vbi inquam, nisi in geena ignis æterni? Iustus ergo, qui vix saluatur, is est, qui aurum, argentum, & lapides pretiosos superædificat, qui quidem saluus erit, sic tamen quasi per ignem transeat, vt repurgetur. hoc enim

significat,

significat, *ὡς δὲ πυρὸς*. Sed conferamus locum Zachariæ, quem imitatus mihi videtur Apost. Prædicat propheta (inquit Cyrill.) bellum Romanorum, quo pastores illi Iudæorum iniqui cum multitudine, quæ eos sequebatur, cōsumpti, & delati fuerūt, vix reliquis saluis, quæ intelligi possunt, velut tertia pars, quam Zacharias prædicat dei misericordia seruandam, sicut dixit Esa. nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodomam facti fuissetus, & sicut Gomorra assimilati essemus. Deinde subiungit Cyrill. sic reliquiæ saluæ factæ sunt per fidem, quæ igne tentationum, & persecutionū probatæ sunt, in quibus reliquis probatissimi omnium fuerunt discipuli. Ait itaq; Zacharias, Et erit in die illa, dicit dominus, duæ partes peribunt, & deficient, & tertia relinquetur in ea, & traducam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Subiungit deinde, ipse inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, & dicam, populus meus est, & dicet, dominus meus es tu. ipse ergo (inquit) inuocabit nomen meum, ipse scilicet sic probatus, & per ignem traiectus instar auri, & argenti, inuocabit nomē domini, quod quidem declarat, saluum fieri, sicut scriptum est, & erit, omnis, qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. opposuit itaq; hoc loco Apost. Saluum fieri quasi per ignem transeundo; ei, quod est, detrimentum pati animā, scilicet in geena ignis æterni, & inextinguibilis, vnde exire nō possit, neque vlla commutatio fieri pro ea. Rursus quod Zacharias dixit de purgatione auri, & argenti spiritualis, quæ hic fit ad tempus per ignem afflictionis, persecutionis, martyrii, zeli, pœnitentiæ, vindictæ, imitatus Apostolus transtulit ad temporalem ignem purgatorium alterius sæculi, quod incipit a die mortis. Hunc enim diem significauit Apost. cum dixit, dies declarabit, sicut scriptum est, Quia nescitis diem, neque horam, diem mortis, & horā mortis dicit. Hunc ergo ignem purgatorium alterius sæculi is experietur, qui in hac vita, quantum satis est, non fuit per ignem afflictionum, & vindictarum purgatus. non enim vindicabit dominus bis in id ipsum. Imo quia non necesse est, vt omnes ignē illum temporalem alterius sæculi experiantur, præter eos, qui hinc recesserūt habentes aliquid minutarum sordium cum auro, & argento bonorum operum, neq; rursus æternum illum,

LII

præter

præter eos, quorū opera sunt digna geenna, idcirco de primis illis dixit, non quidem si omnium opus manserit, sed si alicuius, & de secundis similiter, si alicuius opus arserit. De hoc igne purgatorio beatus Paulinus magnæ auctoritatis, ac vetustatis auctor in explanatione psal. i. versibus scripta locum apostoli interpretans, opus (inquit) per omne curret ignis arbiter, quod non cremarit flamma, sed probarit, illud perenni præmio pensabitur, qui concremanda gesserit, damnum feret. Idem rursus in epist. ix. ad Seuerum, ignis (inquit) ille Sapiens transeuntis nos per examen suum non seверо ardore ambiet puniendos, sed vt commendatos accipiens blando lambet afflatu. Item sanctus Maximus interpretans quod sanctus Diadochus in libro de perfectione spiritali c. ioo. scripsit, iudicandos esse aliquos per ignem, & purgandos in futuro, qui (inquit) perfectam charitatem erga deum habent, & aliam animæ virtutibus sustulerunt in sublime, hi in nubibus rapiuntur, & in iudicium non venient, qui vero non omnino perfecti fuerunt, sed admixta peccata cum virtutibus habuerunt, hi venient in iudicium, vbi examinatis bonis, & malis operibus quasi πυρροῦμενοι, idest igne probati bonorum operum lance præponderante purgantur supplicio. Item sanctus Hierony. in comment. prouer. c. xi. explanans prouerbiū illud, Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. notandum (inquit) est, quod etsi impiis post mortem spes veniæ non est, sunt tamen, qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui vel pœnis videlicet castigati, vel suorum precibus, vel elemosynis, Missarumque celebrationibus. sed hæc quibuscunque fiunt, & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis. qui vero longo post iudicium tempore liberandos putant, falluntur. Hæc Hieron. Idem sensit, & docuit magnus Athan. relinqui scilicet post hanc vitam vindictas purgatorias iis, quibus leuiorum peccatorū purgatione opus esset, eosdemque precibus, & sacrificiis viuētium iuuari posse, & debere. Sic itaq; ait in libro de mortuis; tamen si aliquis pie defunctus, εἰς ἀθάνατον, idest, in sublimi repositus sit, (eos mihi notasse videtur, quorum cineres, & ossa ob reuerentiā in thecis sublimibus condi solent) ne, inquit, recuses cereos, & oleum ad sepulchrū eius incendere, vt Christi opem eidem implores. Hæc accepta sunt deo, & magnam

gnam ab eo ferunt remunerationem, oleum enim & cera holocaustum est, sacrificium autem altaris propitiatio. Hoc quoque Apostoli ipsi tradiderunt, vt perspicui potest ex lib. vi. Clementis Rom. de doctrinis apostolicis. Cōuenite (inquit) sine superstitione obseruatione in cœmeteriis ad legēdum libros sacros, & psallendum pro mortuis martyribus, imo pro omnibus a sæculo sanctis, & fratribus nostris, qui in domino mortui sunt. & mysterium Eucharistiæ regalis corporis Christi offerte in ecclesiis vestris, atque in cœmeteriis. & cum effertur funus, prosequimini cantu psalmodum, si sunt fideles in domino, pretiosa enim in conspectu domini mors sanctorum eius. Et rursus ait, Reuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, & quæ sequuntur. Præterea idem Clemens lib. viii. fiant (inquit) exequiæ mortuorum tertio die in psalmis, & precibus propter eum, qui tertio die resurrexit. fiant etiam die ix. ad memoriam viuētium, & mortuorum. Item die xl. secundum veterem typum. Moysen enim luxit populus xl. diebus fiant denique quotannis exacto anno in memoriam defuncti, tribuaturque ex bonis eius elemosyna pauperibus in memoriam eiusdem. Deinde subiungit, Hæc dicimus de piis, pro impiis enim tametsi quicquid habet mūdus, dederis, nihil tamen eos iuueris. Cui enim superstiti inimicus fuit deus, perspicuum est, esse quoque defuncto, non enim est apud eum iniustitia, iustus dominus, & iustitias dilexit, & ecce homo, & opus eius. Vocati ad memorias defunctorum, agitate conuiuium honeste, & decore, ac cum timore dei, vt possitis pro mortuis precari. Debetis enim presbyteri, & diaconi Christi esse omni tempore sobrii & apud vos, & apud alios, vt possitis monere eos, qui extra ordinem ambulant, & quæ sequuntur. Hoc vero, quod Clemens scribit de psalmis, precibus, & elemosynis in memoriam eorum, qui pie, & sancte defuncti sunt, conuenit cum eo, quod grauisissimi auctores in epist. Pauli ad Rom. legunt, non necessitatibus, sed memoriis sanctorum comunicātes, quod cum eo cohæret, quod proxime dixerat, orationi instantes. Præcipiebat ergo apost. Paul. vt charismatibus variis nobis per cōmunicationem spiritus sancti distributis, quæ sunt virtutes dei multiplices, ne abuteremur, sed potius vnusquisque, vt beatus quoque Petrus monuit, sicut accepit gratiam, in alterutrū

illā administraremus, vt boni dispensatores multi formis gratiæ dei, siue prophetiā (inquit) secundū rationem fidei, hoc est, qđ dominus p̄ Hieremiā de prophetis dixit, qui habet sermonem meū, loquatur eū in veritate, hoc, inquā, significat illud, secundū rationē fidei, siue qui ministrat, in ministrādo, hoc est aliud donum dei, scilicet ministrations, quo quidē abutitur, qui superbe, & non cū humilitate ministrat, quasi nō acceperit a domino virtutes administrandum. Et vt ad locū propositū accedamus, orationi (inquit) instantes, oratio quoq; donū dei est, quo abutitur, qui non in eo perseuerat. Deinde vt doceret, ad quos vsq; pertingere, deberet donum orationis, subiungit, memoriis sanctorum communicantes. Meminisse enim eorum, qui pie defuncti sunt, ad imitandum eorum fidem, dei quoque virtus, ac donum est, quo quidem abutitur, qui eos orationibus, & eleemosynis non adiuuat, quos diligere debemus ἐκ τῆς ἀγάπης vt ait beatus Petrus, id est extendendo charitatem vsque ad defunctos, adiuuando precibus, & eleemosynis, vt sic eos quoque diligamus non lingua tantum, sicut ait beatus Ioann. sed opere, & veritate, id est, opem ferendo. de illis sanctis mortuis loquitur Paul. quos nondum ecclesia implorat, cuiusmodi sunt, martyres illi, ac sancti, pro quibus beatus Clemens psallere, orare, & sacrificare in ecclesiis præcipit. Alioqui iniuria est (inquit Aug.) in ecclesia orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari. Hoc ergo est memoriis sanctorum communicare. Sic legit beatus Hilarius contra Constant. Sic Aug. lib. ii. cōtra Faust. c. xxi. Sic sanctus Epipha. contra Aërium hæresi lvii. Sic Petrus chryfologus sermone cxx. sic Optatus Afer. lib. ii. cōtra Parmenianum. Item Ambrosius, & cuncta ecclesia Mediolanensis. Origenes vero vtrunq; ait legi & memoriis, & necessitatibus, postremo sic legit Eustrathius Cōstant. in libro, quē scripsit de operatione animæ post mortē, qui extat, & cuius meminit Photius Const. inter libros, quos a se numerat lectos, qui hunc locum non ad communionem sanctorum, quam in symbolo profitemur, vt alii auctores, retulit, sed ad memorias sanctorum mortuorum, id est, pie, & sancte defunctorum, pro quibus sint adhibendæ preces, Clementem Romanum, & doctrinam apostolorum, quam ille scriptis mādauit, secutus. Fuit autē facile, pro *μνησίου*, siue *μνήμης* id est, memoriis, scribere *ἱερέων* id est,


id est, necessitatibus. Quod si sic memoriis sanctorū mortuorum secundum apostolorum doctrinam communicādam est, est ergo post hanc vitam locus, in quo aliqui pie mortui nostra indigeant ope, quem purgatorium vocamus. Congruunt cum his ea, quæ scribit diuinus Dionys. Pauli apostoli discipulus, cum differit de pie defunctis. tradit enim interdum iuuari hominem aliorum hominum precibus in hac vita, nedum in altera, in qua scilicet nemo potest operari sibi bene merendo, ac proinde multo magis conuenit, vt ibi aliorum precibus iuuari possint. Significat autem, tamen paulo obscurius, quæ sint omnium vtilissimæ in hac vita aliorum pro aliis preces; illæ scilicet sacerdotales preces, quæ duobus, aut tribus inter se consentientibus, ac comprecantibus ad remittendum peccata adhiberi solent. quod tunc potissimum fit, cum (inquit) aliquis cupidus sacræ communionis, & ad eam deuotus, tanquam conscius suæ tenuitatis adit aliquem sacerdotem, a quo huiusmodi preces petit, ita enim fit, vt digne communicet, diuina bonitate approbante, & parcente, commendantibusque eum timore dei, agnitione propriæ culpæ, pudore confessionis coram sacerdote, desiderio veniæ, & proposito vitæ sanctæ. hoc est enim (inquit) diuino iudicio sancitum, vt dona diuina corporis scilicet, & sanguinis dignis impertiantur, & secundum ordinem per eos scilicet, qui idonei sunt ad impartendum. Tradit deinde idem Dionys. adhibere sacerdotes *ἱερωφύλακας* preces pro defunctis, id est, tanquam interpretes, & ad ministros, & vt ita dicam, subscriptores diuini iudicii, ita vt non petant nisi iis, quos iudicant dignos, quibus deus veniam tribuat, ex quo fit, vt pro iis, qui impie mortui sunt, non precentur. Idcirco enim tradit, dixisse scripturam, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt, vt non temere, & ad voluntatem propriam, sed potius secundum spiritum dei, ac diuinum iudicium ligandum, & soluendum esse intelligeremus. Itaque quos presbyteri ex hac vita dimiserunt absolutos, eosdem rursus post mortem precibus iuuare possunt, non solum more priuatorū per modum suffragii, vt quidam loquuntur, sed per modum potestatis clauium, vt personæ publicæ, & *ἱερωφύλακας τῆς βίβλου διακρίσεως*, vt ait Dionys. id est, diuinæ iustificationis administrari, & subnunciatores. qui

qui potestatem ligandi, & soluendi acceperunt. Ferunt enim secum aliquando pie defuncti leues quasdam maculas, vt Dionysius ait, humana infirmitate inultas, interdum etiam nondum perolutis pœnis peccatorum, quas debebant secundum rationem naturalem satisfaciendi in actione iniuriarum. Hæc ergo sacerdotes diuinæ iustificationis administrari, & vt ita dicam, subscriptores *ἑποφύλακός*, per ministerium suæ potestatis iudicialis iis defunctis remitti petunt, qui pie, & sancte vixerunt, qui mandatum domini seruarunt, & donum huiusmodi remissionem non neglexerunt, sed potius studio, & desiderio eius doni tenebantur, dum viuerent. Oporteret etiam vt ii, qui petunt, cum desiderio petant, vt quod petunt, impetrare possint. qui enim petit, quæ neque sancta, neque digna deo sunt, vel quæ non desiderat, is quidem ipse, vt idem Dionysius ait, sibi causa est, cur non impetret. Itaque sacerdotes pfallentes, orantes, sacrificantes pro pie defunctis, remittunt quidem illis in persona Christi, cuius ministri sunt, ea, quæ illi debent, remittunt, inquam, quantum domino videtur, ac secundum potestatem, quam acceperunt a deo per pontificem. qui vt vicinior deo, & vt primus *ἑποφύλακός*, & vt ita dicam, primus arbiter potest (vt sæpe solet) ex toto, vel ex parte pœnas, siue vindictas peccatorum, & culpas leuioribus mortuis condonare, licet ex toto raro condonare soleat. vt cum condescendit secundum indulgentiam, vt per orationem, aut elemosynam, aut aliud opus pium alicuius pœnitentis, & confitentis liberetur illa anima ex purgatorio igne, quæ hoc in uita meruit. Illud autem est hic obseruandum, vt charitas Christi in defunctos, vrget pontificem, vt huiusmodi remissiones eis faciat etiã ad cõsolationem, & spem vitentium, sic rursus eadem Christi charitas vrget eundem, vt temperet huiusmodi remissiones, ne sollicitudinem, & pium studium orandi, elemosynas tribuendi, sacrificandi, & templis frequentandi pro mortuis eneruet, vt var verbo Innoc. iii. hoc enim studio in mortuos, maxime augetur philadelphia, idest, charitas fraternitatis, vt ait Gennadius Scholarius auctor Græcus, qui aduersus Græcos pro purgatorio scripsit. Ac fortasse quidem de charitate, quæ se vsque ad eos, qui in altero sæculo nostra ope indigent, extendit, loquitur beatus Petrus, cum præcipit diligere *ἑτέρους*, idest, extense, & iterum extensam (inquit)

charitatem

charitatem habentes, &c. Euãgelici autem quia purgatoriũ tollunt, & animas post hanc vitã negant iuari a nobis posse, non diligunt extense, sed potius anguste, vt qui charitatem erga fratres terminis vitæ huius circumscribant, quos manet iudicium sine misericordia post mortem, quia iis, qui post mortem ope nostra indigent, non faciunt misericordiam. Sic est horum sapientia terrena, & animalis, aliena à misericordia, & fructibus bonis. Sed quod episcopi, & ab eis ordinati presbyteri potestate, & ministerio clauium ad remittenda debita eorum, qui in purgatorio sunt, precando pro eis vtantur, mihi quidẽ Dionysius Areop. satis docuisse videtur. tradit enim precari quidem illos pro pie defunctis, pro impie vero, nequaquam, quod hoc sit alienũ ab ordine eorum, qui sunt diuinæ iustificationis administrari, sitque in eo temeraria quædam hierarchici actus administratio. Retulit ergo inter Hierarchicos actus huiusmodi preces episcoporum, & sacerdotum pro defunctis, quæ absolutoriæ, vel remissoriæ preces dici possunt. Sunt autem, & dicuntur hierarchica, quæ ad potestatem ordinis, & iurisdictionis sacræ pertinent, ex quorum numero est remittere tum peccata, tum pœnas eorum, quod quidem episcopi, & presbyteri pro mortuis precando faciunt. vt iam cum dicunt, Absolue, quæsumus, domine, & alia in hanc sententiam, perinde esse videatur, ac si dicant, absolue domine, quia si tu absoluis, & nos tecum tanquam ministri tui secundum potestatem a te nobis per pontificem datam absoluiimus, & remittimus. Sicut pronuntiare solet interdum huiusmodi remissiones ipse pontifex, qui & plenam earum potestatem, & *ἀπέναντος* habet, quam cum aliis ex parte communicat. Quare quod omnis pronuntiatio absoluteionis a precatione quadã incipit, significat, in persona Christi fieri absoluteionem & remissionem, non autem propria auctoritate. Hoc vero quod diximus, episcopos, & eorũ auctoritate presbyteros, cũ veniã pie defunctis hierarchice in ecclesia orãt, culpas eorum leues, & peccatorũ pœnas ex parte remittere, magis adhuc paulo post idem Dionysius declarauit, cũ rursus vt doceret, non esse, vt dixit, temere, & secundũ voluntatem propriã pro impie mortuis, sed secundum iudicium diuinum pro piis, & sanctis precãdum, de eo admonuit, quod dominus dixit, Accipite spiritum sanctũ, priusquam diceret, quod statim sequitur,

tur,



tur, quorum remisistis peccata, & quæ sequuntur, scilicet vt intelligeremus, ligandum, & soluendum esse secundum deum, & non secundum voluntatem humanam. idem docuit Petrum dominus, & in eo episcopos omnes, vt idem quoque Dionys. notauit, cum prius dixit, Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est, Deinde subiungit, & ego dico tibi, quia tu es Petrus &c. & paulo post, & quodcunque ligaueris super terram, & quæ sequuntur, vt doceret, secundum reuelationes diuinarum iustificationum, vt Dionys. ait, amicos dei ad remissiones scilicet admittendos esse, non autem inimicos, & impios. Sed ridebunt fortassis aliqui, cum audierint, sic nos ecclesiasticæ iurisdictionis fines proferre, ac dilatare, vt vsque ad animas etiam, quæ ab hac vita in purgatorium recesserunt, pertingat, cum scriptum sit in euangelio, non quidem quæcûque solueris sub terra, aut post mortem, sed super terram, erunt soluta & in cœlis. Quibus respondendum est, nihil nos alienum ab scriptura sancta dicere, quin potius quod scriptura ipsa tradit, quæ ait, Mors viro requies, clausit enim dominus cõtra eum. quod diuinus Dionys. de extrema cuiusque remuneratione interpretatur, cum referret vnusquisque post mortem propria corporis, sicut Apostol. ait, prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum, bonum scilicet in cœlo cum angelis dei, & malum in inferno cum dæmonibus, cum quisque eorum, vt ait idem Dionys. actionibus huius vitæ propriis iam finem imposuit, sicut scriptum est, venit nox, quando nemo potest operari, scilicet post mortem neque per se, neque per alium vllus mereri quicquam potest, siue in inferno sit, siue in cœlis. Quod si adhuc modum clausit dominus contra mortuos in inferno, & in cœlis, consequens est, vt non clausit contra mortuos, qui neque ad infernum descenderunt, quia pie vixerunt, & pie mortui sunt, neque ad cœlos propter aliquas minutas sordes euolarunt. quod si non clausit contra eos, ergo concedit ad huc aperire illis, scilicet per ministerium potestatis clauium, potestatis inquam soluendi, & remittendi. permittitque illis mereri, non quidem per se, vt qui sint extra hanc vitam, sed satisfacere per eos, qui in terra sunt. illud vero, Quæcunque solueritis super terram, non sic dictum est super terram, quasi super terram esse debeat, cui remittendum

dum sit, sed potius significat, in terra exerceri hoc iudicium, quod deus, si verum sit, in cœlis habeat ratum. Is enim post mortem dicendus est super terram solui, qui si viueret, soluendus esset, vt Innoc. iii. dixit de excommunicato post mortem absoluto de sent. excom. c. a nobis. Hactenus de satisfactionibus penitentialibus, & remissionibus peccatorum secundum indulgentiam. proferant nunc Euangelici, siquid in iis, quæ dicta sunt, & quæ apud nos ecclesia dei sancta exercet, notare possunt, quod non cû scripturis diuinis, cû apostolorum doctrinis, cum apostolicis scriptoribus, cum pietate ipsa, ac ratione congruat. hæc enim lumina sequentes verba veritatis, & sobrietatis scripsimus. sicut Apost. præcepit sapere, & idem de se respondit Festo, nihil dicens præter ea, quæ Moyses, & prophetæ locuti essent. & non sicut Euangelici cæci, & duces cæcorum, qui errantes, & in errorem mittentes ipsi vere insaniunt, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Sed iam respondeamus paucis ad illa, quæ hoc loco hæretici obiicienda esse putauerunt, sic enim ait Cal. c. ix. art. vi. Christi sanguinem vnica esse pro fidelium peccatis satisfactionem, & purgationem, ac proinde nihil superesse, nisi vt purgatorium sit crucis euacuatio. Esset quidem purgatorium crucis euacuatio, fateamur, si cui facta esset in hac vita remissio omnis pœnæ per potestatem ligandi, & soluendi ministris ecclesiæ tributam, idem rursus post mortem igni purgatorio purgandus esset. At non ita est, imo ei relinquitur purgatorium, qui neque peccata sua in hoc sæculo, vt lex naturæ requirit, vindicauit in virtute mortis Christi, qua facti sumus ex mortuis viuētes, neque eidem vltio, quæ Christus in cruce fecit, a summo Christi ministro per potestatem clauium in persona Christi donata est. Quod vero ex Aug. afferunt in tomo ix. tract. xlix. requiem, quæ post mortem sequitur, tunc vnumquemque accipere, si dignus est, cum moritur, Si istis purgatorium Augustinus hoc vno loco tollere videtur, cur quod in vno loco anceps est, arripiunt, & quod in pluribus euident, dissimulanter prætereunt? Vtrum vero de purgatorio certum habuerit Aug. an dubitarit, perspicui potest ex eo, quod omnes vitæ huius cruciatus cum suppliciis inferni, aut purgatorii die vno comparanti metu percussus tom. 2. in epist. de laudibus Hieronym. respondit, Heu, quid audio, inquit, &c. & continuo illum,

M m m cum

cum quo loquitur, interrogans, sed quæso (inquit) in quo tormenta differunt infernalibus ab iis, quæ sunt in purgatorio, & quæ sequuntur. Item tom. x. hom. xvi. de resurrectione domini. Hi vero (inquit) qui temporalibus pœnis digna gesserunt, de quibus Apost. dicit, si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamē quasi per ignem, per fluuiū igneū, de quo propheticus sermo commemorat, & fluuius igneus cur rebat ante eum, per fluuium, inquam, igneum, & vada feruentibus globis horrenda transibunt, quanta fuerit peccati materia, tamen & pertransendi mora quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit quædam flammæ rationabilis disciplina, & tom. iiii. libro de vera, & falsa pœnitentia, sed si etiam (inquit) sic conuersus euadat, vita viuat, & non moriatur, non tamen promittimus, quod euadat omnem pœnam, nam prius purgandus est igni purgationis, qui in aliud sæculum distulit fructum conuersionis, hic autem ignis & si æternus non sit, miro tamen modo est grauis, excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita, Deinde subiungit, studeat ergo quilibet, sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat talem pœnam tolerare. quædam enim peccata sunt, quæ sunt mortalia, & in pœnitentia fiunt venialia, non tamen statim sanata, & quæ sequuntur. Hactenus de indulgentiis, & Purgatorio, ac de misericordia, & fructibus bonis spiritalis sapientiæ Verbi dei.

Persequamur deinceps reliqua loci propositi, doceamusque sapientiam Verbi dei, quæ de sursum est, & διὰ πνεύματος esse, id est, nõ iudicari, quod verbū quid declaret, ex iis intelligi potest, quæ paulo post idem Apost. & frater domini subiungit. Nolite (inquit) detrahere alterutrum, fratres mei, qui enim detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Sane quidem ex quo Euangelici tradere cœperunt, sola fide hominem iustificari, noluerunt esse factores Verbi dei, subministrantes in fide virtutem, quia fides sine operibus virtutum mortua est, in virtute scientiam, vt scirent, quæ virtus esset perfecta, ac deo placens, & quæ non, in scientia, ne ea inflati essent, abstinentiam, modestiæ custodem, & adiutricem, in abstinentia, ne deficeret, patientiam, in patientia pietatem, quæ ad omnia valet, ne si patientia

tientia esset corporalis tantum, ad modicum utilis esset, in pietate, quæ omni statui rerum, omni loco, & tempori conuenit, vt prodesse posset, charitatem erga deum, & proximum, quæ instar tecti est in ædificio spiritali virtutū, sine qua nihil possunt cetera prodesse. Rursum ex quo noluerunt esse factores Verbi, conuersi sunt in iudices eius, Qui enim nos iudicant, Verbum dei iudicant, quod non a nobis processit, neque in nos peruenit, sed potius in omnibus ecclesiis ab initio prædicatum est, & in eo permanserunt, qui est illustris, & in signis Verbi dei character. Sic enim Apost. arguit Corinthios contentiosos, inflatos, non obedientes, carnales, & contemptores pacis, atque ordinis ecclesiastici contra doctrinam apostolicam omnibus ecclesiis traditam. Sic (inquit) doceo in omnibus ecclesiis. & paulo post. an a vobis processit Verbum dei, aut in vos peruenit? Si ergo, vt hic Apostolus eos, qui spirituales sunt, qui omnia di iudicant, docet, ad perhibendum testimonium Verbo dei, origo, antiquitas, vniuersitas, & consensus omnium ecclesiarum requirenda, & spectanda, est, profecto vbi hæc suppetunt, ibi Verbum dei est. Nos ergo sumus, qui vere gloriamur, a nobis Verbum dei, quod tenemus, non processisse, sed ab apostolis ipsis, qui ex Hierusalem pleni spiritu sancto in vniuersum orbem ad prædicandum euangelium omni creaturæ profecti sunt. Quod nunquam nobis credi postulauimus, nisi prius probaremus, audisse hoc nos ex multis testibus, vt Apost. Timotheo scripsit, vt scilicet Verbum dei, quod per multos testes audisset, per idoneos magistros tradere curaret. Quantæ nubes testium in singulis dogmatibus ecclesiasticis proferantur a nostris, non ignorant Euangelici, qui numero, & pondere testimoniorum oppressi, quia vim eorum sustinere non poterant, maluerunt semel auctoritati eorum detrahere, ipsi vero contra quàm paucos, aut nullos, aut quales, & quàm mendose, & corrupte citet, licet cuius experiri, vel in vno dogmate de præsentia corporis Christi, vt cetera taceam, de quo integra apud nos testimoniorum volumina feruntur, Caluinus vero Genebensium pseudoapostolus, vt reliquos prætereā, in suis institutionibus. c. de cœna domini ex patribus, ad quos se ait reuocari, vnum Augustinum citat, & eum quidem quod ille vult, haudquaquam dicentem. de testimonio autem Nicenæ syn. ab eo decurtato,

& præciso dixi supra. Nos rursus famus, qui vere gloriamur, Verbum dei non peruenisse ad nos tantum, sed ad omnes mundi ecclesias, quod ex multis quoque testibus audiimus. plenæ enim sunt ecclesiasticæ historiæ. Quare Verbum dei, quod nos tenemus, iudicare debet, non iudicari. Est enim Verbum dei, vt beatus Iacobus apostol. ait, ἀδικῆσαι, idest, non iudicatur. Ex quo fit, vt verbum Euangelicorum, a quo nostrum Verbum dei iudicatur, non possit esse Verbum dei, sed potius Verbum diaboli, quod ab eis processit. Ab ipsis enim egressa est pollutio super terram, vt apud Hier. de falsis prophetis scriptum est, & ad eos peruenit, ad eosque, quos ipsi polluerunt, quare non potest iudicare, sed potius vt Apost. de infideli, & profano ait, iudicatur ab omnibus, cōuincitur ab omnibus, scilicet per Verbum dei, quod iuxta prophetiam Esa. Exiuit ex Hierusalem, & iudicabit populos multos. & Dominus in euangelio, Qui spernit me, inquit, & non accipit verba mea, sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Sed hoc cum male intelligant Euangelici, quasi sermo dei per se loqui possit, & Verbum dei per se resonare, iudiciū ecclesiæ catholicæ recusant, & ad Verbum dei in omni quæstione prouocant. quod est, ad legem prouocare, & præterire iudicem, quo nihil amentius, & quod natura ipsa fieri vetat. Neque enim sermo separari potest ab eo, qui loquitur, neq; doctrina Verbi dei ab eo, qui eā tradit, cum sit verbum τῆς σωτηρίας, idest, eorum, quæ cum alio cogitantur. Quare si Euangelici per Verbum dei, nostrum Verbum dei quasi non sit Verbum dei, iudicare volunt, cur non veniunt nobiscum in concilium ad eos, qui loquantur tanquā sermones dei ad eos, inquam, qui sedeant in concilio super cathedram Christi, vt quodcunque dixerint, fiat? Cur non requirunt nobiscum in pace ex labiis sacerdotis scientiam, & ex ore eius legem? Cur non ascendunt exemplo Pauli, & Barnabæ ad successores apostolorum, & presbyterorum super quæstionibus, quas habent vt fiat magna conquisitio, & singuli per partes prophetent. & si sedenti reuelatum fuerit, prior taceat? Cur non cum Paulo ascendunt ad antecessores episcopos, ad conferendum cum eis euangelium, quod ipsi in Germania prædicant seorsum autem cum iis, qui videntur esse aliquid, cum potest dico, & adiutorum cœtu, ne forte in vacuum currât, aut cucur-

cucurrerint? An non sunt hæc omnia scripta ad nostram utilitatem? Quis non videt, quàm esset vtile, exempla hæc sanctissima hoc præsertim tempore sequi, & imitari? Sed concedamus, magistros Euangelicorum certissimos esse de isto suo verbo dei, quod ipsi vocant, neque dubitare, an in vacuum currât, aut cucurrerint, an hoc ipsi magis exploratum, & certum habebunt, quàm habuit Paulus apost. qui non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum euangelium accepit, & didicit? qui tamen vt ad aliorum utilitatem omnia omnibus fieret, ceterisque satisfaceret, ascendit Hierus. (vt Tertull. ait lib. iiii. aduersus Marci) ad cognoscendos apostolos, & consultandos, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset, idest, ne non secundum illos credidisset, & non secundum illos euangelizaret. denique vt cum auctoribus, inquit, contulit, & conuenit de regula fidei. Dexteras miscuere, & exinde officia prædicandi distinxerunt. Et paulo ante de collatione ista, & de eodem Paulo loquens, auctoritatem (inquit) antecessorū fidei, & prædicationi suæ optauit. Cur ergo Euangelici non hoc exemplum imitantur? Quod si auctoritatem ecclesiæ nostræ se nolle dicunt, quasi non sit in ea, vt mentiuntur, Verbum dei, vel ea saltem causa in concilium nostrū libenter venire deberent, vt per scripturas sanctas, quas vane iactant, conuincerent non esse apud nos Verbum dei, sed potius apud se. Sed facerent illi quidē hoc, quod dicimus faciendum esse, si in ecclesia eorū essent spiritus prophetarū prophetis subiecti, nunc vero cum nō sint, neq; id modo, sed potius doceant, non debere esse, fit, vt vel hac ratione, Verbum dei, quod se habere existimant, minime habeant. Verbum enim dei Verbum pacis, obediētiae, æquitatis, & ordinis est. Itaq; Verbum dei, quod in ecclesia nostra est, non detrahit fratribus, neque legi. Nullā ecclesiam fidelem iudicat. Infirmos in fide secundum Apostoli præceptū assumit, ne cadant. Ignauos, remissos, ac languentes, ne desperent, sustinet, cōsolatur, curat, & hortatur, vt remissas manus, & soluta genua erigât, ac rectos gressus faciant. Eos vero, qui incurabiles sunt, neque corrigi volunt, ex ecclesia, vt constituit dominus, eiicit, tollens malum de medio, ne ipsi pereant, & alii inquinentur. At Euangelici, vt Iudas apostol. de similibus hæreticis ait, murmuratores; querulosi, secundum desideria sua ambulantes, blasphemant, quæ



quæ ignorant, quæ ipsi per scripturas, quarum virtutem ignorant, probare nesciunt, quæ autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur edentes, & bibentes, & sacrilege fornicantes, qui nefas esse putant interdici esum carnis ieiunantibus, & presbyteris nuptias. hæc ex verbo, quod iactant, & dei Verbum appellant, didicerunt. Hactenus de nota, & caractere Verbi dei, quod a nemine iudicatur, vt contra verbum Euangelicorum ab omnibus, vt dixi, iudicatur, ab omnibus conuincitur.

Venio tandem ad extremum Verbi dei characterem ab eodem Apostolo, & fratre domini expressum, qui est *κρίσις*, nos quia vno verbo interpretari non possumus, dicamus vacuitatem simulationis. Qui quidem character vt expressius, eminentiusque appareat, simulationem, qua terrena, & animalis sapientia verbi Euangelicorum plena est, comparemus. Iactant enim, & simulant legem libertatis, qua libertate Christus nos liberauit, vt velamen malitiæ habeant libertatem, sicut de similibus eorum dixit beatus Petrus, libertatem promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Nobis omnibus scriptum est, quod Apostolus Galatis scripsit, Vos in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem seruite inuicem. At vero Euangelici, arripiunt scilicet libertatem istam in occasionem contemnendi imo tollendi omnia ecclesiastica decreta, & sanctorum Conciliorum sanctiones, ac leges Pontificum, denique quicquid non est litteris sacris mandatum. Hæc enim omnia existimant ad seruitutem Iudaicam pertinere, ac mandatis illis Pharisæicis similia esse, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Etenim si intelligerent, quæ sit lex libertatis, qua Christus donauit nos, & quæ rursus lex seruitutis, à qua nos liberauit, nunquam profecto ista dicerent. Quæ igitur sit lex libertatis nemo eruditius, neque elegantius, neque grauius explicare potest, quam Clem. Rom. in. vi. lib. de Schismatibus, Veritas est Græco. Ergo postquam Iudæi (inquit) violarunt. Legem decalogi iustam, & sanctam, ac simplicem, quam deus per Moysen dederat, quæ sine villo coactu, liberæ potestati sacrificare permittebat, vt Abel, Noë, Abraam, & alii deinceps non iussi, aut coacti, sed vltro, & naturali lege excitati sacrificarant, idcirco enim in calce

calce decalogi, si feceris (inquit) mihi altare, ex terra facies, non dixit, fac, sed si feceris, quod quidem non necessitatem sacrificandi, sed liberam potestatem declarat, neque enim sacrificiis indiget deus, cuius est terra, & plenitudo eius, postquam legem ergo, decalogi violarunt, & vitulum pro deo colere cœperunt, eidemque exitum ex Aegypto assignarunt, & tam multa dei beneficia, ac miracula contempserunt, populo (inquit) ingrato & beneficiorum immemori iratus dominus, vinculis ad soluendum difficillimis eum strinxit, & colligauit, & maximo onere imposito, ac graui iugo iniecto presit, neque dixit amplius, si feceris, sed fac altare, & sacrificia assidue. obliuiosus enim es, & ingratus. Imola igitur semper holocausta, vt sis memor mei. Quia enim hactenus libertate abusus es, id est, libera potestate sacrificandi, impono tibi posthac necessitatem. Deinde delectum, & discrimen ciborum, atque animantium constituo, quæ pura, & quæ impura sint, cum sit alioqui omne animal bonum, vt pote à me factum. Impero tibi etiam assiduas iustificationes, baptismata, aspersiones, purificationes, ferias varias. Quæ si neglexeris, supplicium decerno tanquam seruo non obediens, vt sic pressus, & iugo aspero vexatus à falso cultu falorum deorum recedas, & pro eo, quod dixisti, hi sunt dei tui Israël, illud in mentem veniat, Audi Israël, deus tuus, deus vnus est, reuertarisque ad legem illam, quæ à me est natura cunctis hominibus insita de vno deo solo in cœlo, & in terra, qui sit toto pectore, totis viribus, toto animo diligendus, & præter eum nullus dominus metuendus, neque aliud nomen aliorum deorum mente cogitandum, aut ore proferendum. Propter duritiam enim cordis alligauit eos, vt sic sacrificando, feriendo, purificando, & talia obseruando, in mentem eis veniret illius dei, qui hæc illis sanxisset. Vestri autem (inquit) qui in vnum deum credidistis, qui non necessitate, sed voluntate, ac mente sana paruistis, vestri, inquam, beati oculi, quoniam vident, & aures vestræ beatæ, quoniam audiunt. soluti enim estis vinculis, & à seruitute liberati. Non enim amplius dico vos seruos, sed amicos, quoniam omnia, quæ audiui à patre meo, manifestaui vobis. Illis enim, qui neque videre, neque audire voluerunt, nõ quia supplicii caruissent, sed quia nimia eorum malitia esset, dedi mandata non bona, & iustificationes, in quibus non viuunt in ipsis.


non bona, inquam, secundum propositum eorum, siquidem scalpellum, cauteria, pharmaca sanis quidem inimica sunt, & odiosa, iis verò, qui non sunt sani, neque obediunt, mala, mortem enim eis afferunt. Vos igitur beati, qui liberati estis à male dicto. Christus enim dei filius ad nos veniens, legem à se confirmatam implevit, introducta, & addititia abrogavit. Itaque partim (inquit) eorum quodammodo confirmavit, & sanxit, partim sustulit, & omnino antiquavit, & voluntatem hominū rursus liberam dimisit, non præsenti, eademque brevi morte mulctans, sed iudicium in alterum sæculum reiiciens. Vnde ait, si quis vult venire post me, veniat, & rursus, nunquid & vos vultis abire? Iam vero sacrificia populi peccantis, & non pœnitentia, sed sacrificiis deum placari existimantis sæpe ante aduentum suum improbavit, ut cum ait, Quid mihi thus ex Saba affers, & cynamomum ex terra longinqua? holocausta vestra nō sunt mihi accepta, & sacrificia vestra non placuerunt mihi, & quæ sequuntur. Holocausta vestra congregate tum sacrificiis vestris, & comedite carnes, quoniam cū eduxi vos ex terra Aegypti, de holocaustis, & sacrificiis nihil vobis præcepi. Et per Esaiam ait, Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, ait dominus? Et paulo post, Neomenias vestras, & sabbata, & magnum diem non probō, ieiunium, & quietem feriarum, & vestros dies festos odit anima mea. Et per alium prophetam ait, Recede à me, insiste viis tuis, cantum organorum tuorum non audiam. Et Sauli dixit Samuël, cū se sacrificare existimabat, Melior est obedientia, quàm victimæ, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum, Ecce enim non vult deus sacrificium, ut obedientiam. Et per David ait, Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et paulo post, imola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et in omnibus scripturis similiter sacrificia eorum reiicit, & improbat propter peccata, victimæ enim impiorum abominatio domino, siquidem inique, & præter legem eas offerunt. Et rursus sacrificia eorum, ut panis luctus, quicumque comederint, pollutentur. Quòd si ante aduentum suum dominus pro sacrificio cor mundum requirebat, & spiritum contritum, multo magis post aduentum suum cessare iussit huiusmodi sacrificia cruenta, quæ quidem abrogavit, postquam prius implevit. Circun-

cifus

cifus enim est, & aspersus, & sacrificia obtulit, atque holocausta, aliisque ritibus legis usus est, factusque est ipse legislator plenitudo legis, non quidem quòd legem naturalem refrigeret, ac dissolueret, sed quòd introducta, & addititia illa, quæ secundo loco per deuterofin adiunxerat, abrogaret, tametsi non omnia. Legem itaque naturalem, & innatam non sustulit, sed confirmavit. Qui enim dixerat in lege, Dominus deus tuus, deus vnus est, idem in euangelio ait, ut cognoscant te solum verum deum. Et qui dixit, diliges proximum tuum sicut te ipsum, idem in Euangelio ait, renouandi gratia, Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem. Rursus qui cedem tunc prohibuit, nunc vel iram temere commotam prohibet. Et qui tunc adulterium interdixit, nunc etiam cupiditatem non honestam, & legitimam. Et qui ante prohibuit furtum, nunc beatum dicit eum, qui de suis laboribus largitur egentibus. Et qui odium vult, modo etiam de charitate erga inimicos præcipit. Et qui tunc vltionem, nunc tolerantiam, non quidem quòd iusta vltio iniqua sit, sed quod præstantior sit tolerans perpessio. Neque enim legem sanxit de extrahendis, & extirpandis perturbationibus naturalibus, sed de moderandis. Rursus, qui parentes honorare præcepit, idem se parentibus submisit. Et qui otium sabbati sanxit legis meditandæ gratia, nunc iussit, ut meditates legem fabricationis mūdi, & dei providentiam, gratias deo quotidie ageremus. Deinde legem circuncisionis abrogavit, quam in se implevit, quia ipse erat, cui expectatio gentium reposita erat. Item qui religionem sancte iurandi sanxerat, & per iurium interdixerat, idem nunc præcepit, omnino non iurare. Iam baptismata illa, & sacrificia, ac sacerdotium, cultumque illum loco circumscriptionum in aliud genus mutavit. Pro quotidianis enim baptismatibus dedit vnum tantum baptisma in mortem suam. Et pro vna tribu Leuitica iussit ex vnaquaque gente optimos quosque ad sacerdotium eligere, neque iam corporum vitia, & maculas inspicere, sed religionem, & vitæ modum, ac mores explorare. pro sacrificio cruento, sacrificium rationale, & incruentum, ac mysticum corporis, & sanguinis, quod in symbolum mortis domini celebratur. pro cultu autem terminis loci definito iussit se glorificari ab ortu solis,

N n n

vsque



vsque ad occasum in omni loco dominationis suæ. Non igitur legem nobis ademit, sed legis vincula. De lege autem & Moyses ait, meditaaberis Verbum, quod ego tibi præcipio, cum domi sedes, & cum surgis, & ambulas in via. Et Dauid ait, Et in lege domini voluntas eius meditabitur die, ac nocte, vbi que enim vult, vt legem conseruemus. Beati enim (inquit) immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati, qui scrutantur testimonia eius in toto corde. Et rursus beati sumus Israël, quoniam, quæ placita sunt deo, nobis nota sunt. Et dominus ait, Si hæc scitis, beati estis, si feceritis hæc. Hactenus Clemens: Ex his ergo perspici potest, ad legem libertatis pertinere, quæcunque sunt à natura animis nostris informata, de quibus Apost. dixit, gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt, quæ sunt omnia lege decalogi comprehensa, quæ non ex necessitate, vt hæretici tradunt, sed dei gratia ciente, & adiuuante, ex impetu proprio voluntatis, qui à Græcis *ὁρμη* dicitur, effectū capiunt. facti. n. sumus ad ea propensi, si eū impetū cohibere nolimus, qui nobis insitus est, vt, sicut ait magnus Basil. ne moleste feramus, quasi à nobis aliquid alienum, & insolens requiratur, neue rursus efferamur, quasi aliquid prius, quàm à deo tributum sit, nos conferamus. Horum omnium vim continet charitas, sicut scriptum est, qui me diligit, mandata mea seruabit, & rursus in his duobus mandatis de charitate scilicet vniuersa lex, & prophetæ pendent. Ad hæc quoque charitatem eadem ratione impetus nostræ voluntati inditus est, quæ alioqui gratia dei indiget. Hæc est igitur lex libertatis, secundum quam dicta, & facta, ac cogitata iudicanda sunt, sicut beatus Iacobus ait, sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Ad hæc legem ratione quadam pertinent leges ciuiles, & leges ecclesiasticæ Pontificum, ac synodorum. Sunt enim hominum leges, (modo iustæ sint) *πρὸς θέν*, idest, accessio quædam rectæ rationis naturalis, vt Philo Alexand. in libro de Ioseph politico docet. Quare consequens est, vt qui constitutiones, quas vocant humanas, ideo respuendas putant, quia humanæ sunt, iudicandi sint secundum legem naturalem, idest, legem libertatis, ad quã tanquam accessiones quædam referuntur. Hi igitur sunt qui velamen mali-

tia

tia habent libertatem, qui ne serui hominum esse videantur, nolunt esse serui dei, qui iubet potestatibus sublimioribus subditos esse propter conscientiam. Rursus ex iis, quæ ex doctrina Apostolorum per Clementem Rom. litteris prodita supra recitauimus, intelligi potest, ad legem seruitutis pertinere illa omnia, quæ solum ad alligandum, & stringendum populum illum ingratum, & obliuiosum, & libertate abutentem, velut vincula iniecta sunt, vt metu transgrediendi cohibiti, semper dei memores essent, vt de sacrificiis, de cibis, de potibus, de sabbatis, & de variis baptismatibus, & aliis iustitiis carnis, quorum partim abrogata, & antiquata sunt, partim in aliam speciem, & aliam rationem mutata, vt baptismata legis varia in vnum baptismata mutata sunt, quod fit in mortem Christi. Item dies illi festi in alios, qui non sunt umbra futurorum, sed memoria præteritorum, vt in exitum sanctorum per otium, & quietem festiuam intuentes imitemur & fidem. & illud ocium, ac quies corporalis sabbatorum ad meditandam legem dei, quæ erat etiam umbra quietis cœlestis, mutata est in ocium quotidianum vacandi rebus diuinis, & contemplandi dei beneficia, ac gratias agendi deo, quæ non iam umbra futuri sed imago est instantis ocii cœlestis. Item distinctio illa ciborum, & potus, vmbra tralis, & ænigmatica mutata est in rationem sapienter castigandi, & deiiciendi corpus, & redigendi in seruitutem, quod habet, vt cum Apostolo dicam, rationem sapientiæ in religione, & humilitate. Iam ne intelligunt Euangelici, quàm vane iactent, libertatem Christianam non pati hæc onera seruitutis? & illud Apostoli, quàm insipienter, & inique obiiiciant, Nemo vos iudicet in cibo, & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum? nisi enim Iudaicam illam obseruationem ad legem seruitutis pertinentem, & ab euangelii veritate alienam, ac iam abrogatam Apostolus notasset, nunquam profecto illud addidisset, quæ sunt umbra futurorum. Hactenus de lege libertatis ex cuius ignorantia multi, & magni errores Euangelicorum fluxerunt. Cū enim non intelligerent, quæ esset lex seruitutis, a qua per Christum liberati sumus, neque rursus, quæ esset lex libertatis, quæ in locum eius successit, ad libertatem Christianam hæc omnia

Nnn ii . . . perti-

pertinere existimarunt, vt cum ex aliis, tum ex Institut. Caluini  
 de libertate Christiana intelligi potest, scilicet si ad iustitiam,  
 —inquit, nulla operum ratio habenda sit. Cum tamē scriptura di-  
 cat, Sic loquimini, & sic facite, tanquam per legem libertatis in-  
 cipientes iudicari, non dixit, sic credite solum, & sic confidite,  
 tanquam per legem libertatis incipientes iudicari. Item si non  
 —sit quærendum, quomodo iusti simus, sed quomodo iusti ha-  
 —beamur a deo. Cum tamen scriptura vtrunque copulasse videat-  
 tur, cum ait, Videte, qualem charitatem dedit nobis pater, vt  
 filii eius nominemur, & simus. Quod si vt filii eius nomine-  
 mur, & simus, ergo vt iusti etiam habeamur, & simus. Quid  
 enim aliud est, nominari a deo iustos, quàm haberi? ad liber-  
 tatem igitur filiorum pertinet, non solum haberi tales, vel re-  
 putari, sed esse. Item ad libertatem Christianam pertinere dixit  
 —idem Calu. si non sit metuendum, ne nostra bona opera quam-  
 —uis imperfecta, & inchoata, ac dimidiata, imo aliquid etiam vi-  
 —tii habentia, vt idem ait, non placeant deo. Neque enim ait, co-  
 —li deum posse inter terrores illos, vbi dubitatur, offendatur ne  
 —deus, an colatur nostro opere. Cum tamen Apost. Philippenſes  
 moneat, vt cum metu, & tremore salutem suam, ac proinde iu-  
 —stitiam suam operentur. Præterea, si non oporteat sollicitas, &  
 —anxias esse conscientias de remissione peccatorū. Cum tamen  
 non hoc docuerit Apost. qui castigabat corpus suum, ne cum  
 aliis prædicasset, idem reprobus efficeretur. & qui aiebat, Ni-  
 hil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vtrun-  
 que enim fuisse conscientia non omni sollicitudine carentis,  
 —quis neget? Deinde, si eorum, inquit, quæ externa sunt, & per  
 —se adiaphora, nulla religione teneamur, ita vt coram deo nihil  
 —referre existimemus vefci, an non vefci carne, albis, an atris in-  
 —dui, similiter in reliquis eiusdem modi, quæ laqueos obserua-  
 tionum vocant. Cum tamen Apostol. non dixerit, exercitatio-  
 nem corporalem inanem, aut otiosam, aut etiam superstitio-  
 sam esse, & ad seruitutem pertinere, sed potius vtilem esse, ta-  
 metſi ad modicum, quod non omni loco, neque omni tempo-  
 re, neque omnibus conueniat. Vt non conueniebat Timo-  
 theo propter stomachum, & frequentes eius infirmitates. Sic  
 ieiunare, vt a vino etiam abſtineret, quod ille quidem propter  
 ieiunii

ieiunii religionem, vt veteres notarunt, faciebat. Et abſtinere a  
 carne aliquando non solum ratio ædificationis proximi cogit,  
 sed interdum etiam ratio propria vtilitatis, ac libertatis.  
 De cibis enim loquebatur, qui dixit, Omnia mihi licent, sed  
 non omnia expediunt, Omnia mihi licent, sed ego sub nullius  
 redigar potestatem. Hoc enim inquit magnus Athan. in quæ-  
 stionibus ad Antiochum principem cap. cxxxii. nihil aliud est,  
 quàm omnes quidem cibos bonos esse, quos creauit deus ad  
 alendum homines, licereque mihi omnibus vti, eisque ali, sed  
 illorum, inquit, seruus non ero, neque sub suam potestatem  
 me rediget gula. Essem igitur ciborum seruus, si mihi non lice-  
 ret, abſtinere ab eis ad castigandum corpus, & animam, vt ita  
 dicam, humiliandam in dei cultum; nisi id ipsum alia quapiam  
 fortasse ratione non expediret. Præcognoscebat itaque Apost.  
 futuros esse nouissimis temporibus, qui ad libertatem Chri-  
 stianam pertinere existimarent omni ciborum genere vti *ἀδὴα*  
*φόρωσ*, nos indifferenter dicamus, cum potius non licere, neque  
 id ipsum interdum vtile esse, magis ad seruitutem pertinere vi-  
 deatur. Postremo ad Christianam quoque libertatem pertine-  
 re opinati sunt, si leges humanæ tum ciuiles, tum ecclesiasticæ  
 conscientiam non obligarent, cum tamen aperte dicat Apost.  
 obediendum esse potestatibus non solum propter iram, sed e-  
 tiam propter conscientiam. Quem locum cum Calu. Frisicæ  
 pseudoapost. in suis instit. cap. xiii. artic. v. sibi ipse obiiceret,  
 diceretque videri, ex eo consequi, in conscientiam quoque do-  
 —minari principum leges, subiungit, hoc si verum est, idem de  
 —ecclesiasticis dicendum erit. Itaque non intelligens quid loqua-  
 —tur, neque de quo affirmet, Respondeo, inquit, primum inter  
 —genus, & speciem hic esse distinguendum, Nam etſi leges singu-  
 —læ conscientiam non attingant, generali tamen præcepto dei  
 —tenemur, quod magistratum auctoritatem nobis commen-  
 dat. Vult igitur generale præceptum obediendi potestatibus  
 tum ciuilibus, tum ecclesiasticis obligare quidem cōscientiam,  
 non tamen præcepta particularia, quasi possit esse aliquid ge-  
 nerale, quin sit particularium, quod philosophi negāt, aut pos-  
 sit esse vniuersale in multis particularibus nisi propter mate-  
 riam, vt iidem docent. Obedia igitur vt generalis est, non

habet hypostasim nisi in intellectu, quæ cum nihil sit per se, nihil item de ea præcipi potest. Imo quicquid de generali obedientia legum præcipitur, propter particularem obedientiam legum particularium, quæ propter materiam multiplicantur, & distinguuntur, præcipitur. Quid enim delirius dici potest, quàm generalem legem obediendi ecclesiæ in ieiunio verbi causa, aut in quiete diei festi, aut in aliis huiusmodi non obligare? Quia, inquit, necessitas obediendi non consistit in rebus præceptis, sed tota ad generalem finem respicit. Quod perinde mihi esse videtur, quasi diceret, non consistere necessitatem obediendi in iis rebus, quæ sunt, sed in iis, quæ cogitantur. quasi lex, & præceptio de obediendo potestatis non esset ἐμπερικῆς, sed tantummodo θεωρητικῆ, id est, quasi non in actione, sed in cognitione solum versaretur. Sed de libertate Christiana plura fortassis alias commòdiore loco aduersus Euangelicos scribã. Est itaque apud nos Verbum dei, cuius proprius item character est vera, & spiritualis libertas, & non simulata, ac carnalis, ut est apud Euangelicos.

Ad eundem characterem τῆς ἀνυποκρίσεως Verbi dei pertinet fides item non simulata, neque ficta, id est, quæ hypostasim habet in actione, & non est instar idoli, siue inanis visus, quod hypostasim habet in mente solum, cuiusmodi est fides sola Euangelicorum. Ut enim Verbum dei vere, & non simulate in carne apparuit, sic Verbum dei a Verbo dei substantiali reuelatũ ostendi oportet per fidem non fictam, & in se mortuam, sed potius habentem hypostasim in actione mandatorum tanquã in corpore, hæc enim est quædam Verbi reuelati σωμωτισις, nos dicamus corporationem. Per huiusmodi fidem operatam, & Verbum in actione positum filius dei, qui est verũ, & naturale dei Verbum ad patrem, in quo est secũdum naturam, adducit operantes. Non sunt mea hæc, sed sancti Maximi. Describã ea Græce ex iiii. Hecatondade theologica, εἰς ὑπόθεσιν, inquit, πίστεως, ἢ εἰς ὁμοιωσὶς καὶ ἐμπερικῆς, καὶ τὸ ὅτι τοῦ θεοῦ λόγος εἰς τοὺς περικηκοῖς δεικνύεται τῆς εἰς λαὸν σωματικῆς, δι' ἃν ὁ λόγος πρὸς τὸν λαὸν ἡμεῖς φησὶν εἶναι, καὶ αὐτοὶ πατέρες τῶν περικηκόντων. Rursus idem Maximus Hecatond. v. c. xlv. quia madata dei lumen quoddam sunt, fidem in actione mandatorum nondum positam cœcã dicit esse quasi lumine

caren-

parentem. Vnde Clem. Alex. in iiii. Stro. Vera, inquit, cognitio est lumen in anima ortum ex obedientia mandatorum dei. Ac rursus Paulo supra idem Maximus. c. xliii. Quicunque, inquit, nõ operando madata, diuinos oculos eruit fidei, dignus omnino est, qui condemnatur, super quẽ non iam respicit deus. Etenim si actiones, inquit, spiritus sancti scriptura diuina oculos vocat, qui oculos istos faciendo mandata non aperit, is profecto deum super se respicientem non habet. Non enim aliis oculis diuina natura eos, qui in terra sunt, intruetur. Si quidem radius diuini aspectus est ipsum virtutũ nostrarũ lumẽ, &c. Imo audiamus scripturam, quæ ait per Zachariam in pastorem imperitum, qui non docet opere, & sermone, neque sic secũdum præceptum domini oues rationales pascit factus forma gregis, ut sponte, ac non per vim pareant, Gladius, inquit, super brachium eius, & oculus eius dexter super brachium eius excœcabitur. Sic enim beatus Nilus iuxta interpretationẽ lxx. in libro de philosophia Christiana legit, & interpretatur. Significat itaque, lumen fidei, & cognitionis perfectæ, quod est instar oculi dextri, extingui solere, cum puniendi tantum cura est pastoris, interim vero negligitur actio recta, cuius symbolum est brachium dextrum, in quod vergit oculus dexter. Obseruauit deinde idem auctor Hecatondade vii. c. cix. dici in scriptura incredulitatem τὸ ἀρνησθαι τὸ ἐπιτάξαι, id est, negationem mandatorũ, fidem vero τὸ ἀρνησθαι τὸ ἀρνησθαι, nos dicamus eorum assensionem, & approbationem, quæ non consistit in credendo tantũ, sed multo magis in obediendo. Sed quod fides sola fides ficta, ac simulata sit, & imperfecta, ac proinde non sit illud dei Verbum, cuius character sit huiusmodi fides, exemplo vnitatis, & numeri idẽ Maximus docuit Hecat. v. c. 50. Itaq; ut ait, finẽ esse vnitatis motæ decadem, esse enim finem omnis principii complementum motionis, quam suscipit ipsum principium, ita ut principium ipsum motum, & complementum eius idem sint, ratione tantum differant. Ut iam decadem dicamus nihil aliud esse, quàm vnitatem decies ductam, differre tantum ratione, esse enim & dici vnitatem decies ductam secũdum rationem motus desinentis in decadem, & incipientis ab vno. Ac rursus ut principium decadis non motæ esse ait vnitatem non motam,

esse

## DOGMA. CHARACT.

esse enim principium omnis finis, ac complementi quietem circa ipsum, sicut tradunt philosophi, necesse esse, ut quies sit, unde principium motus existat. Si enim non esset quies, non iam principium, sed processus esset, sic fidei motus finem, & complementum esse virtutem actam, eandemque cum fide mota in unum coalescere. Itaque fidem motam esse in nobis bonum virtutis, & bonum virtutis esse fidem motam ratione tantum differentia, esse enim & dici fidem motam secundum rationem motus incipientis a fide, & desinentis in bonum virtutis, bonum vero virtutis secundum rationem motus desinentis in virtutem, & incipientis a fide. Quare ut unitas non mota frustra est, & imperfecta ad conficiendum numerum, ut autem mouetur, perfecta est, finem, & complementum habens ipsum numerum, sic fides sola quando non mouetur, instar unitatis non motae principium virtutis non operata est, & eadem imperfecta, & ad quam aggregari non potest virtus. Hinc etiam intelligi potest, quod a quibusdam catholicis quaeri solet, cum iustificari ex fide idem sit, quod iustificari ex virtutibus dei, vel ex charitate, cur tamen scriptura frequentius dicat, iustificari ex fide? nempe quod fides rationem habeat primi boni secundum rationem motus incipientis a fide, virtus vero rationem extremi boni secundum rationem motus desinentis in virtutem, Sicut idem Maximus ait, deum esse fidelem, & bonum, quae idem sunt, fidelem tamen esse secundum naturam, tanquam primum bonum, bonum vero tanquam ultimum expetibile. Praeterea comparat idem auctor Hecatond. vii. cap. xcvi. fidem, quae est cognitio firma veritatis tum credendae, tum operandae, quae a Dionysio dicitur ἀληθινὴ γνώσις ἀμετάπειστος, cum anima, quae hypostasim habeat in corpore, a quo separari non possit, & actionem comparat cum eiusmodi corpore. Igitur qui ostendit, inquit, cognitionem actione corporatam, & actionem cognitione animatam, is quidem viam absolutissimam repetit ἀληθινὴς θεωρητικῆς, id est, vere, ut ita dicamus, deificationis, ac proinde iustificationis. Deinde subiungit, Qui autem alteram ab altera seiunctam habet, si cognitionem ab actione seiunctam, is quidem inanem speciem, & visum ab hypostasi vacuum, quod phantasia dicitur, habet, si a actionem a cognitione, idolum inanimatum

sibi

## LIBER QUARTVS.

237

sibi fecit. Cognitio enim quae in actione non ponitur, nihil differt ab inani viso, nisi habeat subiectam actionem, in qua nitatur. & actio absque cognitione instar idoli est, cognitionis tanquam animae expertae. Rursus idem Maximus in epist. ad Cononem presbyterum, fidem sibi optat incolumem, & in actione positam, non mortuam passionibus, sed in qua, inquit, insit virtus crucis, mortis, sepulturae, & resurrectionis, crucis, quatenus non peccetur, mortis, quatenus plenissime nequitia omnis abiiciatur, sepulturae, quatenus omnis cogitatio eorum, quae sensui subiecta sunt, deponatur, resurrectionis, quatenus virtutibus, & vera cognitione abundemus, & cogitatio nostra a terrenis ad caelestia excitata sit. Haec tenus maximus. Fides igitur sola, & nulla, quae Euangelici praedicant, quae his omnibus vacat, nihil valet in Christo ad iustitiam, cum per eam non efficiamur, sicut Apost. ait, cōcorporales, & cōparticipes Iesu Christi. Itaque Christum esse crucifixum, mortuum, sepultum, resurrexisse, & ascendisse in caelum verbo, & lingua credit, non opere, & veritate, quando quis non crucifigit carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis neque ambulat in nouitate vitae, mortuus quidem peccato, viuens autem deo. Quin etiam philosophi licet sine deo in hoc mundo, & sine lumine sanctarum scripturarum hoc ipsum de non disiungendo ab actione scientiam *πρακτικῶν*, cuiusmodi est scientia Verbi dei, quae non in cognoscendo solum versatur, naturaliter cognouerunt. Unde quidam eorum in dialogo inscripto Politico eiusmodi scientiam agētem *ἢ πρᾶξις ἢ τὸ γινῆναι μόνον*, vocat *σύνμυκτον ὡς πρῶτον τῆ πραξίαι σίουσαν*, nos dicamus cōgenitam, tanquam actioni insitam, quasi esset eiusmodi cognitio instar cuiusdam animae corpori ingentiae, quae nunquam ab eo separari, neque existere nisi in eo possit. Et alius non minoris auctoritatis, scire quae agenda sunt, & non agere, pinde esse dixit, ut loq. solū. Sicut beatus Iacob. credere tantum Verbo dei, & non simul operari fidem Verbi, perinde esse dixit, ut audire solū. Sed dicent hic Evangelici, non negare se, necessaria esse opera, fieri namque non posse, ut qui iustitiam fidei habeat, illis careat, fidem tamen esse solam, quae gratiam illis conciliet, esse itaque fidem radicem, ex qua nascatur omnia bona opera, Sic enim Cal. in Catechesi de fide scripsit. Verum semper isti euenit, quod Apost. de similibus dixit, non intelligere, quod loquitur, neque de quo affirmat. Est quidem fides radix bonorum operum, ut Euangelici

lici

lici tradunt fatemur, sed vt radix sola nihil prodest, neque valet, quandiu sola est, virtus vero radice per arborem fusa, id est, arbor cum radice in vnum coalescens, arbor enim est finis, & cōplementum radice motæ, hæc, inquam, fructum in se suisque ramis gignit, sic fides sola, quæ est instar folii radice, non tribuit, vt tradit Cal. gratiam, id est, fructum iustitiæ bonis operibus, quæ sunt instar totius arboris, sed potius fides mota, siue operata intus p̄ dilectionem, & opera dilectionis, siue ipsa dilectio simul cū fide fructū iustitiæ afferūt animæ. Igitur qui Verbum dei iactāt, & solā fidem Verbi dei, in mendacium loquuntur in hypocrisis, vt de quibusdam dixit Apost. quorum Verbum non est sine simulatione, fides enim sola Verbi dei ficta est hypostasi vitali carēs. Tametsi non negem, ne quis hic calumnietur, quin verus assensus sit, & eatenus vera fides, vt non sit instar animæ in corpore vitā habentis, sed instar idoli, ac proinde non est proprie vera, id est, perfecta, ac non ficta fides, vt Apost. loquitur. Verum ista nuda fides Euangelicorū satis per scripturas tum ab aliis, tum a me omnium extremo, & minimo in Dogmatico de iustificatione confutata est. Reuerti quoque sunt auctores eius rationibus, & exemplis naturalibus, quo magis eorum error pateret. Est præterea ficta, ac simulata fiducia, quam iactant in verbo promissionis. vt hac quoque ratione verbum eorū non sit sine simulatione fidei, & fidutiæ. Vt enim cui non sunt mores sine auaritia, vt dominus præcipit, neq; est sicut idem Apost. ait, contentus præsentibus, is quidem non dicet cum fiducia, Dominus mihi adiutor, nõ timebo, quid faciat mihi homo, sic nõ dicet is confidenter, Retribue seruo tuo, vi uam, cui non prius conueniat, quod proximo superiore versiculo dixerat idem prophetā, Exercēbor in mandatis tuis, & cōsiderabo vias tuas. Non dixit, Credam solum, vt cōfidenter dicam, Retribue seruo tuo, vi uā, hoc est, iustificabor, sicut scriptū est, iustus ex fide uiuit, sed dixit exercebor in mandatis. Fides itaque sola, & nuda promissionum Christi fiducia esse non potest, sed potius est fidutiæ simulatio. Adde, quod veram fidutiā Apost. docuit distinctam esse a fide, siue fidutiā dicamus, quā Græci περιήνησιον, siue eam, quam illi περιήνησιον, vt runque enim verbum Latinus interpres noui testamenti interpretari solet fidutiā, & περιήνησιον aliquādo confidentiam. Ait itaq; in epist.

ad

ad Eph. in quo habemus fidutiā, & accessum in confidentia per fidem eius. Quare qui fidem facit fidutiā, Verbum dei confundit nõ distinguens, quæ Paulus distinxit, & distinguenda esse docuit. Sed absoluamus iam locum beati Iacobi, subiungit enim, Fructus autē iustitiæ seminatur in pace facientibus pacem. Hoc quoque proprium est scientiæ, quæ desursum est, ferre fructus iustitiæ in pace, ita vt quisq; in suo ordine, & gradu, quod sui muneris, & officij est, faciat. hæc enim vim habet pax, vt magnus Dion. tradit, cū qua colligata est iustitia, vbi autem non est pax, omnia sunt turbata, & confusa, & ibidem, omnis iniustitiæ fructus cernitur, vt apud Euangelicos videre est. Ex quo facile ab spiritualibus, qui omnia discernunt, intelligi potest, sapientiam verbi Euangelicorum non cœlestem; sed terrenam, non spiritualementem, sed animalem, non diuinam, sed diabolicam esse, vt quæ non doceat seminare fructus iustitiæ in pace, sed iniustitiæ in schismate. Neque ipsi Euangelici, in quibus ista sapientia seminatur, pacem faciunt, sed schisma, quia nolint id ipsum dicere, quod omnes ecclesiæ catholicæ in vnum conuenientes per omnes mundi partes à principio vsque in hodiernum diem semper dixerunt. Quod malū quia ex voluptate ventris, & auaritia, ac cupiditate inanis gloriæ nasci solet, vt satis in Euangelicorū magistris perspectum est, Idcirco subiungit statim idem Iacobus, Vnde bella, & lites? nonne ex cōcupiscentiis, quæ militant in membris vestris? hinc Apost. Paulus obseruare iubet eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam accepit ecclesia, faciunt, & declinare ab illis. Huiusmodi enim, inquit, Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Et beatus Petrus hæreticos describens, & auaritia (inquit) exercitatum cor habentes, &c. & rursus Paulus, Radix (inquit) omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide. Cupiditatem præterea inanis gloriæ idē Apost. paulo post notauit, cum ab omni hæresi dehortans, depositum (inquit) custodi deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. Deinde subiungit, Quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Sed vt iam extremū hunc librum verbis Iudæ apostoli Claudam, sicut primū eiusdem verbis clausi, Vos catholici Germaniæ, memores estote verborū, quæ prædicta sunt ab apostolis dñi nostri Iesu Christi, qui dicebāt

vobis

## DOGMA. CHARACTER.

vobis, quod in nouissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi superaedificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei seruate expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam, & hos quidem arguite iudicatos, quibus vt ait beatus Petrus, iudicium iam olim non cessat, & perditio eorū non dormitat, illos vero saluate in timore de igne rapientes, sciētes, vt ait beatus Iacob. q̄ qui cōuertī fecerit peccatōrē ab errore viæ suæ, saluabit animā suā a morte, & operiet multitudinē peccatorū, aliorū autem miseremini, odientes eam, quæ carnalis est, maculatā tunicam. Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere in conspectu gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi, soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominum nostrum gloria, & magnificētia, imperium, & potestas ante omne sæculum & nunc, & in omnia sæcula sæculorū. Amen.

## INDEX EORVM, QVAE IN LIBRIS QVA- TVOR DE DOGMATICIS CHA- RACTERIBUS OBSERUATA, SUNT, NOTATIS FOLIO QUIDEM NUMERIS, PAGINA VERO PRIORE, & POSTE- RIORE LITTERIS.

A. B.

A

**A**ctionem non esse separandam à scientia practica, cuiusmodi est scientia verbi dei, quæ per fidem discitur, docuit etiam Platon in Politia. 237.

Adorationis imaginum venerationem falso colligit Calvinus ex loco apoc. 22. & loco act. 10. male intellectis. 170. a

Adorari se à Ioanne qua ratione vetuit angelus in apoc. c. 22. item Petrus adorari se à Cornelio act. 10. 169. b

Aedificandi verbum in scriptura perpetuitatē successionis in regno ecclesiæ significare. 132. b

Anathema attice, quod ἀνάθημα communiter, Photio auctore, & quid anathema significet ex Origene. 215. a & b

Animæ sanitas consistit, ut Dauid docuit, in vnione cum Deo, vt non distrahatur ab eo, in ro-

bore, vt non succumbat tentationibus, & in scientia, ut probet, quæ sit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta. 205. a

Animæ ossa, caput, caro quæ sint secundum idioma scripturæ, quæ, vt Dionysius notauit, partes corporeas tribuit animæ. 204. a

Apocryphum verbum quare ratione fit, & dicatur, auctore Theophilo Alexandrino. 101. b

Apostolos pari honore, & potestate fuisse intelligendum de potestate ordinis, & honore electionis ad habendam potestatem ordinis interprete Anacleto. 121. b

ἀποεξεδου verbo, quo vsi sunt 70. in remouendo a castis leproso, vsos esse apostolos & sanctos patres in excōmunicādo; ad monet, quæ de lepris, & veterum sacerdotum iudicio scripta sunt, transferenda esse secundum spiritum ad peccata, & eorum iu-

A



lices noui testamenti sacerdotibus. 180. a

## B

**B**Aalim, quid significare, nota uerit Cyrill. 165. b

Baptismum Ioannis medium fuisse inter vetus & nouum testamentum, & quatenus cū utroque conueniret. 143. a

Baptismum Ioannis nō fuisse baptismum noui testamenti, & quare. Item dimidium Christianum esse qui tradit non fuisse differentem a baptismo apostolorum. 143. a

Baptismum virtutem ablundi, & sanctificandi non ex baptismo, quo Christus baptizatus est, sed ex morte eius trahere idque cræcos ritu solenni mergendi crucē in die Epiphaniæ significare. 142. b

De baptismo accepisse Cyrillum, & Basilium quod est apud Es. c. i. igne te examinabo ad purum. 32. a

Baptismi aquæ spiritualem efficientiam diuine explicari à Clemente in lib. vi. Constitutum apost. 142. b & 143. a

Baptismo nullam vim efficientiæ, nullamque gratiam spiritualem tribuit Calvinus, in quo maxime Iudaizat, 141. b

Baptismi Ioanuis pœnitentia, quid differret à pœnitentia baptismi apostolorum. 143. b

*Βαπτισμὸν* quid significet in epist.

ad Gal. c. 6. notauit. Basil. in regul. breu. 186. a

## C

**C**haracter verbi dei ad pacem, & æquitatem, & obedientiam sapientiæ cœlestis pertinens, religio ceremoniarum, & ecclesiasticarum consuetudinū obseruantia. 136. a

Character verbi dei ferre fructus iustitiæ in pace. 238. a

Character verbi dei, seminare fructus iustitiæ in pace facientibus pacem. 238. a

Character verbi dei carere simulatione. 231. b

Character verbi dei fides non simulata, id est, quæ posita est in actione. 235. b

Character verbi dei iustitia, & æquitas, quæ est participatio quædam diuinæ iustitiæ. 107. a

Character verbi dei, vtile esse, vt mens ab omni peccato tum magno, tum paruo liberetur. 77. a

Character verbi dei, non iudicari, sed iudicare. 229. b

Character verbi dei, pacem conciliare. 99. a

Cantus Psalmorum, & hymnorum modulatus quid in ecclesia significet Athanasio auctore ad Marcellinum. 53. b

Castitatem triplicem esse auctore Sixto, virginitatis, viduitatis, & matrimonii. 67. a

Castitatem aliam esse intelligendam in sæculari cum uxori-

bus, cum castas esse precipit scriptura, aliam in ministris sacris, cum similiter castos esse precipit. 67. a

Catholica ecclesia qua ratione dicatur, auctore Cyrillo Hierosolymitano. 102. a

*Καθολικὴ ἐκκλησία* pertinere ad ministerium ædificationis spiritualis, et recõciliationis, ex epistola Pauli ad Eph. et Gal. intelligitur. 185. b

*Καθολικὴ ἐκκλησία* quid declaret in epist. ad Timoth. i. c. 5. 66. a

qui Catechizatur, communicet ei, qui se catechizat in omnibus bonis, quomodo intelligendum. 187. b

Catechizare ad quos pertineat. 187. b

Catechumeni quæ sint docendi ex libro 7. Clemētis. 10. 198. b

Cerimoniæ mysticæ baptismi quæ, & quarum rerum imagines sint, & quam gratiam spiritualem & vim efficientem habeant. 137. b & 138.

Cerimonias mysticas ecclesiarum catholicarum non ad seruitutem legis, sed ad libertatē gratiæ pertinere, & qui eas tollunt, contra apostolum facere. 141. a

Cerimonias noui testamenti qui Symbolica, tātum esse dicit, Iudaizare eum, & verbum dei negare. 144. b

Cerimonias nostras ecclesiasticas non esse sumptas partim ex gentibus, partim ex Iudæis vt hæretici fingunt. 164. b & 165. a

ad Ceremonias veteris testamenti defendendas tria notasse Philonem, auctoritatē eorū, qui eas instituerunt, vtilitatem, quæ in eis inst. declinationem scandali, & criminationis, & quomodo hæc ad nostras ceremonias transferenda sint. 140. a

Ceremoniarum ecclesiasticarum quæ sit auctoritas, & quæ vtilitas, & quod scandalum non retinendi eas. 140. a & b

Ceremonias sacramentorum solennes efficere, aliquid spirituale, qui negat, dei verbum negare. 141. b

De ratione ceremoniarū mysticarum veteris testamenti quid Philo scripserit, et quam accommodate ad ceremonias noui testamenti. 139. b

Ciborum abstinentia qualis, & quæ abstinendi causæ. 160. b in ciborum temperantia qui sit voluntarius cultus, quæ Paulus dixit in epist. ad Colos. 161. a

Cherubini cur ex vtraque parte propitiatorii positi, potius quàm angeli ex alio ordine, & quid tunc in ecclesiis catholicis futurum præsignificarent. 167. a

Propitiatio nostra Christus, quomodo nunc inter duo animalia iuxta prophetiam Habacuc. 167. a

Cherubini aurei ad quid adhiberentur ex vtraque parte propitiatorii. 169. a

Chrysmate frontem vngi quid

significet, auctore Cyrillo Hiero-  
solymit 145. b & 146. a  
Cœlibatus sacri ordinis de-  
monstratur ex scripturis sanctis  
ac primum ex Deut. 59. b  
contra Cœlibatum sacrorum  
ministorum hæresim Nicolai  
confutat Epiph. 69. a  
Cœlibatum falso oppugnari  
historia de Paphnutio, & Nice-  
na Synodo a Socrate, & Sozome  
no ficta, quam coarguit falsitatis  
canō III. ipsius nicenæ syn. 91. b  
Cœlibatum falso oppugnari  
sententia Augustini de virginibus  
post votum simplex castita-  
tis nubentibus, quarum coniu-  
gia quia non erant velatæ, &  
consecratæ, rata esse dicit. 90. a  
& b & 91. a  
Cœlibatum diuina lege sanc-  
tū esse, tametsi de eo cautū sit ca-  
none Niceno, vt multa alia, quæ  
lege diuina interdicta sunt, quæ  
eadē nihilominus Synodus Nic.  
prohibet. 93. b  
Cœlibatum falso oppugnari  
sententia Cypriani ad Pompo-  
nium de virginibus deo dicatis,  
quæ similiter intelligenda sit, vt  
quod Gelaf. scripsit de viduis,  
quæ continentiam promiserunt.  
91. a  
Cœlibatum vt tollant, quale  
fit, quod dicunt Lutherani, non  
posse abstinere, & caste uiuere,  
neq; omnibus datum esse, vt sint  
continentes. 95. a  
de cœlibatu sacri ordinis ca-

non III. Synodi Nicenæ explana-  
tus, collatione Synodi Turon. et  
Synodi Arel. & epistolæ Basilii  
ad Greg. presbyterum. 91. b  
& 92. a & b  
de cœlibatu quid Pius II. di-  
xerit auctore Platina, & quid in-  
tellexerit. 94. a  
Cœlibatum oppugnasse Lu-  
therum mendosa philosophia  
de libidine necessaria contra Ari-  
stotelis philosophiam. 94. a  
de cœlibatu cautionem Nice-  
ni concilii imitata est Synodus  
Turon. II. & Synod. Tolet. III.  
93. b  
contra Cœlibatum quod con-  
filiū dent quidam Theologi  
alioqui Catholici. 96. b  
Cœlibatus vt castitatis votum  
quis temere suscipere dicatur  
96. a  
de cœlibatu sacrorum mi-  
nistorum cautum esse canone  
III. concilii Niceni Thessaliæ, &  
orientis morē testem esse aucto-  
re Socrate. 93. a  
de cœlibatu canonem III. Ni-  
ceni concilii Theodorus Balsa-  
mo Græcus male interpretatur;  
melius Zonaras. 93. a  
Cœlibatum magis amare, &  
colere sacerdotes gentilium, quā  
Lutheranorum & sacra cereris  
castius, quā sacra Lutheri admi-  
nistrari. 94. b  
Cœlibatum canone X. Synodi  
Ancyranæ falso oppugnari, &  
quomodo intelligendus sit ca-

non, perspicui ex Innocentio I.  
87. a & b  
Cœlibatus seruandi necessita-  
tem non ex voto; sed ex natura  
sacri ordinis existere, inesseq; in  
ordine sacro suscepto renuntia-  
tionem votorum sæcularium,  
tametsi verbis conceptis non  
fiat, votum castitatis vt in baptis-  
mo renuntiationē operum carnis  
tametsi verbis non fiat renuntia-  
tio. 88. b  
Cœlibatum falso oppugnari  
canone XIX. Synodi Rom. Silue-  
stri pont. & quomodo intelligen-  
dus sit canon. 98. b  
Cœlibatum falso oppugnari  
canone III. Synodi Gangrensis,  
quem quidam eruditi nostri  
temporis nō intellexit, & de simi-  
li decreto Nicolai I. dis. XXVIII.  
c. consulendum. 89. a & b  
de cœlibatu quomodo intel-  
ligendum sit, quod Greg. statuit,  
vt nō ordinaretur subdiaconus,  
nisi votū castitatis faceret. 88. b  
Cœlibatum, tametsi in scriptu-  
ris non sit expressus, ab apostolis  
traditum esse, & ex scripturis de-  
monstrari. 61. a  
ad cœlibatū pertinere, quod  
Paul. ait 2. ad Tim. c. 3. mulieres  
similiter pudicas quod de diaco-  
nisis accipiendum est, qui prius  
etiam dixerat, diaconos similiter  
pudicos. 66. a  
de cœlibatu sacrorū ministro-  
rum error Gratiani Dis. XXVIII.  
XXXV. q. I. XXXVI. q. II. et error cuius-

dam eruditi nostri temporis in  
canone Ancyranæ Synodi. 87. b  
Cœlibatus falso oppugnatur  
correctione constitutionis Pela-  
gii à beato Greg. facta, & quo-  
modo intelligenda sit correctio,  
& de inepta Glossæ eius. 88. a  
de cœlibatu sacro canon apo-  
stolorum ex libro sexto apostoli-  
carum constitutionum clemen-  
tis Romani. 83. a  
ad cœlibatum pertinere sacri  
ordinis, quod apost. ait, vnus  
vxoris virū, auctores Innocen-  
primus, Basil. Tertull. 65. b  
Cœlibatum sacrorum mini-  
strorum à Christo esse constitu-  
tum, & ab apostolis traditum te-  
stimonia Sixti Pont. Siritii, In-  
noc. primi. 71. b & 72. a  
Cœlibatum sacri ordinis vbi  
Dionysius docuerit, & quod ab  
apostolis didicerit. 19. b  
cœlibatus falso oppugnatur  
decreto Innocen. III. ex. de cler-  
coniug. 89. a  
ad cœlibatum sacri ordinis  
pertinere locum Lucæ 21: Vide-  
te, ne forte grauentur corda ue-  
stra crapula, et ebrietate, et curis  
sæcularibus. 64. a  
de cœlibatu sacrorum mini-  
strorum testimonium Dionysii  
Areop. 71. b  
cœlibatum vt quidam in de-  
cretis eruditi non lege diuina,  
sed humana, id est Pontificali cō-  
stitutum esse affirmarent, in cau-  
sa fuit obscuritas scripturæ san-

**æ**, in qua non erant exercitati, 75. b  
 cœlibatum sacrorum ministrorum ecclesiæ probat apocalypsis c. 2. de eiiciendis ex ecclesia Nicolaitis interprete clemente Alexand. & Epiphanio. 68. a & b & 69. a  
 cœlibatum hodie in Græcia Hieromonachi seruant, quod ipsum faciebant prius omnes ordines sacri. 94. a  
 ad cœlibatum pertinere castitatem, & continentiam simul, quod apost. docuit, cum iubet episcopum esse castum, et continentem, & quid castus à continente differat auctore Arist. 67. a  
 cœlibatum sacrorum ministrorum & monachorum diuina lege sancitum esse, testimonium clarissimum Epiph. & Euf. cæs. 72. b  
 ad cœlibatum sacri ordinis pertinere locum Petri 1. c. 5. cum iubet sobrios esse, & vigilare, magis adhuc demonstratur collatis antecedentibus, & consequentibus. 63. a & b  
 ad cœlibatum pertinere parabola apostoli de iis, qui in agone contendunt, & ab omnibus se abstinent, interpretatus est sanctus Ephrem Syrus. 65. a  
 de cœlibatu sacri ordinis explicatus locus Pauli 1. ad Tim. c. 2. nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. 64. b  
 de cœlibatu sacro testimonium locupletissimum ecclesiæ

catholicæ in ordinatione hypodiconorum. 70. b  
 ad cœlibatum veram castitatem, & integram peruenire, ut Sixtus Pont. explicauit. 66. b  
 de cœlibatu sacri ordinis locus Pauli explicatus. 1. cor. c. 9. omnis, qui in agone contendit, ab omnibus abstinet. 64. b  
 de cœlibatu sacri apostolica traditione testimonium Synodi secundæ carthagin. & Synodi cartha. III. 71. a  
 cœlibatum lege humana constitutum esse, tradidisse Theologos neq; in scripturis multum veratos, neq; scientes unde scripturas didicissent. 76. a  
 cœlibatum sacri ordinis, & monastici docuit et præcepit apostolus in epist. ad Titum. c. 2. cum præcipit sacris, & sæculo renunciantibus abnegare secularia desideria, & caste viuere. 67. b  
 cœlibatum tenere necesse esse episcopos, & presbyteros, ut horari possint exemplo suo seculares ad continentiam, & virginitatem ut clemens Rom. admonuit. 70. a  
 ad cœlibatum apte accommodata esse quæ in loco apocalypsis c. 2. de Nicolaitis sequuntur. 69. b  
 cœlibatum seniorum ecclesiæ probat castitas senum secularium ab apostolo præcepta. 67. b  
 cœlibatum ministrorum sacrorum diuinæ legis esse testimonium Petri Damiani antiqui auctoris,

& valde docti, qui canonem apostolorum citat de cœlibatu diuina lege constituto. 74. b & 75. a  
 cœlibatum sacrorum ordinum qui violant, doctrinam Nicolaitarum tenent, ut Græci, et Lutherani. 69. b  
 cœlibatum sacri ordinis probat castitas, quam Paulus præcipit diaconis in epist. ad Titum c. 2. 67. b  
 de cœlibatu sacri ordinis testimonium concilii Antiocheni ad Dionysium Pont. Rom. contra errorem Pauli Samosat. qui presbyteris, & diaconis permittebat suis vxoribus uti. 74. b  
 de cœlibatu sacrorum ministrorum, et monachorum ab apostolis tradito Umberti cenomansis, Leonis IX. legati ad constantinopolitanos testimonium, & quid ecclesia Romana suo tempore idest, ante 50. annos circa cœlibatum seruaret; & quid ecclesia Græcorum peccaret. 76. a et b  
 cœlibatum sacrorum ministrorum diuina lege constitutum esse testimonia Greg. Nyss. Hierony. Ambrosii, Aratoris, Maximi, Cyrilli Hierosolymitani, clementis Alexand. Greg. pp. 73. a & b & 74. a  
 Cœlibatum male defendi à diuo Thoma, & quid eum fefellerit, & quid ei respondendum sit ad ea, quæ ille obiicit. 83. b & 84. a  
 Cœlibatum quibus locis scri

pturæ non intellectis oppugnent hæretici, ac primum de loco Pauli 1. cor. 7. propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat. 79. b & 80. a  
 Cœlibatum oppugnari ab hæreticis loco epist. Pauli 1. ad Tim. c. 4. de iis, qui nouissimis temporibus discessuri erant prohibentes nubere & abstinere à cibis, & quomodo hæc intelligenda auctoribus Sixto Pont. Clemente Rom. Greg. Nyss. Terull. Basilio, clemente Alexand. & Cyrillo Hier. 81. a  
 de cœlibatu sacrorum ministrorum testimonium Augustini insigne. 76. b & 77. a  
 cœlibatum oppugnari falsa interpretatione canonis xxv. Synodi III. carthag. cum iubet abstinere sacros ministros secundum proprias definitiones. 83. b  
 cœlibatum falso oppugnari auctoritate clem. III. ex v. Decr. c. Quæsitum, & quid respondendum sit, & quomodo illa parenthesis ab alio apposita, quibus matrimonio legitimo uti licet, pugnet cum decreto Nicolai primi 31. c. Aliter. 85. a & b. & 86. a  
 cœlibatum oppugnant hæretici loco genesis, crescite, & multiplicamini, & quomodo intelligendum sit, & quibus dictum. 80. b  
 cœlibatum falso oppugnari decreto Stephani xxxi. c. Aliter. & quid respondendum sit, & legi in exemplaribus emenda-

**I N D E X**  
 tioribus, matrimonio copulari melius, quam in matrimonio copulari. 86. b  
 coelibatus sacri ordinis ex epistola 2. Petri c. 5. demonstratur. 61. b  
 coelibatum sacri ordinis male oppugnari apocrypho canone XIII. sextæ Synodi, & unde ille canon manarit. 82. a & b & 83. a & b  
 coelibatum proprium esse ordinis monastici propter naturam, & vim voti castitatis, ordinis vero sacri proprium esse ex natura gradus sacri secundum institutionem diuinam. 85. a  
 quod confessionis genus esset sub vetere testamento. 176. b  
 confessionis legitimæ proprietates notatæ à Dionysio Areop. 202. a  
 de confessione locus Prou. c. 28. explicatus. 175. b  
 confessionem peccatorum designabat symbolice impositio manus super caput victimæ Iſychio Hierosolymitano auctore. 176. b  
 de confessione locus Es. c. 43. accurate explicatus. 176. a & b  
 confessio vera oris quam sit necessaria vel ex solo Dauid ps. 31 intelligi potest Paulo interprete. 188. b  
 De confessione secreta, quæ fit sacerdotibus locutum esse Chryostomum in homilia 2. ps. 50. ex verbis eius à Caluino præter-

**I N L I B.**  
 missis, & ex Anastasio Antiocheno, & Leone primo ac Basilio intelligitur. 192. a & b  
 quod confessionem qui tollunt, crudeles sint. 175. b  
 confessionem peccatorum non liberam, sed necessariam esse, ex Paulo ad Gal. c. 6. demonstratur. 187. a  
 confessionem, quæ ore fit, non aspernatur deus, tametsi aliæ poenitentiae non fiant, aut propter incuriam, aut imbecillitatem, aut aliquam causam necessariam, Nilus contra Chariclem. 183. b  
 confessionem tollere Lutheranis congruere, & cur. 193. b & 194. a  
 confessiones peccatorum de fitas esse, secreto audiri nunquam probauit Sozomenus. 191. a  
 confessio vetus siue commemoratio peccatorum per victimas, umbra erat veræ confessionis nostræ. 177. a  
 de confessione quid Clemens Rom. in 2. libro τῶν διατάξεων scripserit. 188. a  
 de confessione peccatorum mystica, & ecclesiastica, quæ fit presbyteris, accipiendum esse, quod ait Iacobus, confitemini alterutrum peccata vestra. 181. a  
 de Confessione mystica, & ministris eius, & exemplo Eliæ explicatus, et collatus locus Iacobi cum loco apostoli Heb. c. 6. 182. a  
 post Confessionem poenitentis, & absolutionem eius sacerdotalem

**DE DOGMAT. CHARACT.**

Confitendi legem quasi non dotalem dici posse, quando is absolutus pronunciat, sed non sciri posse, quando vere absolutus sit, aut non sit, non Hiero. sed 70. interpretes Leuitici c. 14. sua interpretatione docuerunt. 180. a  
 in Confessione explorare, & discernere, utrum poenitens virtutibus siue maioribus siue minoribus abutatur ad inanem gloriam ad sacerdotes pertinet. 179. a  
 Confessionem secretam, id est iudicium sacerdotale de occultis notabat verbum separandi, siue recludendi, quo scriptura utitur in lepra occulta diiudicata. 178. b  
 Contra confessionem quæ obiciantur a Caluino. 189. a  
 in confessione ad cognoscendas intimas passiones magna solertia sacerdotis opus est. 178. b  
 Confessionem debere esse omnium peccatorum ex Es. c. 43. & Ex. 18. demonstratur. 178. a  
 Confitebatur peccata sua coram hominibus Iob. c. 31. 182. a  
 Confiteri ore, non satis esse ad poenitentiam, sed opus quoque esse confiteri, ieiuniis, vigiliis, elemosynis, & aliis huiusmodi, error Chariclis à sancto Nilo reprehensus. 183. b  
 Confitentium peccata tollere secundum legem soluendi, & ligandi presbyteris sancitam sacerdotum esse tanquam ministrorum, ex Paulo ad Gal. c. 6. collatis scripturis demonstratur. 187. a

diuinam, sed politicam abrogatam fuisse falso probat Caluinus testimonio Sozomeni, quem partim non intellexit, partim deprauauit. 190. b  
 Confitenda esse occulta peccata sacerdotibus admonuerunt 70. interpretes verbo ipso, quo speciem quædam occultæ lepræ appellarunt, auctore Iſychio Hierosolymitano. 178. b  
 non esse Confitenda peccata homini peccatori simili nobis vetus hæresis ante annos 700. auctore Anastas. Antioch. 182. a  
 Confitenda esse non solum manifesta, sed occulta peccata significabat in ænigmate inspectio lepræ occultæ, quæ ab aliis videri non poterat. 178. b  
 Confitendi legem diuinam esse non solum allegoriæ docent, sed prophetiæ. 179. a  
 Confitendi sacerdotibus lex temporibus Chryostomi vigebat in ecclesia, ut ex interpretatione eius, Ioan. c. 20. intelligitur. 191. a  
 Confitendi institutum non fuisse generale neque dixit, neque significauit Sozomenus, ut Caluinus fingit. 190. b  
 de Confessione Ecclesiastici locus c. 17. explicatus. 175. b  
 Correctionis fraternæ, & iudicialiæ propositum & finis. 184. a  
 Consuetudines ecclesiasticas ad cultum dei referri docuisse apostolum. 193. a

Consuetudo ecclesiastica in mulieribus non tondendi capillum, & in viris non nutriendi coma quomodo intelligenda. 136. b

Consuetudines ecclesiasticas cum scriptura, natura ac disciplina congruentes qui aspernantur, eorum auctores aspernari, apostolos scilicet, & ab apostolis ordinatos, & denique ipsum Christum. 137. a & b

de Consuetudinibus ecclesiasticis quid Tertullianus, & Basilii scripserint. 140. b

Continentiæ, & virginitatis seruandæ adiumenta, & præsidia quæ sint ab Esaiâ significata. 59. a

de Chrismate habere nos verbum dei apud Esaiam c. 22. 154. a

Chriftatis typum fuisse vntionem Aaron, & Salomonis post lauationem ex aqua. 145. b

Chrismate vngi frontem, an frontem, pectus, aures & nares in ecclesia orientali, nihil referre. 146. b

Chriftatis sacramentum quo modo constet ex forma, siue imagine visibili, & ex gratia inuisibili, sicut fit in mysterio baptismi. 145. b

de Chrismate locus Ioannis 1. c. 2. explicatus Cyrillo Hierosolymitano auctore Vntio, quam accepistis maneat in vobis. 146. a

de Chrismate Esaiæ c. 22. locus explicatus auctore Cyrillo Hierosolym. 145. a

Chrifta cum inuocatione con-

iunctum non esse amplius nudam, & communem vntionem, sed Christi, & spiritus sancti charisma, quo vnti efficiantur diuinitatis participes, ex Cyrillo Hieros. 145. a

Chriftatis nostri Symbola fuisse, & umbras vnguentum, quo Aaron, postquam lauit eum Moyses, ab eodem fuit vntus, et vnguentum, quo pontifex Salomonem vntus, postquam lauit eum in Geon. 145. b

Chriftatis spiritualis, & inuisibilis imaginem sensui subiectam, & mysticam in nouo testamento, qui negat, & huius imaginis umbram in vetere, verbum dei negare. 145. b

Chrifta quomodo, & qua ratione sit sacramentum. 145. b

Chriftina, quod baptismi gratiam consumet, non detrahit baptismum, ut fingit Calu. 145. b

Chrifta vnde sacramentum confirmationis dictum sit. 145. b

Quod Chrismate frons tantum vngitur in ecclesia occidentali, in ecclesia vero orientali etiam pectus, aures, & nares, nihil interesse, & quid harum partium vntio significet, ex Cyrillo Hieros. 145. b

**D**etrimentum pati in scriptura, quod Græce dicitur *ζημιωδυναι*, ad pœnam æternam referri quod ipsa etiam verbi Græci etymologia declarat. 224. a

## DE DOGMAT. CHARACT.

Diaconissatum ministeria in ecclesia quæ essent notasse Epiph. & Clementem Rom. 66. b

Diaconissas cur non presbyteridas, sed presbytidas vocarit apost. notauit Epiphanius. 67. b

Disceptationes theologice catholicorum quales sint, quam sobriæ, & modestæ, ac piæ, & vnde existant. 10. b

Dissensiones nostrorum theologorum non esse dissimiles secundum propositum dissensionem Pauli, & Barnabæ de Marco assumendo, aut non assumendo. 106. a

Dissensiones suas falso excusare Lutheranos exemplo Petri, & Pauli, ac Barnabæ. 105. a

*De verbis* in scriptura sancta sacerdotibus dici. 108. b

Dorotheus abbas librum scripsit de humilitate. 175. b

Domini, reges, & dii qui dicuntur in scripturis sanctis ex Dionys. Areop. 125. b

**E**ccliam specialem iustorum non habere maculam, aut rugam, id est, carere omni peccato mortali esseque corpus Christi actu, auctore Maximo. 31. a & 32. a

Ecclesiam communem ex utraque speciali iustorum & speciali malignantium consociatam societate vitæ non sanctitatis. 32. a

Ecclesiam malignantium esse corpus Christi potestate, non actu. 32. a

ex Ecclesia eiciendam esse omnem maculam, & rugam, & iuxta tropum Esaiæ omnem scoriâ, & omne stannum, id est, omnes peccatores obedientiam relinquentes iuxta interpretationem. 70. 32. a

Ecclesiam communem ex iustis, & peccatoribus constantem ponendam esse, quodque hi illos non inquinant, neque illi propter hos puniuntur, ex Clemente Rom. libro 11. de apostolicis doctrinis. 32. b & 33. a

Ecclesiam visibilem cur negent hæretici, quod quidem Caluinus non dissimulauit. 30. b

Ecclesiæ veræ formam apparentem, & sensui subiectam descripsit apostolus 1. Cor. 12. cum ait, & quidam quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, & quæ sequuntur. 30. a

Ecclesiam, etsi multi in ea sint mendaces, esse tamen firmamentum veritatis. 30. b

Ecclesias Lutheranorum diuisas esse, & pace carere. 102. b & 103. a

de Ecclesia, quot modis accipiat, & quod peccatores ad eam pertineant ex Methodio martyre, & Clemente Romano, & Paciano. 30. b & 31. a & b

in Ecclesia, sed non in pace ecclesiæ esse peccatores. 102. a

in Ecclesia, quæ non est dei, non esse verbum dei. 102. a

in Ecclesia Catholica esse qui-

dem peccatores, sed non peccatores impios. 4. a

Ecclesiam forma visibili constare demonstrari necessario de duobus signis ecclesiae, quae Caluinus ponit, quae sunt pura verbi praedicationis, & legitima sacramentorum administratio. 29. b & 30. a

Ecclesia inuisibilis Euangelicorum unde ortum duxerit, & quorsum spectet, & quomodo necesse sit iuxta verbum dei visibilem esse ecclesiam. 29. b & 30. a

Ecclesia Euangelicorum quare non sit catholica. 165. b

Ecclesiam vnam in caelo, & in terra esse docuit Nicena Synodus. 51. b

Ecclesiam esse imaginem dei auctore sancto Maximo, & quare. 102. a

Ecclesias catholicorum in vnum congregare & congregari, & hanc esse pacem ecclesiarum catholicarum, & earum verbum pacis. 102. b

Ecclesiam dei viui, quae sit columna, & firmamentum veritatis, constare forma visibili, & apparente, demonstratur ex 1. c. 3. ad Tim. 30. a

Ecclesiam non esse inuisibilem, neque esse posse, in qua verbum dei praedicetur. 29. a

Ecclesiae vnius catholicae doctes esse singulas ecclesias catholicas, quae inter se sunt conexas, vt ait Optatus Afer. 102. b

Episcopi de quibus iudicare debeant, & de eorum excellentia, & auctoritate ex Clemente Ro. lib. 2. de constitutionibus apost. 116. b & 117. a

de Eucharistia quod ait Ez. c. 33. & erit tabernaculum meum in eis, ex Paulo intelligi. 154. a

de Eucharistiae sacramento Synodus Nicena, & quomodo corpus, & sanguis verus Symbola sunt, & dicantur. 19. a & b

de Eucharistia locus Pauli ad Tim. 1. c. 3. magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, & quae sequuntur. 154. b

Eucharistiae fidem attestari fidem ascensus in caelum, idque dominum admonuisse in euangelio, & ecclesias solenni eleuatione hostiae profiteri. 148. b

de Eucharistia Esaiæ locus c. 23. Omnis negociatio eius, vt comedant, & bibant. 153. a

de Eucharistia Psalmus 14. explicatus. 155. b

de Eucharistia Pauli ad Heb. c. 10. locus, habentes fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem Christi, viam nouam, & viuentem & quae sequuntur. 155. b

de Eucharistia locus Pauli ad Eph. c. 5. a Methodio explicatus. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia. 149. b

Eucharistiam vocari viam in scripturis sanctis, & inde dei viaticum in regulis ecclesiasticis. 156. a

Eucharistiae diuisione, copulatione parrium eius, ostensione, eleuatione quae significantur. 155. a

de Eucharistia Ezechielis. c. 27. locus explicatus, & cum Paulo collatus. 153. b

Eucharistiae typus hircus veteris testamenti sine mastatione oblatum, pro peccato, alioqui fuisset umbra nuda, quod est contra dei verbum. 158. a

de Eucharistia Pauli ad Heb. c. 10. locus explicatus, & cum scripturis collatus. 155. b

de Eucharistia quod in Missa Graecorum diaconus dicit, sancta sanctis. 154. a

Eucharistiam esse illam gratiam, qua secundum apostolum ad Heb. 12. seruimus deo bene placentes. 159. a

Eucharistiae mysterium fide intelligi, vt Synodus Nicena praecipit. 156. b

Eucharistiam esse gratiam illam, in quam iubet beatus Petrus sperare. 159. a

de Eucharistia Psalmus Dauid 33. explicatus, & cum scripturis collatus. 153. a

de Eucharistia locus Petri. c. 2. explicatus, & collatus cum scriptura, tanquam modo geniti infantes lac rationale concupiscite & quae sequuntur. 155. b

de Eucharistiae incircumscriptione exempla naturalia ab Eutychio Constant. notata. 156. b

de Eucharistia locus Pauli ad Colof. c. 1. sacramenti, quod est Christus in nobis, spes gloriae nostrae, & quae sequuntur. 155. b

de Eucharistia quae scripserit Cyrillus Hierosolymit. 159. a

in Eucharistia de corporis Christi incircumscriptione quid Magnetes scripserit, & quae loca scripturae hanc incircumscriptionem significarint. 155. a

quod Eucharistia dicatur lac rationale, apud Petrum 1. c. 2. & 10. doctrina imperfecta. 153. b

eucharistiam nostrae resurrectionis symbolum esse, & quare. 147. b

de Eucharistiae incircumscriptione quid Magnetes auctor veritissimus, & ecclesiasticus scripserit. 155. a

de Eucharistia Caluinum secundum philosophiam, & elementa mundi differere. 148. a

de Eucharistia Psalmus 49. explicatus, & cum scripturis collatus. 156. a

de Eucharistia Nicenae Synodi primae canon, siue constitutio. 147. a

Euangelium Lutheranorum quale sit, & quomodo ab eis praedicetur. 78. b. & 79. a

ne Excommunicetur quis imprudenter, & temere, summe cauendum propter periculum, quod excommunicatis impendit. 212. a

ad Excommunicatos accedere daemones tanquam lupos ad agnum.

vt deuorent, si possint, ex Clemēte Rom. lib. 2: constitutionum apostolicarum. 212. a

**F**acies secundum idioma scripturæ ostensionem significat aliquando. 204. b

Fenestræ reticulatæ in templo Salomonis quid symbolice significarent. 98. b

qui Fidem facit fidutiam, verbum dei confundit, non distinguens quæ verbum dei distinguit. 238. a

Fidem comparauit S. Maximus cum anima, quæ hypostasim habeat in corpore, à quo se parari non possit; actionem vero cum eiusmodi corpore. 236. b

Fidem distinctam esse à fidutia docuit Paulus in epist. ad eph. 3: cum ait, in quo habemus fidutiam, & accessum in cōfidentia per fidem eius. 237. b & 238. a

Fidem solam non esse charasterem verbi dei exemplo vnitatis, & numeri demonstrauit S. Maximus. 236. a

ex Fide iustificari cum idem sit, quod iustificari ex virtutibus dei, vel ex charitate, cur frequentius scriptura dicere soleat, iustificari ex fide. 236. b

quæ Fides sit radix bonorum operum. 237. b

Fidem promissionum Christi nudam ab actione fidutiae simulationem habere. 237. b

in Fide sola, & nuda ab actio

ne non inesse virtutē crucis, mortis, sepulturæ, & resurrectionis, neq; per eam effici nos concorporales & participes Christi. ex sancto Maximo. 237. a

Fidem solam instar esse inanis visus, quod solum in mente habet hypostasim, fidem autem veram hypostasim habere in actione mandatorum tanquam in corpore. Ex sancto Maximo. 235. b

Fidem nudam habere verbum dei, & non eam simul operari, est vt audire solum iuxta beati Iacobi sententiam, vt Aristoteles in ethicis dixit, scire quæ agenda essent, & non agere, esse vt loqui tantum. 237. a

Fidem solam esse, quæ gratiam conciliet operibus bonis, eamq; esse radicem, vnde existant omnia bona opera, vt tradit Caluinitus, falsum esse demonstratur. 237. b

Fidem dici in scripturis sanctis ipsam mandatorum assensionem, & approbationem, notauit sanctus Maximus. 236. a

Fidutia ficta, quæ non nititur in actione mandatorum. 237. b

**G**ladius, quem Christus venit mittere in terram a Zacharia, Osea, & Esaia prædictus, & designatus. 165. b

Gratiam, siue charisma etiam malis dispensatoribus à deo tribui. 190. a

Græcorum ecclesia quid circa ecclibatum peccet, notauit Vmberthus Leonis IX. legatus ad Constantinopolitanos. 76. b

**H**æreticos, cum nostris improbrant turpes mores, seipso magis vituperare, vt qui ne ab iis quidem, quos nequam esse dicunt, defendere possint sua falsa dogmata. 46. b

Hæreticorum dogmata ad negandum, & tollendum regem spectare, vt idola ad negandum deum vnum, item non magis illa spirituales facere homines, quæ idola plure faciunt. 45. b

Hæresim minus quam cetera omnia vitia, & mala posse tegi, et dissimulari in vita, non enim cōtinere posse hæreticos linguam impiam, & blasphemam. 48. b

Hæretici frequentes aliquando in sua dogmata mortifera, & inde quæstum facientes similes esse iis qui in exequiis mortuorum cœnam capiunt, & tamen indeum fremunt, quod illum mori voluerit. 43. b

Hæreticorum dogmata inde quoque videri falsa, quod qui ea profitentur, fugiunt, & latitant, cum in eos inquiritur, sicut sacer dotes idola abscondunt, veniente bello. 45. a

Hæreticos florere aliquando diuitiis, & aliis bonis, non esse mirum, sed simile esse, cum sacer

dotes idolorum omnibus bonis affluunt. 43. b

Hæreticos sæpe fuga salutem sibi quærere, & elabi, eorum vero doctrinam, & dogmata non posse fugere, quin comprehendatur, & reuincatur, sicut idola fugere non possint, quamuis eorū cultores sæpe fugiunt. 46. a

Hæreticos falsorum dogmatum ministros habere, vt sacerdotes idolorum, caput, & barbaram rasam, & tunicas scissas, id est, amississe sapientiam, & constantiam, habereque mores corruptos. 43. a

Hæreticos non posse facere miracula ad comprobandam doctrinam suam, non magis quam idola, nisi quale miraculum fecit Matthæus quidam Polonus, & olim Polychronius monachus thetha. 48. a

Hæreticorum dogmata ab iis etiam qui sunt nequam, modo credant, refelli possunt, & cōuinci, nedum a bonis, & iustis vt idola à furibus, & latronibus diripiuntur. 46. b

Hæreticorum disciplinam alienam esse ab obedientia, & inutili, similem soli, non lucenti lunæ deficienti, sideri erranti, fulguri cadenti in terram, vento pestilenti in vna, aut altera regione spiranti, nubibus sine aqua, igni mortifero malæ linguæ, quare non posse esse diuinam, contraria conuenire doctrinæ catho-

licæ.

Hæreticorum multitudinem non esse metuendam, neq; sequendam, non magis quam multitudinē colentiū idola, & quid de hære scripserit beatus Athan. 39. a

& b. & 40. a  
Hæreticorum dogmata vel ex eo falsitatis coargui, quod ab ipsis sint ab heri, & nudius tertius excogitata, vt idola dudum à fabricis facta, vt ipsi voluerunt. 44. b

Hæreticos omnes quæstum ex impietate facere excœcariq; auaritia, & cupiditate gloriæ, vt sacerdotes idolorum. 42. b

Hæreticos, nocte coitiones ad decipiendum facere solere, & animas, quæ se ab illis seduci patiuntur, similes esse meretriculis nocturnis, quæ vt gloriari solent de amatoribus, sic illas animas gloriari solere de suis falsis magistris, & quod ab eis aliquando epistolas acceperint. 44. b

Hæreticorum dogmata falsa, quæ maiestatem dei violant, & homines odore mortifero afficiunt, qui defendunt, similes esse eorum qui cadauera seruant, & reos læsæ maiestatis defendunt, ne diripiantur. 40. b

Hæreticorum magistrōs excœcari à multitudine discipulorum, ne videre possint veritatem propter gloriæ cupiditatē, sicut oculos idolorū puluere implēt, qui ad ea intrant. 40. b

Hæreticorum fidutiam, & au-

toritatem in docendo & minas in eos, qui non sequuntur esse vt sceptrum, & gladium in manu idoli. 40. b

Hæreticos qui impugnant aliorum hæreticorum dogmata, & alios, qui horum, neq; tamen vel ex eo intelligunt sua dogmata falsa esse, quod non solum à catholicis, sed ab aliis hæreticis damnantur, similes esse serpentum, qui idola edunt, quod tamē non sentiunt idola ipsa, & huius rei exempla multa. 41. a

Hæreticorum dogmata falsa malitiose obscurari, vt idolorū facies a fumo, denigrari. 41. b

Hæresis ortus ex gula, auaritia, & cupiditate inanīs gloriæ. 238. a

Hæreticū esse, non magis esse gloriabile, quā sit gloriabile idolū esse præstareq; charitatē habere, quæ caput est omnium mandatorum, & habere vas conscientie mundum ab omni nequitia, item custodire fideliter depositum facultatū, quas à Deo, & natura accepimus, itaq; præstare regem esse, aut esse vas vtile in domo, aut ostium, quā idolum. 46. b & 47. a

Hæreticorum dogmata falsa à mulieribus quoq; tradi & sæpe audacius, ac confidentius, quā à viris, sicut idola à mulieribus etiam tractari, & ornari. 43. a

Hæreticorum dogmata falsa instar idolorum per se stare non posse,

posse, neq; suis viribus, quasi pedibus niti, sed aliena defensione, itaq; iacere extincta, nisi quis ea suscipiat defendenda, vt multis ante sæculis iacuerunt, & siluerunt dogmata Lutheri. 42. b

Hæreticos prius familiam suā velut induentes corrupta doctrina deinde ecclesiam, similes esse sacerdotibus, qui vestibus idolorum induunt domesticos, & familiares suos. 43. b

Hæreticorum sectas vota negantes similes esse idolorū, quæ non viciscuntur vota sibi fracta. 43. b

Hæreticos in suis dogmatibus tradendis, & defendendis similes esse noctuis, quæ nocte canunt & volitant, & hirundinibus, quarū sunt volatus flexuosi, & hieme appetente à nobis recedunt, & felibus, qui dissimulant, & sensim muribus insidiantur, & ex eorum moribus existimari posse de falsitate dogmatum. 41. b & 42. a

Hæreticorum dogmata falsa de alia, & alia re dum sustinetur, absurditatem suā prodere, similiter vt idola vanæ materie dum sine pedibus in humeris feruntur. 42. a

Hæretici de dogmatibus suis rationem reddant, qui postulet, perinde eum facere, vt si petat ab idolis, vt loquantur. 44. a

Hæretici quomodo sint similes corniculis garrulis, & viduis,

quibus similia quoq; sunt idola. 46. a

Hæreticorum dogmata falsa ornari eloquētia, & eloquio scripturarum sanctarum, vt idola auro, & coronis. 40. a

## I

Idolorum nomina, & memoria quid significant, & vnde tollenda esse prædixerint prophætæ. 165. b

de Idolorum triplici existimatione, & de eorum confutatione ex Athan. Alex. 170. a

Ignis proprietates variæ à Dionys. Areopag. notatæ, & cū verbo dei deinceps collatæ. 8. b

de Imaginum cultu falso colligit Calvinus, ex duobus locis Hieremiæ & Habac. falsum esse quicquid per Catholicos traditur. 169. b

Imagines quare sint idiotarū libri nō intellexit Calvinus. 170. b

de Imaginum nimio & immoderato cultu quid senserit, & scripserit Ionas Aurelianensis. 173. b

contra Imagines & earum cultores Italos, Gallos, Germanos, Apologeticum Claudii Taurinensis improbauit Carolus Magnus teste Iona Aurelianensi. 173. b

contra Imagines vnde occasionē erroris cœperit Claudius Taurinensis. 173. b

quod Imaginem Dei alioqui corpore carentis corporaliter delineamus ad exemplum scripturæ sanctæ. 171. b



Imagines sanctorum colendas esse qui negat, cogitur p scripturas aut aduentum Christi negare, aut prophetas mendaces dicere. 163. a

de Imaginibus, siue idolis delendis Sophoniae locus c.1. quomodo intelligendus sit. 165. b

contra Imagines liber falso inscriptus Carolo Magno, potius inscribendus Leoni Isauo, aut alteri Constantino Copronymo. 173. a

pro Imaginibus tres libros scripsit Ionas Aurelianensis episcopo, contra Claudium Taurinensem ad Carolum secundum. 173. a

de Imaginum cultu Athan. Alex. in Quaestionibus ad Antiochum principem. 168. b

pro Imaginibus ex Synodo Nicena, illa tantum notat Caluinus, quae illi aliena, aut infirma videbantur, quae autem grauiissima sunt, callide dissimulat. 174. a

quod propter Imaginis cultum nihil detrahatur de cultu prototypi. 172. a

Imaginem dei quomodo scriptura, ex diuersis membris mystice instar hominis figuret. 171. b

quae Imagines pingi prohibita in conc. liber. & cur. 172. b

à quibus simulachris colendis abstinere praeeperit Iohannes 1. c. 5. ex antecedentibus intelligi. 171. a

Imagini dei tributae diuersae partes corporis, quid significant

Theophane, & Hadriano Graecis interpretibus. 171. b

de Imaginibus non pingendis Iliberitani concilii Canon 36. quomodo intelligendus. 172. b

qui Imagines colunt in ecclesia, in quo differant ab iis gentilibus, qui aequae ut nos imagines suas negant deos esse. 171. a

quod imaginum cultus totus ad prototypa referatur. 171. a

Imagines quomodo sint quodammodo in prototypis secundum Dionys. exemplo speculi, & vultus in eo apparentis declaratur. 171. a

Imaginum cultum eadem ratione improbat Varro, quae deus Iudaeos vetabat facere sculptile. 169. b

Imagines, & simulachra apud gentiles non poterant esse instar litterarum, ut sunt apud nos, & cur. 170. b

Imagines colendas esse non solum ex traditione apostolorum, & ecclesiae catholicae consuetudine, sed ex scripturis sanctis. 165. b

Imaginum, & sculptilium vetatio in Exodo quomodo intelligenda esset Paul. act. 17. docuit. 169. a

Imaginum cultus, quarum prototypa digna sunt cultu, & honore, neque in vetere testamento quomodo cumque ad idololatriam pertinebat. 169. a

Imaginibus dei metum minui, ut Varro dixit: non facere contra ima-

gines ecclesiae catholicae. 169. b  
de Imaginibus sanctorum colendis loca scripturae sanctae obseruata ab Athanasio Alexandrino. 165. b

Imaginem dei qui depingere vetat, idem cogitur reprehendere scripturam, quae deum typicis lineamentis mysticorum membrorum depingit. 172. a

Imaginem sculptilem faciendam non esse, neque ullam similitudinem, quomodo accipiendum sit. 168. b

Imaginum cultus ecclesiastica consuetudo ex apostolorum disciplina descendit, & in reconditis scripturae sanctae interpretationibus continetur Photio Constantiano auctore. 174. a

circa Imaginum cultum Caluinus premi se auctoritate conc. Niceni 2. non potuit dissimulare. 172. b

contra Imagines liber Carolo Magno falso inscriptus demonstratur. 173. a

Imaginem crucifixi depingere, propheticè apud Es. c. 49. 168. a

Imaginum cultum Theophanes defendit per scripturas prophetarum aduersus Iudaeos. 165. b

Imaginum cultus ut ceterae omnis pietatis magnus defensor Carolus Magnus. 173. a

de Impudicitia verbi Lutherorum, secundum carnem. 79. b  
de Impudicitia verbi Luthe-

ranorum secundum dogmata eorum. 78. b & 79. a

In indulgentiariis remissionibus cum Christi passione, & eius meritis merita, & passiones sanctorum communicari, & implorari solent. 215. b

Incredulitatem dici in scriptura ipsam mandatorum negationem notauit S. Maximus. 236. a

Indulgentias tribuendi causa mouens Pontificem charitas, ratio, ut multitudini infirmorum subueniatur contra diaboli insidias, potestas illa soluendi, & ligandi, quae ei immediatus, & plenius conuenit. 213. a

Indulgentia plena quid differat à Iubileo. 213. a

Indulgere remissionem tot dierum, aut annorum de iniunctis poenitentis, quid sit. 212. b

Indulgentiarum thesaurum esse merita passionis Christi, & sanctorum eius, quomodo intelligendum sit. 215. a

Indulgentiae verbum ex epistola Gregorii 7. ad Clerum, & populum Beluacensem intelligitur, significare condescensum Pontificis ad remittendum poenitentiales satisfactiones. 210. b

Indulgentiarum causae meritoria Christi passio, mouens pontificem charitas, instrumentalis, siue ministerialis potestas ligandi, & soluendi, dispositiua, siue materialis, contritio, & digna poenitentia cum desiderio, & stu-

dio huiusmodi indulgentiarum, accedente precatione eiusdem. 213. b  
 occasiones vero earum variae, & multiplices quae dici solent causae rationabiles. 217. b. & 218. a  
 Indulgentiarum exempla ex Clemente VI. ante annos CC. Urbano II. ante annos CCCCL. Greg. 7. ante quingentos prope annos, Greg. primo ante annos DCCCC. 217. a & b  
 Indulgentiarum causae vtrum plus, minusue rationabiles esse debeant, quaestio stulta, & sine disciplina. 218. a  
 si secundum Indulgentiam pontificum remissiones peccatorum non fierent, modo relaxatis vindictis illius seuerae, & antiquae normae Canonicae, cogitaret satanas opprimere nos diffidentia, & desperatione satisfaciendi, & conscientias purgandi. 212. a  
 Indulgentiarum, siue remittendi peccata secundum indulgentiam ratio, & exemplum sumpturunt Pontifices ex eo, quod Paul. fecit, & scripsit de illo incesto. 2. Cor. 7. 211. b  
 Indulgentiarum pontificaliū ortus ex charitate, & studio consolandi animas. 212. b  
 Indulgentiarum potestas, siue auctoritas pontificalis nititur in passione Christi, & in passionibus sanctorum, quae ad passionem Christi posteriores pertinent, & nascitur non ex loci, sed ex dignitatis vicinitate ad Christum cuius est princeps vicarius pontif.

de Indulgentiis nihil à nobis hic scriptum esse, quod non cum scripturis sanctis, cum apostolorum doctrinis, cum apostolicis scriptoribus, cum pietate ipsa, & ratione congruat. 229. a  
 Indulgentias esse remissiones peccatorum per condescensum pontificis oeconomicè contritis, & confessis fieri solitas nulla, aut parua satisfactione indicta. 210. b  
 contra Indulgentias quae Calvinus obicit, & quae illi responsa sint. 218. b  
 Insufflatio Christi in euangelio Ioannis, sumpta ex consuetudine Iudaeorum sine scripto tradita auctore Cyrillo Alex 180. b  
 Insufflatio quid designaret Ioannis 20. collato loco Esaiæ 44. explicatur. 180. b  
 de Iudicio sacerdotali peccatorum ad potestatem clauium pertinente Malachiae locus c. 3. explicatur accedam ad vos in Iudicio. 179. a  
 Iudicium sacerdotale de peccatis imperfectum, vt imperfectis congruebat in hierarchia illa Mosaiica, typus erat, & figura iudicii perfecti sacerdotalis de peccatis in hierarchia ecclesiastica noui testamenti. 177. b  
 Iudicari à deo de peccatis à peccatis, id est, immediate ad alterum saeculum pertinet. 178. a  
 Iudicari à verbo dei, & non à

ministris verbi, impossibile est. 230. b  
 Iudicium concilii adire non recusarent nunc Evangelici, si exemplū Apostoli imitari vellent. 231. a  
 Iudicare semper secundum legem dei nunquam promisit deus iudicibus Israelitarum. 119. b  
 Iudicare de doctrina verbi dei, quia res est spiritualis, non ad saeculares, sed ad spirituales pertinere, deinceps ex multis scripturae sanctae locis demonstratur. 109. a  
 Iudicare conuenit verbo dei, non iudicari. 230. a  
 Iudicii sacerdotalis honorem omnem pertinere ad Christum tamquam ad dominum, & auctorem, ad sacerdotes vero tanquam ad ministros eius, in lege, & prophetis, atque euangelio traditur. 179. b  
 Iubileus quid differat à plena indulgentia. 213. a  
 Iustitiae diuinae quae conueniat ex Dionysio Areop. 107. a  
 Iudicium sacrum tollere eos, qui illud ad laicos pertinere volunt. 115. a  
 Iudices ecclesiae tanquam in typo in iudicibus populi Israelitici figuratos fuisse docet Esaias Basilio interprete. 113. a  
**L**achrima, quibus remittuntur peccata sunt quidam imber caelestis, & instar secundi baptismi auctore Anastasio. 181. b  
 Lachrimas esse imbrem quem dam caelestem & in peccatorum poenitentia fructus bonorum operum herbam opportunam, atque agriculturam ministerium sacerdotum, significauit apost. 181. b  
 Laicorum non esse instruere alios per verbum dei in ecclesia, sed sacerdotum, qui in scriptura dicuntur, spirituales. 115. b  
 Laicorum non esse sedere super cathedram Moisis spiritualis. 115. b  
 Laicos concilium habere de religione, & dogmatibus quale sit, ex Clemente. 117. a  
 Laicorum concilium quamuis eruditi sint, *κωδωνιμον* esse, & eorum scientia abuti deum, vt ait Clemens abusum esse deum aliquando improbis ad prophetandum. 111. b  
 Laicus si eruditus est, vbi, & quomodo de doctrina verbi dei iudicare, & tractare possit. 111. a  
 a Laicis si qui libri de doctrina verbi dei scribantur, quae eorum ratio habenda sit. 111. b  
 Laicos non esse vocatos, vt doceant in ecclesia, & quid ad epistolam Iustiniani imperatoris *ἀδελφῶν* responderit Agapetus pontif. 111. a  
 de Laicis magistris quid Hormisdas pont. scripserit. 118. b  
 Laicos, si prophetare norint, prophetare debere in castris, id est, in populo, non autem in tabernaculo, id est in ecclesia. 118. b  
 Legem Christus partim con-

firmavit, partim abrogavit, partim in aliud genus mutavit, ex Clem. Rom. 232. b.

& 233. a. & 234. a.

Legis confitendi abrogationem testimoniis Chrysostomi falso probat Calu. 190. a. & 191. b.

Legem veterem non ademit Christus, sed legis vincula. 233. b.

de Lepra, vestis laneæ, vel lineæ, pellis, staminis, vel subtegminis. 179. a.

Lepra capitis symbolum hæresis contra deum, lepra barbæ symbolum hæresis contra humanitatem Christi. 178. b.

in Lepræ mundatione quid illud prius sacrificium symbolice designaret, & quid illud secundum post mundatam lepram. 198. b.

de Lepra multiplici à sacerdotibus discernenda quæ sancita erant sub Moïse necesse est figuram fuisse iudicii sacerdotum de peccatis per confessionem faciendi. 178. a.

Lepre species quid symbolice significarent. 178. b.

Libertatem legis significari in eo quod scriptum est, si quis vult venire post me, veniat. Et in eo, nunquid & vos vultis abire? ex Clemente Rom. 232. b.

Libertatem evangelii pœnam mortis in alterum sæculum, ut ait Clemens Rom. reicere. 136. a.

ad Libertatis legem quodammodo pertinere leges civiles, & ecclesiasticas, esse enim accessio-

nem legis naturalis. 233. b.

ad Libertatem Christianam quæ falso pertinere existimēt hæretici. 234. b.

Libertatem legis in eo cerni, Clemente Rom. auctore, quod confirmata lege decalogi, & sublatis illis vinculis, & oneribus iudiciorum, & cerimoniarum, relicta est libera voluntas reiecto iudicio mortis in alterum sæculum. 232. b.

Libertatis simulatio in verbo, quod Evangelici tradunt. 231. b.

ad Libertatis legem pertinere, quæcunque sunt naturæ insita, quæ lege decalogi comprehensa sunt, quarum vim continet charitas. 233. b.

Libertatis lex quæ sit, & quæ rursus servitutis, ex libro 6. constitutionum Clementis. 231. b.

Libros cur multos scribant Lutherani, & paucos Catholici. 33. b.

Litteram ab spiritu distinguendam esse non solum in veteri, sed in nouo testamento pluribus exemplis docet Athanasius. 25. a. & b.

Lutherus quomodo similis Theodæ, & Confessionistæ similes Iudæ Galilæi. 19. b. & 20. a.

## M

Mandati ecclesiastici transgressio cur feuerius vindicari solear, quam diuini. 164. b.

Manuum impositio in consecratione ministrorum ecclesiæ quid designet auctore Dionysio. 60. b. & 61.

Matrimonium non consumatum quod per ingressum religionis dirimatur, non humana, sed diuina auctoritate per apostolos tradita fieri, & quæ causa, & cur eiusmodi matrimonium non dirimatur per susceptionem sacri ordinis alioqui essentialiter cum cœli baru connexi. 84. a.

Matrimonium non consumatum cur dirimatur per ingressum religionis, consumatum vero non dirimatur, cum eadem sit natura, & vis propria vtriusq; matrimonii. 84. b.

Merces quibus operibus impütetur secundum debitum, & quibus secundum gratiam. 193. a.

μετρησέτω vnde dictum sit. 200. b.

Merita spiritualia quæ sint, & quæ carnalia. 218. b.

Meritorum secundum carnem, & secundum spiritum distinctio ex scripturis sanctis. 219. a.

in Missa quædam antecedere mysticam benedictionem, eaq; dici προτέλλω, alia sequi, quæ dicantur ὑποτέλλω. 158. a.

Missam composuisse Iacobum episcopum Hier. Marcum Alex. Petrum Romæ. 158. a.

Missæ character à Clemente Romano delineatus. 158. b. & 159. a.

Missæ verbum quid significet, & quid hoc verbo admoneamur in ecclesia. 157. b.

in Missa symbolorum mysticorum interpretationes, qui auctores scripserint. 158. b.

in Missa mystica signa quæ sunt, quas hæretici gesticulatio nes vocant, cuiusmodi sint. 158. b.

Missæ character à Cyrillo Hier. delineatus. 159. b.

Missam quam nos vocamus quomodo Græci, & alii vocent, 158. a.

in Niceni concilii canone vi. corrupte legi in exemplo vetusto, quoniam hoc aliis episcopis consuetum est, pro eo, quod in cæteris omnibus exemplis legitur, quoniam hoc episcopo Romano consuetum est. 124. a.

in Niceni concilii canone vi. falsa Theodori Balsamonis interpretatio coarguitur. 114. b.

Niceni concilii canon vi. de summa auctoritate pôtificis Romani supra cæteros patriarchalium sedium archiepiscopos explicatus. 124. a.

Niceni concilii canon vi. de potestate patriarchæ in Metropolitanos, & episcopos, & metropolitani in episcopos ex Arabico translatus. 125. b.

νήφω quid proprie significet, & quod sit contrarium τὸ μεθύω. 61. b.

## O

de Oleo mystico, & exorcismo eius, ac virtute ex Cyrillo Hierosolymitano, & Clemente Romano. 143. b. & 144. a.

Olei vñctio sacra ex traditione apostolorum Cyrillo Hiero-



**I N D E X**  
 folymitano auctore. 144. a  
 Operum duo genera secundū  
 carnem, siue naturam, & secundū  
 spiritum, siue secundū gra-  
 tiam. Itē mercedis duplex genus  
 secundum debitum, & secundum  
 gratiam. 193. a  
 Opera non esse necessaria ad  
 iustitiam, & salutem Luterus do-  
 cuit, quia quod de lege seruitu-  
 tis à Paulo scriptum erat, vt le-  
 gem non esse iusto positam, ad le-  
 gem libertatis pertinere putauit,  
 & quod de operibus secundum  
 legem seruitur. ad opera secundū  
 legem libert. retulit. 22. b  
 Oratio, qua sacerdos hierar-  
 chice utitur in ecclesia, cum ait,  
 absolue quæsumus Domine, quā  
 vim habeat. 228. a  
 de Orando pro defunctis mul-  
 ta diuinus Dionysius. 227. a  
 Orandum esse pro defunctis  
 in doctrina apostolorum scripta  
 à Clemente Rom. libro 6. & li-  
 bro 8. constitutionum aposto-  
 licarum. 226. a  
 Ordinati ab Apostolis qui sue-  
 rint, scripsit & enumerauit Cle-  
 mens Rom. libro vii. constitu-  
 tionum apostolicarum. 137. a  
 Orando pro defunctis episco-  
 pos, & ab eis ordinatos presby-  
 teros potestate clauium uti, id  
 est, remissiones facere, Dionysio  
 Areopagita auctore. 228. a  
 quod ab Oratione incipit om-  
 nis absolutio sacerdotalis signifi-  
 cate, in persona Christi, & non

**I N L I B.**  
 propria auctoritate absolutio-  
 nes, & remissiones fieri. 228. a  
 Oratio *ἐπιτροπικὴ* quæ sit, ex-  
 plicat Ecclesiasticus c. 34. 181. a  
**P**  
 Pacificum quomodo sit ver-  
 bum dei. 103. a  
 Pacificum quomodo, & qua  
 ratione sit & dicatur verbum  
 dei. 101. b  
 Pax cordis in quo consistat, in  
 eo scilicet vt omnes cogitationes  
 eius tendant ad vnionem cum  
 deo, quæ est illius diuinæ pacis  
 quæ cogitari non potest, partici-  
 patio. 205. a  
 Pax hanc habet vim, vt quisq;  
 in suo ordine, & gradu, quod sui  
 muneris est, faciat, cum qua col-  
 ligata est iustitia, ex Dion. 238. a  
 Patriarchæ hæretici, qui Ale-  
 xandriæ, & qui Constantinopoli,  
 & qui Hierosolym. & qui An-  
 tiochiæ præfuerunt. 122. a & b  
 Pharisei contra legem Moi-  
 sis fortunæ, & facto peccata as-  
 gnabant Clem. auctore. 120. a  
 Peccato quocunq; carere do-  
 cere scripturam, & fieri posse,  
 sed iudicare se ipsum non licere  
 exemplo Pauli. 78. a  
 ad Peccatum imputari natura  
 les concupiscentias error Calu-  
 contra verbum dei. 98. a  
 Peccato cuiusq; generis etiam  
 leui detrahi honorem deo. 77. b  
 Peccatum omne veniale non  
 posse à nobis vitari, quod S. Tho-  
 mas tradit, quatenus verum sit,  
 & quo-

**DE DOGMAT. CHARACT.**  
 & quomodo intelligendum, ex  
 sancto Nilo intelligi posse. 98. b  
 Peccatum cur dictum sit *ἀνομι-  
 αία*, Theod. interprete. 77. b  
 Peccato omni siue graui, siue  
 leui carere docet verbum dei, &  
 ad id vtile esse, id est, vt sit homo  
 dei perfectus, & ad omne opus  
 bonum instructus. 97. a & b  
 Peccato actuali non posse care-  
 re hominem docet doctrina Lu-  
 theranorum, quæ idcirco utilis  
 est, vt passiones peccatorum ope-  
 rentur in mēbris. 96. b & 97. a  
 in Peccato etiam leui non pos-  
 se excusari infirmitatem carnis,  
 ita vt nihil damnationis sit pro-  
 pter illud, auctore sancto Maxi-  
 mo. 97. b  
 Peccata post hanc vitam per  
 potestatem clauium remitti ex  
 Iob. c. 3. clausit dominus contra  
 eum. 228. b  
 Peccatorum distinctio in ma-  
 gna, & parua ex sanctis scrip-  
 turis. 220. a  
 Pedes substantiā animæ in æ-  
 nigmatē significare Dionysio au-  
 ctore. 9. a  
 Petrum fuisse primum aposto-  
 lorum non potestate sed honore  
 ordinis, qui dicit, vt Calvinus, re-  
 pugnantia eum dicere. 132. b  
 Petro potestas ligandi, & sol-  
 uendi speciali priuilegio supra  
 alio cōcessa auctore Athan. 121. b  
 Petro cur succedat hodie Ro-  
 mæ episcopus apostolicus, Mar-  
 co vero Alexandriæ, aut Ioanni

Ephesi nequaquam. 122. a  
 Petri principatus quam mul-  
 tis, & variis vocabulis à veteri-  
 bus patribus notatus sit. 121. b  
 Pœnam æternam in tempora-  
 lem commutari per pœnitentiā,  
 & confessionem quomodo intel-  
 ligendum sit. 199. a  
 Pœnitentia David cum fructi-  
 bus suis descripta in Psalmo 37.  
 & collata cum pœnitentia Co-  
 rinthiorum, & fructibus eius de-  
 scriptis. 2. Cor. c. 7. 203. b  
 Pœnitentia magna David, &  
 voluntas promptissima morien-  
 di propter peccata commissa, re-  
 putata eidem David ad iustam sa-  
 tisfactionem. 207. a  
 Pœnas de peccatis commissis  
 non sumi tantum ad cauendum  
 in futuro, sed ad satisfaciendum  
 in præterito ex Paul. 1. Cor. c. 11.  
 demonstratur. 221. b  
 Pœnitentiæ publicæ exemplum,  
 & scopus, atq; utilitas in Exod.  
 cap. 32. 208. a  
 Pœnitentiales canones ex do-  
 ctrina apostolorū cū scripturis  
 sanctis connexa manarūt. 197. b  
 cū Pœnitentes absoluūt pres-  
 byteri, vt multitudini consulāt,  
 paruas pœnitentias indicere so-  
 lent. 211. b  
 Pœnitentia præuaricantis in  
 iis, quorum pœnituit, maledicto  
 proxima Isychio Hierosolymita-  
 no auctore. 182. a  
 Pœnitentiæ sacramentum ex  
 quibus partibus constet. 201. a

Pœnitentiæ relaxationes, siue redemptiones secundum indulgentiam in star minutarũ esse oblationum; quas pauperes mulationem lepræ; offerrebant; ut agnum; aut olei sextarium; aut binos turtures, aut binos pullos columbinos. 210. b

Pœnitentiã inter sacramenta posuerunt. Basilii, & Chrysostom. 193. b

Pœnitentiæ relaxationes, siue redemptiones aliã à principio; aliã nunc; & quales olim, exempla plura ex pœnitentiã Romano. 209. a

Pœnitentiales canones oportet non ignorare confessores; siue pœnitentiarios. 209. a

Pœnitentiæ verbum pro quouis opere siue in dicto, siue sponte suscepto, ppter peccata. 201. a

Pœnas de peccatis remissis nõ sumi, falso probat Calvinus auctoritate Chrysostomi, & Augustini. 220. b & 221. a

Pœnitentiã redemptiones, siue relaxationes receptæ in ecclesia, vt neq; necesse esset perire neq; desperare. 209. b

in Pœnitentiã peccatorum doledum est amisisse pacem cordis, fortitudinem ad resistendum; & lumen cognitionis. 105. a & b

Pœnitentiales libros idest canonum pœnitentialium qui scripserint. 209. a

Pœnitentiã quid sit; ex Esaiã intelligi c. 30. Et ex Paulo act. c. 200. b & 201. a

Pœnitentias impositas à sacerdotibus, qui non suscipiunt; cum iis comparat sanctus Pacianus, qui morbos aperit medicis; sed medicinã adhiberi nõ volũt. 184. a

Pœnitentes consentire cum sacerdotibus est velle confiteri eis peccata, & secundum eorum iudicium satisfacere. 185. a

Pœnitentiales canones ecclesia Romana descripsit, quia non omnium est scientia, vt sciãnt omnes variis morbis varias medicinas accommodare. 209. a

Per pœnitentiã quomodo remittantur peccata ex Basilio. 201. a

in pœnitentiãlibus nisi non omnium peccatorum vindictæ continentur; tamen facile est ex iis, quæ continentur; cæteras definire similiter iudicando de similibus. 209. a

Pœnitentiæ virtus, quæ est iustitiæ pars, ex tristitia secundum deum; quæ contritio dicitur, tanquam ex causã existit, vt Paulus docuit. 201. a

Pœnitentiales vindictæ instar medicinæ, quarum temperatio ex prudentia arbitri medici spiritalis pendet. 209. a

Pœnitentiales canones multi ex pœnitentiã Romano recitantur. 209. b & 210. a

Pœnitentiã dominum dicitur quæ absurdum; neq; nouum videri debere ex Dionysio Areop. 125. b

Pœnitentiã iudicare secundum

legẽ dei, quando necessario contingat, & de canonica maturitate iudicij pontificalis: ex Gelasio pontificis: potestatem in omnes ecclesias verbis ipis probari, quibus dictum est ei in Petro, pasce oves meas, & confirmas fratres tuos. 132. a

Pœnitentiã auctoritatem quibus argumentis oppugnat Calvinus, ac primum quid de Basiliensi concilio obiciat, & quid respondendum sit, & quomodo ex ipso concilio redarguendus. 130. b & 131. a & b

de Pontificis auctoritate prima, & summa iudiciali supra reliquos episcopos cuiuscunq; ecclesie Theodoriti epist. ad Leonẽ pp. & ad Renatum presbyterum ecclesie Romanæ. Item Gregor. Naz. & Basilii de eadem re epistola. Item S. Maximus, & Iustinianus imp. Item Photius patriarcha. Const. & Theodorũ Studites confessor. 126. a. & 127. b & 128. b. & 129. & 130. a

Pœnitentiã summi Aaron typum fuisse, & summum Pontificem imaginem esse Christi, per apostolum demonstratur. 123. b

Pœnitentiã in iudicio suo quam do, & qua ratione errare nõ possit. 129. a

Pœnitentiã de iudicio primo, & summo ecclesiastico testimonio, & auctoritates, ac primum Niceni concilij primi. 123. b

à Pontifice deficere quã sit sceleratum, & quanto supplicio dignum, ex Clemente Romano in libro de schismatibus. 135. a & b

Pœnitentiã Romano cunctum orbem tanquam vnã diocesim subiectam esse docuit Synodus Chalcedonenfis Nicolaõ primo interprete. non est. 125. a

Pœnitentiã esse fundamentum ecclesie à Christo secundum promissionem eius inseparabile, & Christum esse fundamentum ecclesie à fidei pontifice inseparabile vtrumque horum vnũ & idem esse ratione tantum differentiam. 132. b

Pœnitentiã decreta quã grauitate, ac maturitate ferri debent, docuisse Gelas. & Zachar. 85. b

Pœnitentiã tantum cum concilio episcoporum scripturas in ecclesia interpretandi ius esse, qui hæretice negant, quod diuinus spiritus, cuius est interpretatio, nulli personæ sit alligatus, quid eis respondere doceat scriptura. 118. a

contra Pontificis auctoritatem quid Calvinus obiciat in causa Cæciliani, & Donati & iudicio Melchiadis adiunctis episcopis à Constantino, & causa Arelatenfis concilio post Romanum pont. delata, & quomodo redarguatur Calvinus ipsius Augustini, quæ citat, verbis. 135. a

Pœnitentiã vnũ omnibus præfectum esse satis dixisse, qui dixit omnes nos esse vnũ corpus

eius caput nō possit dicere cæteris membris, non estis mihi necessaria. 133. b

Presbyteri remittētis peccata pœnitentium, & tamquam clavi spirituali cœlum aperientis, tyrum fuisse Eliam, significauit Iacobus. 181. b

Primitias deo non esse primos fructus, sed maturos, idcirco nō primum Adam, sed secundum primitias esse humani generis deo oblatas ex Chryl. 54. a

Prophetare quid sit, ex exemplo disci posse. 24. b

Prouer. locus c. 28. explicatus. 175. b

ῥῶνμα σαρκός quid dicatur, & quid differat à ῥῶννσι. 98. a

Purgatorium non esse, ut fingit Calvinus, crucis euacuatio nem. 229. a

in Purgatorio vindictas peccatorū posse remitti piè defunctis, & quomodo, ac qua ratione. 223.

de Purgatoriis pœnis & igne saluandorū post hanc vitā quid Paulinus, Maximus, Diadoch. Hierony. Athan. scripserint. 225. b

Purgatorii demonstrationem vel in vno Pauli loco pendere. 1. Cor. c. 5. 223. b

Pro purgatorio scripsit Gennadius Scholarius Græcus auctor aduersus Græcos. 227. b

Purgatorium animarū demonstratur ex illa Pauli lectione à multis magnisq; auctoribus probata ad Rom. c. 12. memoriis san-

ctorum communicantes. 227. a

**R**ationale in epomide summi sacerdotis manifestationem, & veritatē textiles haberet, & quid hoc significaret. 59. b

Remissa peccata puniri demonstratur euidenter ex scriptura Pauli. 1. Cor. c. 11. 222. a

Remissiones peccatorum secundum indulgentiam ex charitate pont. natæ earū moderatio, siue temperatio item ex charitate. 227. b

Remissio peccatorum secundum carnem sub vetere testamēto umbra erat veræ remissionis in euangelio secundum conscientiam. 177. a

Remissio fraterna eorum, qui non acceperunt potestatem soluendi, & ligandi cur coniuncta est in euangelio Matthæi cum remissione iudiciaria sacerdotali eorū, qui acceperunt. 184. b

Remissis fraterna, & iudiciaria sacerdotalis quomodo utraq; alterius auxilio indiget. 184. b

Remissis peccatis nihil pœnæ sufferendæ relinqui, quibus scripturæ sanctæ locis probet Calvinus. 219. b

Remissis peccatis, quæ post baptismum commissa sunt, non posse nos remanere liberos ab omnibus pœnis, nisi satisfiat offenso deo. 220. b

quod de Remissione mystica, ac sacerdotali peccatorū dictum

est Matth. 18. Quæcumq; ligaueritis super terram, ad remissiones fraternarum offensarū id referendum esse Nouatianorum commentum est, ut testatur S. Pacianus. 185. a

Regeneratio commissis donatur per dispensationem mysterii pœnitentiæ, ita tamen ut secundum rationem iustitiæ naturalis satisfactio quædam temporalis ad correctionem iniuriæ factæ, postea adhibenda sit. 194. b

Remitti posse peccata ab homine mortali, & peccatore, & quomodo docuit Iacobus exemplo Eliæ. 181. a

Reprehensum vere fuisse Petrum à Paulo qui existimant, Porphyrianos esse, & Apolinariistas, ac Marcionistas. 104. b

Reprehendendi Petrum quod consilium Paulo Apostolo fuerit, ex prologo Euthali in acta apostolorum, & ex Tertulliano ac Photio intelligi. 103. b & 104. a & b

**S**acerdotes veteres umbra, & typus sacerdotum noui testamenti. 177. a

Sacerdotes ut in vetere testamento alii communiter, alii proprie, sic in nouo. 114. b

Sacerdotii cōmunis ratio tum in vetere testamento, quatenus omnes Israelitę agnum in pascha immolabant, tum in nouo, quod veteri successit, quatenus vnus-

quisq; electus est corporis sui sacerdos, & omnes Christiani offerunt, & manducant pascha quod imolatus est Christus. 114. a & b

Sacerdotis esse corpora, & animas custodire in periculis, regis vero corpora ex Clem. Ro. 116. a  
Sacramenta nouæ legis quid à Sacramentis veteris legis differant, & cur imagines rerum ab apostolo uocentur. 141. a

Sacerdotum est, personā Christi gerere, mediatores esse inter deum, & populum, & salutem populi deo operari auctore Basilio. 185. a

Sacerdotes vocantur ab apostolo si πνευματικοί, & cur. 185. b

Sacrificium in iustitiā apud Malach. c. 3. non potest esse, neq; dici sacrificium laudis veteris testamenti. 179. a

Sacrificium deo facere post factum de lepræ generibus iudicium, quid significaret. 180. a

Sancta sanctis quæ dicantur in Missa Græcorum, & quid uerbū Græce significet Dionysio auctore. 67. a & b

Satisfactio Christi pro peccatis nostris in cruce quid effecit, si adhuc pro peccatis exigenda est pœna. 220. a

Satisfactionem pro peccatis oportere tanquam debitū quoddā naturale soluere, apostoli tradiderunt, ut Clemens Rom. docuit. 196. a

Satisfaciendi pro peccatis le-

gem qui tollit legem naturalem  
tollit. *in illis* 196. a  
quod Satisfactionem doceat  
primum ratio iustitiæ naturæ nõ  
fuit indita, pluribus locis à san-  
cto Maximo explicatur. 195. a  
Satisfactio, quæ est virtus ul-  
ciscendi propria peccata, pars est  
iustitiæ secundum naturam. 196. a  
Satisfactio nostra pro pecca-  
tis non magis derogat satisfactio-  
ni Christi, quam reliqua omnis  
virtus à nobis suscepta derogat  
virtuti eiusdem. 196. a  
Satisfaciendi legē indixit deus  
Adæ, & Euæ, Caino, & Lamech.  
196. a  
Satisfactionis pœnitentialis  
ortus, & origo ex naturali ra-  
tione. 194. b  
Satisfactionis verbum & si in  
scripturis sanctis non sit vsitatum,  
res tamen verbo satisfactionis  
subiecta negari ab hæreticis non  
potest. 196. b  
de Satisfactionum pœnitentia-  
lium dogmate. 193. b  
si Satisfactio Christi nobis im-  
putetur per pontificem, qui po-  
testatem clauium accepit, pecca-  
ta nostra satis in Christo vindica-  
ta fuerint, quod si non imputetur,  
siue applicetur, vindicanda  
erunt semel in nobis. 197. a  
Satisfacere per nos in Christo  
eatenus debemus quatenus non  
relaxatur nobis per potestatem  
clauium satisfactio ipsa tempo-  
ralis, quod est non applicari no-

bis pro ea satisfactionem Christi  
habere. *in illis* 197. a  
Satisfactionum, & indulgentiarum,  
& purgatorii radices, & funda-  
mentum. *in illis* 197. a  
Satisfactiones tum maiores,  
tū minores, quibus post remissionem  
culpæ soluitur debitum  
pœnæ temporalis pro peccatis  
commisis post baptismum signi-  
ficabantur allegoricè, & in a-  
nigmatibus per illa quæ à diuitibus,  
& quæ à pauperibus post san-  
tam lepram offerebantur ad in-  
troducendum sanatum in castra  
die octauo. *in illis* 198. a  
per Satisfactiones illas, quæ  
pro peccatis, & naturalis & scriptu-  
ræ docent, non derogari passiõni  
Christi. *in illis* 216. b  
Satisfactio Christi pro veteri-  
bus delictis, id est antegressis re-  
generationem, & eorum pœnis  
omnibus donatur nobis in per-  
sona Christi per dispensationem  
mysterii baptismi, pro delictis  
vero post. 216. b  
Satisfactiones non esse indicē-  
das nisi per pœnitentiam, & con-  
fessionem sanatis. *in illis* 198. b  
pro Satisfactionis verbo, quo  
nos vtimur, *in illis* dixit Apost. 2.  
Cor. 7. & sic vsus est verbo Ath.  
Alexand. *in illis* 210. b  
de Satisfactione Mariæ sorori-  
s Aaron, & Moïsis pro peccato  
murmurationis in Moïsem, &  
quid illa in typo designaret. 197. b  
Satisfactiones quamuis non

introducant, in regnum dei nisi  
mundatos prius à lepra peccato-  
rum, tamen vtile est hortari ad  
eas peccatores. *in illis* 199. a  
Satisfactio maxima, & prima  
sacrificium cordis contriti, quo  
fit mūdatio à lepra peccatorum  
mortalium, & à pœna sempiter-  
næ mortis, satisfactio minor  
quoddam secundum sacrificium  
post sanatam lepram introducēs  
in coelum sublata omni pœna  
temporalis. *in illis* 198. b  
Satisfactio pœnitentialis, quæ  
fit post condonationem culpæ  
instar sacrificii ad impetrandum  
introitum in castra cœlestia, non  
valet, nisi fiat in gratiã dei, sicut  
secundum illud sacrificium ad in-  
troducendum in castra non fie-  
bat nisi post sanatam lepram. 198. a  
quod Satisfactiones theolo-  
gia ex scripturis sanctis cõclusa,  
& ab apostolis tradita doceat, ex  
Clementis Rom. libro 2. intelli-  
gi potest. 197. b  
Satisfactiones pœnitentium  
demonstrantur ex scripturis san-  
ctis, ac primum ex epist. 2. Paul.  
ad Cor. c. 7. *in illis* 199. b  
Satisfactio Christi pro pœna  
temporalis donatur nobis in per-  
sona Christi per dispensationem  
potestatis clauium secundum in-  
dulgentiam in mysterio pœni-  
tentia. *in illis* 197. a  
*σμενότης* quid significet in epist.  
2. ad Tim. c. 3. *in illis* 66. a  
Sextæ Synodi canones qui esse

feruntur, compositos, editos que  
esse xxvii. annis post habitam sy-  
nodum vi. & qui auctores hoc  
affirmēt, & demõstrent. 82. a & b  
Sextæ synodi canon xiii. con-  
tra cœlibatum vnde fluxerit. 82. b & 83. a & b  
Scripturas mutilare Eusebius  
Marcello, aduersus quem scri-  
psit, exprobrauit. Item Hippoly-  
tus martyr Noëtianis, aduersus  
quos scripsit Homiliam, & Epi-  
phanius item Noëtianis. 175. a  
Scripturæ auctoritates, quasi  
hæretici citant, esse tamquam lu-  
cernas accensas idolis, quas ido-  
la non vident. *in illis* 40. b & 41. a  
Scripturas hæretici ad exem-  
plum diaboli, qui Christum ten-  
tauit, mutilant. *in illis* 174. b & 175. a  
in Scripturis nihil esse ita ob-  
scurum, quin habeat in ipsa scri-  
ptura adiumentum, & velut ansam  
ad intelligendum. *in illis* 75. b  
Scripturam sanctam perfectã  
esse, sed non omnia continere ex-  
presse, sed partim demonstratiue  
auctore Dionysio, eamq; ex do-  
ctoribus optime scholasticis di-  
sci. *in illis* 61. a  
Scripturã vniuersam ceu cor-  
pus vnum oportet spectare ad  
bene interpretandum, vt quod  
in vno loco desiderari videtur,  
ex alio petatur. *in illis* 180. b  
Scripturas studio propriis &  
ardenti desiderio præunte, &  
prosequente dei gratia aposto-  
los perscrutatos fuisse, notasse

Petrum l.c. i. auctore sancto Maximo *videtur* 76. a  
 Scripturæ verba non subtiliter, & limare sed secundum naturam, & convenientiam rei & propositi accipienda esse notasse Athanasium. 67. a  
*οὐκ εὐκτατος* verbum esse Antiochense, & quid significet, notavit Euseb. Et quid significaret, ignoravit Theodorus Balsamo. 90. b & 93. a  
*ὁ πῖλος* vnde dicatur secundum interpretationem verbi, quæ etymologia dicitur, & quod de grauibus peccatis dicatur. 31. a  
 Pastoris spiritualis, quæ sint partes, ex Ezech. c. 34. cum explanatione ex Clemente Rom. 116. a  
 Spiritus sanctus aliquando in scripturis charisma siue gratiam significat. 189. b  
**T**heophanes libros scripsit aduersus Iudæos. 172. a  
 Theodoriti opera ex epistola eius ad Leonem, 126. b  
 Timor alius perfectissimus perfectæ charitatis comes, qui est, auctore Maximo, quædam reuerentia erga diuinam excellētiam. 35. a  
 de Timore dei seruili, isagogia, & animam à peccatis purgante, & cum mediocri charitate coniuncto multa ex sancto Dorotheo, & Diadocho. 34. b & 35. a  
 Timor dei seruilis, qui utilis est, vnde gignatur, & quod hoc

timore non timet prius deum, possit eum diligere. 35. a  
 Tradita ab apostolis sine scripto tum sacramenta, tum dogmata multa vtræq; cum scriptura connexa esse auctore Diony. 9. a  
 Traditiones sine scripto aditū gendas esse ad verbum dei, & ipsum verbum difficile esse ad intelligendum, vtrumq; ex Ecclesiaste doceri. 27. b  
 Tradita esse sine scripto multa, quæ in scriptura continentur generatim, & scientificè, vt tradit Dionys. & vtrūq; genus scripti, & non scripti dici verbum dei, 27. b  
 ad Traditiones diuinas pertinere omnem theologiam, quæ scripta non est. 8. a  
 Traditiones ab apostolis per sermonem traditas easdem Christum per apostolos tradidisse, id circa ad verbū dei pertinere. 8. a  
 Traditiones apostolicas, quia non sint humanæ, ad verbum dei pertinere, cum eoq; esse mixtas immaterialiter. 8. a  
**V**erbum dei non esse priuatum, & singulare, sed publicum, & vniuersale. 100. b  
 Verbi dei cursum mirabilis celeritatis esse instar ignis, qui est *ὄξυπῶρος* verbum vero Euangelicorum tardissimum esse. 14. a  
 Verbum dei vim suam cum iis communicare, qui se ad ipsum applicant instar ignis, qui calorem suum

rem suam iis impertit, qui ad eum accedunt. 13. a  
 Verbū dei omnia sermonum, & scripturarum genera superare instar ignis omnia vincit. 12. b  
 Verbū dei sic informare nos, vt ad brauiū supernæ vocationis tendere faciat, & vt conuersatio nostra in cœlis sit instar ignis, qui natura sua sursum fertur. 13. b  
 Verbum dei semper manere vnum, & idem instar ignis, qui non potest passionibus alterari, quoad natura eius incolumis est. 13. b  
 Verbum Euangelicorum inutile esse ad dignoscendos inimicos verbi dei, pluribus exemplis docetur. 28. b  
 Verbum dei audiri non posse, vbi ecclesia non possit videri, ex quo fiat, vt verbum Euangelicorum verbum dei esse non possit. 29. a  
 Verbum dei esse instar symboli, siue thesseræ ad discernendos inimicos verbi dei, idq; Salomonem admonuisse. 28. a  
 de Verbi dei igneis proprietatibus theologia symbolica ex pluribus scripturæ sanctæ locis discitur. 25. b  
 Verbum dei quomodo sit igneum, & qua ratione. 8. a  
 Verbum dei latere aliquando instar ignis latentis in filice, quæ est alia proprietas verbi dei. Verbum vero Lutheranorum facile esse, & in promptu, vt iidem pro

fitentur. 11. a  
 Verbum Lutheranorum inutile esse ad arguendum siue reprehendendum, & vtile, vt sit homo diaboli ad omne malum instructus. 16. a  
 Verbum dei quomodo tria, quæ in mundo sunt, vincat, concupiscentiā carnis, concupiscentiam oculorum, superbiam vitæ. 13. a  
 Verbum dei ad ea, quæ homini conueniunt, excitare instar ignis, qui ea, in quibus inest, ad operationem naturæ eorum conuenientem excitat. 13. a  
 hoc Verbum dei, lex non est posita iustis, sed peccatoribus quomodo sit coram omnibus, & tamen lateat, ex quo verbo nõ intellecto dogma Lutheri fluxit de nõ necessariis operibus ad iustitiam, & salutem. 20. b. & 21. a  
 Verbum Euangelicorum non esse pacificum neq; congregans, neq; in media via positum, sed potius factiosum, tumultuans, & apocryphum. 101. b  
 Verbi dei quomodo sit vnum labium iuxta prophetiam Sophoniæ, verbi vero Euangelicorum multiplex. 26. b  
 Verbi dei proprietates multiplices ad similitudinem proprietatum ignis multiplicium. 8. b  
 Verbum prædicari a Lutheranis secundum spiritum proprium neq; deo, neque prophetis eius, neque apostolis, neque ecclesiæ,



neque rationi subiectum. 11. b  
 Verbum dei quomodo sit effica-  
 x instar ignis, & quomodo  
 operetur sacramenta, & quomo-  
 do verbum Euangelicorum non  
 sit tale. 19. a  
 Verbum dei nõ posse cessare,  
 neque cohiberi, quin fructificet  
 instar ignis, qui non potest tene-  
 ri, quin corripiat materiam.  
 15. b. & 16. a  
 Verbum Euangelicorum vt  
 verbum dei sit nullo indigens o-  
 portere nexum esse cum traditio-  
 nibus, & theologis interpretationi-  
 bus catholicis, & necessa-  
 riis. 17. b  
 Verbum Euangelicorũ ideo  
 absurdissimis erroribus plenum  
 esse, quia neq; antecedentia, neq;  
 consequentia considerant, neq;  
 philosophice et demonstratiue  
 ex scriptis non scripta conclu-  
 dunt. 20. b  
 Verbum dei quomodo sensim  
 crescat instar ignis, & quomodo  
 sit simile grano sinapis, & fermẽ-  
 to ex Magnete. 17. b. & 18. a  
 Verbum dei quomodo sit π-  
 ριληπτικον, idest, omnia compre-  
 hendens instar ignis, quæ omnẽ  
 fere materiam incendere potest.  
 Verbum vero Euangelicorum  
 priuatum verbum, tempore, &  
 loco terminatum. 14. b  
 Verbum dei renouare, & re-  
 uiuiscere facere instar ignis, qui  
 vim habet renouandi calore suo.  
 13. b

Verbum Euangelicorum nõ  
 admittit illam partẽ theologiæ,  
 quæ demonstratiua dicitur, quæ  
 ad verbum dei pertinet, quæ au-  
 ctore Dionysio Areop. cum scri-  
 ptura sancta connexa est. 20. b  
 Verbum dei eodem motu re-  
 sta sursum tendere, neq; ad dex-  
 tram, neq; ad sinistram declinare  
 instar ignis, qui simplici motu  
 semper sursum feratur. 14. a  
 Verbum dei habere quidem  
 Lutheranos, sed non loqui illud  
 in veritate, quod est non habere  
 re, & veritate verbum dei, quia  
 non vere illud interpretantur,  
 quod est habere eos prophetiam  
 non secundum rationem fidei,  
 sed secundum spiritum erroris.  
 27. a  
 Verbum Euangelicorũ quo-  
 modo non maneat idem instar  
 ignis, & quàm multa detrahant  
 verbo dei noui Euangelici. 23. b  
 Verbũ dei nõ indigere alio ad  
 ædificationem instar ignis, qui  
 alio elemento non indiget ad ge-  
 nerationem ignis, verbum vero  
 Euangelicorum indigere tradi-  
 tionibus, sine quibus necesse est  
 excidere verbum dei, quod fieri  
 non potest. 17. a  
 Verbum dei qui tractant, dili-  
 genter attendere debent, quid si-  
 bi velit verbum secundum spiri-  
 tum. 25. b  
 Verbum dei quomodo non  
 semper extrinsecus secundum  
 litteram videatur, quamuis sit

coram omnibus instar ignis, qui  
 aliquando non cernitur, quam-  
 uis sit præsens vt cum scintillæ la-  
 tent in filice. 20. a & b  
 Verbum dei minuere eos, qui  
 ea quæ ex verbo dei demonstra-  
 tiue cõcluduntur, detrahunt, quæ  
 ad interpretationes verbi dei  
 pertinent, & qui illud cum neces-  
 se est, non dilatant explicando.  
 24. a  
 Verbum dei comparatum ab  
 Esaia cum pluuia, & a domino in  
 Euangelio cum igne, & quæ sit  
 vis verbi Euangelicorũ, & quo-  
 modo apud eos extinctum sit.  
 16. a & b  
 Verbum dei quomodo fem-  
 per maneat idem instar ignis, qui  
 non imminuitur impartiendo  
 aliis vim caloris, & splendoris  
 sui. 23. a & b  
 Verbi Euangelicorum 18. se-  
 ctæ ex vna Lutherana natæ. 14. a  
 Verbi dei finem esse vnũ, quæ  
 est veritas, quæ vna est in quaq;  
 re, & rursus multas veritates v-  
 num, idest, vnus diuinæ verita-  
 tis participatione, in verbo autẽ  
 Euangelicorum non ita. 33. b  
 Verbum dei loqui omnium  
 linguis apostolos in die penteco-  
 stes, quid in ænigmate significa-  
 ret. 26. a  
 Verbum Lutheranorum inu-  
 tile esse ad docendum, quia sit ple-  
 num repugnantis, idcirco verbũ  
 dei esse non posse. 9. b & 10. a  
 cum Verbo dei humana esse

admixta dicere ad epiplocem  
 Ptolemæi hæretici pertinere. 8. a  
 Verbum dei non posse alliga-  
 ri, quin currat instar ignis, qui  
 non potest teneri, quin splende-  
 at iis, qui cœci non sunt. 13. b  
 cum Verbo dei coniungẽdos  
 esse terrores, & minas, docuisse  
 deum per Ezechielem c. 4. aucto-  
 re Nilo anachoreta. 34. a  
 Verbum dei discere qui debe-  
 ant Gregorio Nazianz. auctore.  
 4. a & b  
 Verbum dei, quod iuxta So-  
 phoniã est vnus labii electi, quo-  
 modo nõ sit apud Euangelicos.  
 26. b  
 Verbum dei non esse actu ex-  
 tra ecclesiam catholicam. 100. a  
 Verbum Lutheranorum diui-  
 sum esse, & fidem, idcirco pacifi-  
 cum non esse, ac proinde neque  
 verbum dei esse. 99. b & 100. a  
 Verbum dei aculeatum esse,  
 & igneum, Euangelicorum vero  
 carere stimulis, & aculeis, & esse  
 instar clauis obtusi & frigidi. 28. a  
 Verbi dei spiritum esse sensum  
 eius, & verbum dei expressum se-  
 cundum spiritum, habendun esse  
 se tãquam littera, & sono expres-  
 sum esset, esseq; cũ expresso con-  
 nexum, quod ex expresso cõclu-  
 sum, & demonstratum sit. 80. a  
 Verbum quod hæretici vocat  
 verbum dei, non posse esse verbũ  
 dei, nisi detractis falsis dogmati-  
 bus, & vt aurum idoli nisi detra-  
 cta ærugine nõ fulget, sic aucto-  
 E ii

ritates scripturæ splendorem veritatis amittere, cum ex ipsis falsa dogmata conflantur. 42. a

Vindicata in Christo satis sunt peccata nostra, si eius satisfactio donetur nobis in persona eiusdem per eum, qui huiusmodi potestatem clauium accepit ad perficiendam dispensationem mysterii poenitentiae. 197. a

de Vindicta peccatorum non sumenda bis sumptum ex propheta Naum, & quomodo in canonicis seruatum. 201. b

Vindictæ ad satisfaciendum pro peccatis remissis exemplum in Dauid. 207. a

Vindicta peccatorum propria est poenitentiae, & eam operatur

dolor secundum deum ex peccatis præteritis. 207. b

si Vindicanda essent hoc tempore peccata secundum canones poenitentiales, aut desperarent in firmi, aut periculose affligerentur, aut fugerent confessionem. 211. b

Vnitatem terreni capitis efficere, vt vna sit in terris ecclesia, Cypriano auctore. 133. b

Voluntas humana quid in bonis actionibus possit, exemplis ex scriptura sumptis declaratur, & quid a se sumat ad collaborandum gratiæ dei. 95. b & 96. a

Zelotes cur dicatur deus; vbi prohibet facere sculptile. 168. b

## INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ TVM

veteris, tum nouæ.

Exodi locus c. 20. de non faciendo sculptili explicatus, & collatus cum loco act. 17. 169. a

Exodi locus c. 20. de non faciendo sculptili explicatur Procopio Gazæo interprete. 168. b

Exodi c. 19. locus explicatus, eritis mihi in Regnum sacerdotale, & qua ratione omnes Christiani sint, & dicantur reges. 114. b

Exodi c. 3. de voce dei audita in medio ignis, Philonis interpretatio. 25. b

Exodi locus 32. aut desine me de lib. etc. explicatus, & collatus cum loco Ez. c. 13. in scriptura domus Israel non scribentur. 208. a

Exodi c. 20. in eo quod dictum sit, si feceris mihi altare, & non, fac mihi altare etc. notatam esse libertatem, & non necessitatem sacrificandi. Clem. auctore. 232. a

Leuitici c. 19. locus explicatus de fructibus primis trium annorum non edendis. 54. a

Leuitici locus explicatus c. 14

vt sciri possit, quando quid mundum, aut immundum sit. 180. a

Leuitici locus c. 14. vt exponi, siue narrari possit, quando aliquis immundus sit, aut mundus explicatur. 180. a

Num. locus c. 12. explicatus, nonne si pater eius expuisset ei in faciem etc. 198. a

Num. c. 11. lxx. illi, quos iussu dei Moyses elegit, vt cum eo onus populi sustineret, qui in tabernaculo typo ecclesiæ prophetarunt, representasse episcopos cum Pontifice, Eldad vero, & Medad qui prophetarunt in castris, quæ erant typus populi, representasse prophetas laicos. 118. a

Numer. c. 11. Eldad & Medad cur descriptos vocarit scriptura, & quid sibi voluerit quod Iosues, dixit, domine mi Moyses, prohibe eos. 118. a

Deuter. c. 33. locus de coelibatu sacri ordinis explicatus. 59. b 60. 61.

Deuter. c. 33. locus explicatus, date Leui manifestationem, & veritatem eius viro sancto qui dicit patri suo, & matri suæ, & quæ sequuntur. 114. b. & 115. a

Iob. c. 3. locus explicatus de extrema cuiusque remuneratione Dionysio auctore, mors vero requies, clausit dominus contra eum. 228. b

Psalmodi imprecationes quomodo intelligendæ sint Theophilo Alex. auctore, & Andrea

Hierosol. 6. a

in Psal. 6. Gregorius Nyss. vocat esse dicit eorum, qui metu potius, quàm amore deum sequuntur, & salui fiunt, qui enim timore percussus dixit, domine ne infurore etc. idem postea ait, audivit dominus vocem fletus mei. 34. b

Psal. xi. locus expositus, & collatus in circuitu impii ambulat; secundum multitudinem tuam servasti filios hominum. 37. b & 38. a & b

Psalms 14. explicatus, Domine quis habitabit, & quæ sequuntur. 155. b

Psal. 18. timor domini sanctus permanens in sæculum sæculi, de quo timore accipiendum sit. 35. a

Psalms 31. magna pars explicatur. 188. b & 189. a

Psalms 33. de Eucharistia explicatus. 153. a

Psalms Dauid 37. de poenitentia Dauid explicatus, & collatus cum Paulo 2. Cor. c. 7. 203. b

Psalms 49. explanatus, & cum scripturis sanctis collatus. 156. a

Psal. 61. locus, duo hæcaudiu, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia, quia tu red-des etc. explicatur. 163. b

Psalms 90. locus explicatus angelis suis madauit de te etc. 174. a

Psalms 118. locus explicatus, lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. 8. b

Psal. xi. explanatio. 3. a

Psalmi 118. locus explicatus, et cum proverbio Salom. collatus, in quo corrigit adolescentior viam suam, in custodiendo sermones tuos. 77. a

Psal. 118. locus explicatus & collatus, particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. 23. a

Psal. 118. locus explicatus perfecto odio oderam illos. 97. b

Psal. 118. locus explicatus, in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. 97. a & b

Psal. 118. locus a sancto Maximo explicatus, pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Proverbiorum locus c. 11. explicatus, si iustus vix saluatur, impius, & peccator ubi apparebit. 224. b

Prover. c. 4. locus explicatus, oculi tui recta videant, & quæ sequuntur. 14. a & b

Prover. c. 6. locus explicatus, & cum Paulo collatus, lucerna mandatum legis, & lux, & via vitæ, & increpatio, et disciplina. 9. a

Prover. c. 8. locus de sapientia in summis excelsisq; verticibus, & in mediis semitis posita explicatus. 99. b & 101. a

Prover. locus c. 28. explicatus. 175. b

Prover. c. 27. locus explicatus de cognoscendo vultu pecoris, & de adhibenda ei herba viridi, & feno montano. 29. a

Prover. c. 30. locus explicatus, de lege carnis, quartum, quod penitus ignoro, viam viri in adolescentia sua. 77. a

Prover. c. 23. locus explicatus apud 70. cum oculi tui viderint alienam, os tuum loquetur obliqua, & quæ sequuntur. 98. b & 99

Ecclesiasticus c. 5. locus explicatus & collatus cum Paulo, ne viles in omnem ventum, & quæ sequuntur de bilinguis. 5. a & b

Ecclesiastes c. 12. quid significet, cum ait, multa quæsiuit Ec. ut inueniret sermones voluntatis, & quæ sequuntur. 27. a & b

Ecclesiastes c. 12. verbum sapientum, ut stimuli bouum, & ut clauignei, & quæ sequuntur, explicata, & collata. 27. b. & 28. a

Ecclesiastes c. 12. caue facere libros multos, quomodo intelligendum, & qui sint libri multi, ut multi magistri. 33. b

Cant. c. 6. locus explicatus in interprete Hippolyto martyre, & Maximo, dentes tui sicut greges ouium, & quæ sequuntur. 111. a

Cant. cant. c. 1. locus de eucharistia explicatus Theodorico auctore. Osculetur me osculo oris sui. 149. a & b

Cant. c. 2. locus explicatus, & cum loco euangelii collatus. Flores apparuerunt in terra, tempus putationis aduenit. 109. b

Ecclesiasticus c. 1. qui sine timore est, non poterit iustificari, de

quo timore accipiendum sit. 35. a

Ecclesiasticus locus c. 34. explicatus. 35. b. & 36. a

Ecclesiasticus c. 28. locus expositus, & cum beato Iacobo collatus, Piorum lingua non dominabitur, sic enim est græce, & utilis potius infernus etc. 48. b

Ecclesiasticus locus c. 17. explicatus. 175. b

Ecclesiasticus c. 23. locus explicatus, & cum epist. Petri collatus, duo genera multiplicant peccatum, & quæ sequuntur. 62. a

Ecclesiasticus c. 45. locus de Aarō summo sacerdote explicatus, & cum noui testamenti pontifice Petri successore collatus. 122. b. & 123. a

Ecclesiasticus c. 45. magna pars explicata. 114. a

Esaia locus c. 1. explicatus Cyrillo & Basilio interpretibus, fortitudo eorum ut stipula stuppæ. 223. b

Esaia c. 1. locus explicatus, & cum euangelio collatus, iudicā manum meā in te, & igne examinabo te, & quæ sequuntur. 112. b

Esaia c. 1. locus a beato Basilio expositus, Caupones tui miscent vinum aqua. 56. a

Esaia c. 1. locus expositus, ut potentibus Israel accommodate ad Lutheranos, & illud paulo post, restituaui iudices tuos, ut fuerunt prius, & consiliarios tuos, sicut antiquitus. 37. a

Esaia c. 1. locus a beato Basilio & Cyrillo expositus argentū tuum versum est in scoriam etc. 35. b. & 36. a

Esaia c. 1. locus explicatus, & cum Paulo collatus, excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannū tuū etc. 32. a

Esaia c. 1. quid significet, excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omnem stannum tuū etc. interpretati sunt 70. sine tropo. 113. b

Esaia c. 2. locus explicatus, & cum scripturis collatus, ex Sion exhibet lex, & verbum domini de Hierusalem, & iudicabit etc. & conlabunt gladios suos in vomeres, & quæ sequuntur. 109. b

Esaia c. 3. locus explicatus, auferam coniectorem, consiliariū, sapientem, architectum prudentem auditorem. 24. a & b. & 25. a

Esaia locus c. 4. in spiritu iudicii, & spiritu ardoris explicatus. 200. b

Esaia c. 8. locus explanatus, a Cyrillo, & accommodatus ad Lutheranos. 7. b

Esaia c. 8. locus explicatus, de terra loquentes etc. & illa, quæ sequuntur, veniet super vos fortis fames etc. Cyrillo interprete. 6. b. & 7. a

Esaia c. 22. locus de Chrismate, auctore Cyrillo Hierosolymitano. 145. a

Esaia c. 23. locus explicatus, & erit post 70. annos visitationem faciet Deus Tyri & iterum, &

INDEX IN LIB.

quæ sequuntur. 155. b. & 153. a  
 Efaïæ c. 29. locus explicatus;  
 & cum Paulo 1. Cor. c. 1. collatus,  
 obstupesciam eos miraculo grã  
 di, & stupendo etc. 163. a  
 Efaïæ locum c. 29. frustra col-  
 lunt me docentes mandata ho-  
 minum, & doctrinas de Iudæis,  
 & gentilibus intelligendum esse,  
 ex scripturis ipsis inter se colla-  
 tis demonstrari. 163. b  
 Efaïæ locus c. 40. ecce deus ve-  
 ster venit, ecce merces eius cum  
 eo, explicatus interprete Cyril-  
 lo. 193. a  
 Efaïæ locus c. 43. tu autem me-  
 mento peccatorû, & iudicemur  
 simul, quomodo intelligendus.  
 177. b  
 Per Efaïæ locum c. 43. de con-  
 fessione peccatorum explanan-  
 dus Ezechielis locus de pœniten-  
 tia peccatorum c. 18. 178. a  
 Efaïæ locus c. 49. ecce in ma-  
 nibus meis depinxi muros tuos  
 explicatur Cyrillo interprete.  
 168. a  
 Efaïæ c. 53. locus explicatus  
 Cyrillo interprete, in humilita-  
 te eius iudicium sublatum est.  
 120. b  
 Efaïæ c. 53. locus de resurre-  
 ctione Christi, iustificare iustum  
 bene seruitutem multis. 155. a  
 Efaïæ c. 54. locus explicatus,  
 & cum euangelio collatus, erunt  
 omnes docibiles dei. 12. a  
 Efaïæ c. 55. locus explicatus de  
 Hebræis, & gêtilibus, quare ap-

penditis argentum, & non in pa-  
 nibus etc. 164. a  
 Efaïæ c. 55. locus a Cyrillo ex-  
 planatus, quomodo descendit  
 imber, & nixa cœlo etc. sic erit  
 verbum meum etc. & pro saliu-  
 ca ascendet etc. 16. a  
 Efaïæ c. 56. locus de iis, quæ ad  
 sustinendum eunuchismum ne-  
 cessaria sunt. 59. a  
 Efaïæ c. 56. locus de statu con-  
 tinentium explicatus Cyrillo in-  
 terprete, & cum loco apocaly-  
 psis collatus. 52. b  
 Efaïæ c. 59. locus de fide & cõ-  
 fessione perpetua fidei explica-  
 tus, & cum Paulo collatus, inter-  
 prete Cyrillo. 121. a  
 Efaïæ locus c. 60. explicatus.  
 174. a  
 Efaïæ c. 61. locus explicatus  
 Cyrillo interprete & vocabun-  
 tur fortes iustitiæ, plantatio do-  
 mini ad glorificandum, & quæ  
 sequuntur. 110. a & b  
 Efaïæ c. 66. locus sic legendus,  
 & tementem sermones meos,  
 non tenentem. 111. b  
 Hieremiæ epistolam falsorum  
 dogmatum proprietates, & no-  
 tas mirifice exprimere idola, fal-  
 sosque deos representando. 38. a  
 Hier. c. 23. locus de pseudopro-  
 phetis accommodatissimus no-  
 uis Euangelicis. 28. b  
 Hieremiæ c. 23. locus explana-  
 tus, qui habet sermonem meum,  
 loquatur eum vere, quid paleis  
 ad triticum, nunquid non ver-  
 ba mea

DE DOGMAT. CHARACT.

ba mea quasi ignis? 26. b. & 27. a  
 Hieremiæ locus c. 23. Qui ha-  
 bet sermonem meum, loquatur  
 eum vere explicatus, & collatus,  
 cum loco epist. Petri 1. 4. 190. a  
 Hieremiæ c. 23. locus de pseu-  
 doprophetis eiiciētibus prophe-  
 tias linguæ explicatus, & colla-  
 tus cum Euangelicis. 24. b  
 Hieremiæ locus c. 10. de ido-  
 lis, explicatus. 169. b  
 Hieremiæ locus in epistola  
 ad Iudæos captiuos explicatus  
 de vento spirante in omni regio-  
 ne. 12. a  
 Ezech. c. 4. quid in ænigmate  
 doceret sartago illa ferrea posi-  
 ta inter prophetam & ciuitatem  
 descriptam, cum omnibus instru-  
 mentis eam oppugnandi. 34. a  
 Ezechielis locus c. 13. de falsis  
 prophetis non puniendis pœna  
 captiuitatis, sed interficiendis,  
 explicatus. 208. a  
 Ezech. locus c. 20. collatione  
 antecedentium, & consequentiũ  
 explicatus. 174. b & 175. a  
 Ezech. c. 20. locus explicatus a  
 Clemente Rom. de lege seruitu-  
 tis, dedi eis præcepta non bona,  
 & iustificationes, in quibus non  
 uiuent. 232. b  
 Ezechielis locus c. 20. pepercit  
 eis oculus meus, ne delerem eos,  
 & non interfeci eos in consum-  
 ptionem, explicatus. 208. b  
 Ezechielis c. 37. locus de Eu-  
 charistia explicatus, & dabo san-  
 ctificationem meã in medio eo-  
 rum in perpetuum. 153. b  
 Ezech. c. 34. locus de pastori-  
 bus spiritualibus explicatus Cle-  
 mente auctore. 116. a & b  
 Ezech. c. 34. locus explicatus,  
 auctore Clemente, ecce ego iudi-  
 co peccus ad pecus arietum, & hir-  
 corum. 116. b  
 Oseæ c. 4. locus explicatus a  
 Clemente Rom. & erit sicut po-  
 pulus, sic & sacerdos, & ad quid  
 positi sint episcopi, & presbyte-  
 ri ex eodem Oseæ. 70. a  
 Naum locus c. 1. non vindica-  
 bit bis in idipsum explicatus,  
 magna parte ipsius capituli primi  
 explanata, & collata. 202. a  
 Naum locus c. 1. explicatus, et  
 cum loco euang. Ioannis c. 20.  
 collatus. 180. b  
 Habacuc locus c. 3. expli-  
 catur. 167. a  
 Habacuc locus c. 2. de idolis,  
 explicatus. 169. b  
 Sophoniæ c. 3. locus explica-  
 tus, & cum euangelio collatus,  
 expecta me in die resurrectionis  
 meæ in futurum, & quæ sequun-  
 tur. 26. a & b  
 Zachariæ locus c. 11. explica-  
 tus, gladius super brachiũ eius,  
 & oculus eius dexter super bra-  
 chium eius excœcabitur, exle-  
 ctione, & interpretatione sancti  
 Nili. 236. a  
 Zachariæ locus c. XIII. a Cyril-  
 lo explicatus accommodate ad  
 tempora hæreticorum, & ad ea,  
 quæ fiunt in ecclesiis catholicis

- circa hæreticos 165. b  
 Zachariæ locus c. 13. de tertia parte traducenda p ignē, & probāda instar auri, & argēti explicatus interprete Cyril. & collatus cum loco Pauli 1. Cor. c. 5. 225. a  
 Zach. locus c. 13. explicatur. 165.  
 Malachiæ c. 3. locus explicatus & collatus cum Esaia, & euangelio ipse ingreditur, quasi ignis conflagans, & quasi herba fullonū, & quæ sequuntur. 113. b  
 Malachiæ locus cap. 3. explicatus, & cæcedam ad vos in iudicio. 179. a  
 Malachiæ locus c. 3. explicatus, ecce venit dominus exercituum, & quis poterat cogitare diem aduentus eius etc. 224. b  
 Malachiæ locus c. 4. explicatus Theophane interprete, erunt omnes superbi, vt stipula, & non relinquetur ex eis radix, neque palmes. 224. a

## NOVI TESTAMENTI.

- Matthæi c. 3. locus explicatus, & cum Esaia loco c. 4. collatus, ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam etc. & ipse baptizabit vos in spiritu. s. & igni. 220. b  
 Matthæi c. 3. locus explicatus Didymo interprete. Quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira. 143. b  
 Matthæi c. 3. locus explicatus, & cum Hieremia collatus, cuius ventilabrum in manu sua, & per mundabit aream etc. paleas autē

comburet igni etc. 110. a

Matthæi locus c. 4. explicatus non tentabis dominum deum tuum. 174. a

Matthæi c. 5. locus explicatus, & cum Paulo collatus, nisi super abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum, & Phariseorū etc. 22. b

Matthæi c. 13. locus de verbo faciente fructum centesimum. 54. b

Matthæi c. 13. locus parabolæ explicatus, de abscondito fermēto in farinae fatis tribus. 97. b. ff. 18. a

Matthæi c. 13. locus explicatus, a Clemente de libertate euāgelii, vestri autem beati oculi, qui vident, & aures vestræ, quia audiunt. 232. a

Matthæi c. 13. explicatio parabolæ de grano sinapis, & parabolæ de fermento, ex Magnete. 17. b & 18. a

Matthæi c. 16. quid significet, quod dictum est prius, beatus es Simon Bariona, quia caro etc. & postea, quodcunque ligaueris super terram etc. 228. b

Matthæi c. 16. nō esse scriptū, Quorum remisistis etc. sed ἐπιτιμῶν, id est si aliquorum, & cur Anastasius notauit. 177. b

Matthæi locus c. 18. si peccauerit in te frater tuus etc. accurate explicatus. 184. a & b

Matthæi locus c. 18. si duo ex vobis consenserint super terram etc. explicatus, Basilio auctore,

& S. Paciano item auctore.

184. b. & 185. a

Matthæi 18. quod ait, quæcunque alligaueritis super terram, non significare, quasi super terrā esse debeat, cui remittendum sit, sed potius in terra exerceri hoc iudicium. 229. a

Matthæi locus c. 18. explicatus, vbicunque fuerint duo, vel tres etc. & quis ille tertius intelligendus sit. 216. a

Matthæi locus c. 18. explicatus auctore Basilio, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re etc. 216. a

Matthæi c. 19. locus de eunuchis explicatus a Græg. Naz. de pudicitia secundum spiritum.

78. a & b

Matthæi 22. in his duobus mādatis vniuersa lex, & prophetæ pendent, quia quæcunq, sunt natura insita, quæ lex & prophetæ iubent, horum omnium vim continet charitas, quia, inquit, qui me diligit, sermones meos serua-bit. 233. b

Matthæi locus c. 22. de imaginum cultu Athanasio Alexand. interprete. 168. a

Matthæi c. 23. locus collatus cum Paulo, quæ autem grauiora sunt legis reliquistis iudicium, & misericordiam, pro quo Lucas charitatem, & fidem. 21. a

Matthæi c. 23. locus explicatus, super cathedram Moisis sederunt scribæ, & pharisæi. 115. a

Matthæi c. 23. quid sit sedere super cathedrā Moisis ex Deuteronom. c. 17. intelligi. 119. b

Marci c. 5. locus explicatus a Clemente Rom. vade in pacem. 102. a

Marci c. 7. locum irritum fecistis præceptum dei, vt traditionē vestram seruetis, nihil facere aduersus mādata ecclesiastica. 164. a

Lucæ c. 12. locus explicatus, & cum Sophonia collatus, ignem veni mittere in terram. 26. b

Lucæ c. 14. parabola de ædificaturo turrim, & commissuro prælium, & de sale illis conuenire, quibus conuenit cœlibatus.

60. a

Lucæ c. 14. locus de habendis odio patre, matre, & vxore explicatus accommodate ad cœlibatū auctore Clemente Alexand. 60. a

Lucæ c. 16. locus expositus, & cum Ecclesiastico collatus, vt cū defeceritis, recipiāt vos in æterna tabernacula. 49. a

Lucæ cap. 16. locus explicatus, qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est etc. & si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? 97. b

Lucæ c. 18. explanatio parabolæ de villico iniquitatis auctore sancto Gaudentio. 49. b & 50. a

Lucæ c. 18. locus collatus cum Psal. xi. & epist. Iudæ Apostoli, nonne faciet vindictam electorū suorum? 6. a

Lucæ c. 21. locus de ministris

saeri ordinis, & eorum coelibatu explicatus: auctore Leone magno, videte ne forte grauentur corda vestra crapula, & ebrietas. 64. a

Lucæ c. 22. locus explicatus, ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, tu autem conuersus, & quæ sequuntur. 129. b

Lucæ c. 22. locus explicatus, ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, tu autem conuersus confirma fratres tuos, ex Clem. Rom. 119. b

Lucæ c. 22. ecce Satanas expetit vos vt cribraret sicut triticum etc. quomodo intelligendum sit. 120. a

Ioannis c. 3. locus explicatus, Spiritus vbi vult spirat. 11. b

Ioannis c. 3. locus, tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

Ioannis c. 4. locus explicatus, & cum loco ex Cant. collatus, iâ regiones albæ sunt ad messem, ego misi vos metere, & quæ sequuntur. 109. b

Ioannis c. 6. locus explicatus, hoc vos scandalizat, Si ergo videritis filium hominis ascendente in cælum, vbi erat prius? 148. b

Ioannis c. 6. locus explicatus, caro non prodest quicquam, spiritus est, qui viuificat. 149. a

Ioannis c. 6. locus explicatus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. 149. b

Ioannis c. 10. locus expolitus,

qui non intrat per ostium, fur est, & latro. 36. b

Ioannis c. 13. mandatum nouum vobis, quomodo intelligendum sit, ex Clem. Rom. 233. a

Ioannis locus c. 20. explicatus, insufflauit, & dicit eis. 180. b

Ioannis c. 20. locus de potestate sacerdotali remittendi peccata a Chrysostr. explicatus. 191. a

Ioannis 20. cur prius dictum sit, accipite spiritum sanctum, deinde, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, ex Dionysio Areop. 228. b

Ioannis locus c. 20. pax vobis etc. explicatus, & collatus cum apost. 2. Cor. 5. 180. a

Ioannis locus c. 20. accipite spiritum sanctum etc. explicatur ab Euf. Cas. in epistola ad Marinum. 180. b

Ioannis 20. quare prius dictum sit accipite spiritum sanctum, quam illud, quorum remiseritis etc. ex Dionysio. 190. a

Ioannis c. 20. locus explicatus & cum loco Naum prophetae c. 1. collatus, pax vobis, accipite spiritum sanctum. 207. a

Ioannis c. 20. locus explicatus, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. 149. a

Actuum c. 2. explicatus locus factus est repente de cælo sonus tanquam aduenientis spiritus vehemens etc. & apparuerunt illis dispartitæ linguæ, editæque supra singulos eorum, quo-

modo hæc verbo dei conueniât, & non verbo Euangelicorum. 25. b & 26. a

Actuum c. 4. erat multitudinis credentium cor vnum, & anima vna, quomodo intelligendum sit. 100. a

Act. c. 13. locus explicatus, vide te, ne superueniat vobis, quod dictum est in prophetis etc. 163. b

Actuum 17. locus de idolis explicatus, & collatus cum loco exodi c. 20. de non faciendo sculptili. 169. a

Pauli ad Rom. c. 3. locus explicatus, per legem cognitio peccati. 23. a

Pauli ad Rom. 4. qui dicantur esse ex lege, & qui ex fide. 22. a

Pauli ad Rom. locus explicatus a Magnete, subintravit lex, vt abundaret delictum. 22. a

Pauli ad Rom. c. 7. locus explicatus, de lege carnis & cum Salomone collatus, quod enim operor, non intelligo. 77. b

Pauli ad Rom. c. 8. explicatus a Caluino ad tollendam habitationem Christi in nobis secundum Eucharistiam. 253. b

Pauli ad Rom. c. 8. locus explicatus de prudentia carnis, quæ legi dei subiecta esse non potest, & mors est. 98. a

Pauli ad Rom. c. 12. lectio, & interpretatio, memoriis sanctorum communicantes etc. 226. a & b

Pauli ad Rom. locus c. 12. siue prophetiam secundum rationem

fidei explicatus, & collatus cum loco Hier. de prophetis cap. 23 226. a

Pauli ad Rom. c. 12. non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem quomodo a Dionysio explanatur. 27. b

Pauli ad Rom. c. 12. memoriis sanctorum communicantes legunt Hilarius, Aug. Epiph. Petrus Chrysolog. Optatus Afer. Ambrosius, Origenes, Eustathius Constantinopolitanus. 226. b

Pauli ad Rom. c. 12. locus, siue prophetiam secundum rationem fidei explicatus. 190. a

Pauli ad Rom. c. 15. locus explicatus, debemus autem nos, qui potentes sumus, infirmitates etc. 108. b

Pauli ad Rom. c. 15. locus explicatus, debemus nos firmiores in firmitates infirmorum sustinere, et non nobis placere etc. 193. a et b

in Paulo 1. Cor. c. 5. sic legendum sine hyperbato esse, si cuius opus manserit, quod superædificauit, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi pignem, Oecumenius affirmat, & scripturæ attestantur. 224. b

Pauli 1. ad Cor. c. 12. quis sit sermo sapientiæ auctore Basilio. 24. a

Pauli locus explicatus 1. Cor. c. 11. probet autem seipsum homo etc. 202. a

Pauli locus 1. Cor. 11. probet

autē se ipsum homo explicatus,  
& collatus cum loco Pauli Gal.  
c.6. vnusquisque opus suum pro-  
bet. 187. a

Paulus I. ad Cor. c.7. propter  
incontinentiam vnusquisque v-  
xorem suam habeat, cur non di-  
xerit, propter infirmitatem vnus-  
quisque vxorem suam habeat.  
74. b

Pauli I. ad Cor. 15. locus a Ma-  
gnete explicatus, stimulus mor-  
tis peccatum est, virtus vero pec-  
cati lex. 22. a

Pauli I. ad Cor. 14. locus de  
charismatibus interpretationis,  
& linguæ cum Hieremia colla-  
tus. 24. b

Pauli I. ad Cor. c.9. locus ex-  
plicatus, omnis, qui in agone con-  
tendit, ab omnibus se abstinere  
etc. 64. b

Pauli ad Cor. 1. c.7. locus cum  
loco Esa. c.56, collatus, qui non  
iungit virginem suam matrimo-  
nio melius facit. 53. a

Pauli I. Cor. 14. locus ille, an a  
vobis processit verbum dei, aut  
in vos peruenit? admonet origi-  
nem, antiquitatem, vniuersitatē,  
& consensionem omnium eccle-  
siarum requirendam, & spectan-  
dam esse in verbo dei. 230. a

Pauli I. Cor. c.7. locum qui ha-  
bent vxores, tanquam non habē-  
tes sint, Synodus 111. Carth. Hi-  
larius pont. in Synodo, Leo ma-  
gnus ad sacerdotes retulerunt.  
86. a

Pauli I. Cor. c. 11. si quis vide-  
tur contentiosus esse, quid ver-  
bum contentiosi in scriptura si-  
gnificet, notasse Philonē. 136. b

Pauli I. Cor. c. 11. locus tracta-  
tur, nos talem consuetudinem  
non habemus, neq; ecclesiæ dei.  
136. a

Pauli I. ad Cor. c.7. locus expli-  
catus, Nam ceteris ego dico, non  
dominus. 8. a

Pauli ad Cor. 1. c.7. locus de  
virginitate, & continētia copio-  
se explicatus Sixto pontifice in-  
terprete. 55. a 56. 57. 58.

Pauli I. Cor. c.5. locus de cibis  
explicatus auctore Athanasio,  
sed ego sub nullius redigar pote-  
statem etc. 161. a

Pauli ad Cor. 1. c.7. locus ex-  
plicatus, & cum epist. Petri col-  
latus, tribulationem tamen car-  
nis habebunt huiusmodi. 63. b

Pauli I. ad Cor. c. 14. locus ex-  
plicatus spiritus prophetarum  
prophetis subiecti sunt, ex Cle-  
mente. 118. a & b

in Paulo I. Cor. c.5. aurum, ar-  
gentum, lapides pretiosos nō do-  
gmata, & doctrinas, sed varia o-  
pera doctrinæ veræ superædifi-  
cata significare. 224. a

Pauli locus si nos diiudicarem-  
us, non utiq; iudicaremur ex-  
plicatus, sancto Cypriano, &  
sancto Max. auctoribus. 202. b

Pauli I. Cor. c. 1. locus collatus  
cum Esaïæ loco, & eum expla-  
nans. 163. a

Pauli I. Cor. c.5. locus explica-  
tus, iudicavi huiusmodi hominē  
tradere Satanæ. 164. b

in Paulo I. Cor. c.5. lignum, fœ-  
num, & stipulas significare va-  
rias species peccatorum morta-  
lium, ex Esaïa, & Malachia inter-  
pretibus Cyrillo, & Basilio de-  
monstratur. 223. b

Pauli I. ad Cor. c. 14. locus ex-  
plicatus, an à vobis verbum dei  
processit, aut in vos solos perue-  
nit? 100. b. & 101. a

Pauli I. ad Cor. c.5. locus expli-  
catus de abstinentia ciborum, au-  
ctore Athanasio, esca ventri, &  
venter escis etc. 160. a

Pauli locus 1. Cor. c.5. de eo,  
qui superædificauerit aurum, aut  
argentum futuro saluo sic tamē  
quasi per ignem collatus cum lo-  
co Zach. c.13. 225. a

Pauli I. Cor. c. 12. locus de sum-  
mo pont. non potest dicere ocu-  
lus manui, opera tua non indi-  
geo, aut iterū caput pedibus, non  
estis mihi necessarii. 133. a

Pauli 2. Cor. c. 10. locus copio-  
se explicatus, & cum scripturis  
collatus, ad destructionem muni-  
tionum, & quæ deinceps sequun-  
tur. 109. a

Pauli 2. Cor. c.7. locus de pœ-  
nitentia, & satisfactione Corin-  
thiorum explicatus. 2. Cor. c.7.  
200. a

Pauli locus 2. Cor. c.7. de his  
quæ tristitia secundum deum  
operatur explicatus. 201. b

Pauli ad Cor. 2. Cor. c. 10. 103.  
c. 10. locus explicatus, ne præsens du-  
rius agam percam potestatem.  
108. a

Pauli locus 2. ad Cor. c.2. expli-  
catus, sufficit ei obiurgatio, quæ  
fit à pluribus. 196. b

Pauli locus 2. Cor. c.2. explica-  
tus de relaxatione satisfactionis  
temporalis, nam & ego si quid  
donauit, propter vos in persona  
Christi donauit. 197. a

Pauli locus explicatus, & col-  
latus cum euang. 2. Cor. c.5. po-  
suit in nobis verbum reconcilia-  
tionis, pro Christo ergo legatio-  
ne fungimur. 180. a

Pauli 2. Cor. c.6. locus explica-  
tus, omnia mihi licent, sed non  
omnia expediunt, omnia mihi li-  
cent, sed ego sub nullius redigar  
potestatem ex Athanasio. 235. a

Pauli 2. Cor. c. 10. locus expli-  
catus, arma militiæ nostræ non  
sunt carnalia, & quæ sequun-  
tur. 108. a

in Pauli epistola 2. Cor. cap. 2.  
Corinthius ille incestus nō pri-  
us absolutus est, quam peccatum  
suum agnouit confitendo, sanc-  
to Nilo auctore. 183. a

Pauli ad Cor. c. 14. locus expli-  
catus, si quis ignorat ignorabi-  
tur. 108. b

Pauli ad Gal. c.2. locus a Mar-  
cionistis corruptus, vt Tertullus  
affirmat. Quibus neq; ad horā  
cessimus, pro eo, quod legendū  
est, vt Ireneus, & Ambr. & Tert.

INDEX IN LIB.

& alii legunt, quibus ad horam  
cessimus. 105. a  
Pauli ad Gal. c. 2. locus expli-  
catus de reprehensione Petri a Pau-  
lino facta. 103. b. & 104. a  
Pauli locus ad Gal. c. 3. de Chri-  
sto ante oculos depicto, ex Atha-  
nasio Alex. 167. a  
πρωτοφρον in epist ad Gal. c. 3.  
quid significet. 167. a  
Pauli ad Galatas c. 6. locus ex-  
plicatus, & collatus, si præocu-  
patus fuerit homo, & quæ sequū-  
tur. 185. b  
Pauli locus Gal. c. 6. alter alter-  
ius onera portate, id est, auferte  
explicatus & collatus cum loco  
Iacobi c. 5. confitemini alterutrū  
peccata vestra. 186. b  
Pauli locum ad Gal. c. 6. de in-  
struēdo in spiritulēnitatis præ-  
occupatos in delicto imitatus,  
& interpretatus est Clemēs Ro.  
in 2. lib. τῶν διατάξεων. 186. a  
Pauli ad Ephes. c. 4. vnus do-  
minus, vna fides, vnum baptis-  
ma, quomodo intelligendum sit.  
99. b  
Pauli ad Ephes. c. 5. maculam,  
& rugam ecclesie hærefes esse ex  
sancto Paciano Barchinonensi  
episcopo. 31. b  
Pauli ad Ephes. c. 5. quæ sint  
macula, & ruga ecclesie, scilicet  
sunt absurda opera carnis aucto-  
re Methodio, & Clemente Ro.  
& sancto Paciano. 31. a & b  
Pauli ad Ephes. c. 5. locus de ec-  
clesia non habente maculā, aut

rugam explicatus, sancto Pacia-  
no, & Methodio auctoribus.  
3. b. & 4. a  
Pauli ad Ephes. c. 5. locus de  
sancta Eucharistia a sancto Me-  
thodio explicatus, sacramentum  
hoc magnum est, ego autē dico  
in Christo, & in ecclesia. 149. b  
Pauli ad Ephes. c. 6. locus ex-  
plicatus, non est nobis collucta-  
tio aduersus carnem, & sangui-  
nem, sed aduersus principes etc.  
cōtra spiritualia nequitie in cœ-  
lestibus. 28. b  
Pauli ad Colof. c. 1. locus de sa-  
cramento Eucharistie explica-  
tus, & collatus cum euangelio sa-  
cramenti, quod est Christus in  
nobis spes glorie etc. 155. b  
Pauli ad Colof. c. 2. locus ex-  
plicatus nemo vos iudicet in ci-  
bo, & potu, nemo vos seducat vo-  
lens in humilitate, & religione  
angelorū etc. 81. a & b. & 82. a  
Pauli ad Col. c. 2. locum quam  
imperite interpretatus sit Calui-  
nus, quæ sunt quidem rationem  
habentia sapientie etc. 162. a  
Pauli ad Col. c. 2. locus de ab-  
stinendo à cibis explicatus Ma-  
gnete auctore. 159. b & 160. a  
Pauli ad Col. c. 3. locus expli-  
catus ab Euthalio, verbū Chri-  
sti habitet in vobis abundanter  
in omni sapientia. 106. b  
Pauli locus Philipp. 4. expli-  
catus, & pax dei, quæ exuperat  
omnem sensum, custodiat cor-  
da vestra, & intelligentias ve-

DE DOGMAT. CHARACT.

stras etc. 205. a  
Pauli ad Philipp. 4. locus ex-  
plicatus, quæ & didicerunt, & vi-  
derunt, & audierunt etc. 3. b  
Pauli I. ad Thess. c. 5. locus ex-  
plicatus, vt integer spiritus ve-  
ster, & anima, & corpus seruetur  
in aduentu domini nostri Iesu  
Christi, fidelis est; qui vocauit  
vos, qui etiā faciet. 78. a  
Pauli I. ad Tim. c. 1. magna pars  
eius capituli explanata, & collata,  
ab eo loco, sicut rogavi te, vt de  
nuntiares quibusdam, & quæ se-  
quuntur. 21. a  
Pauli I. ad Tim. c. 2. locus expli-  
catus, & collatus, nemo militans  
deo implicat se negotiis sæcula-  
ribus. 64. b  
Pauli I. ad Tim. c. 3. locus expli-  
catus, vnus vxoris virum. 65. b  
66. a  
Pauli I. ad Tim. c. 3. locus ex-  
plicatus, oportet episcopum irre-  
prehensibilem esse. 65. b  
Pauli I. ad Tim. c. 1. locus a Ma-  
gnete diuine explicatus, lex non  
est iusto posita, sed iniustis, & nō  
subditis, impiis, & peccatoribus  
etc. 21. a & 22. a & b  
Pauli ad Tim. I. c. 3. locus de san-  
cta Eucharistia, cui diaconi mini-  
strant, habentes mysterium fidei  
in conscientia pura. 154. a  
Pauli ad Tim. I. c. 3. locus de san-  
cta Eucharistia, magnum pieta-  
tis sacramentum, quod manife-  
statū est in carne, & quæ sequun-  
tur. 154. b

Pauli I. ad Tim. c. 3. locus de  
mulieribus similiter pudicis a  
Clemente Rom. de vxoribus epi-  
scoporum, presby. diacon. & Le-  
uitarum accipi videtur, quod ma-  
gis adhuc ad cœlibatum perti-  
net. 66. b  
Pauli I. ad Tim. c. 3. qui sicut bi-  
lingues, interprete Athanasio &  
in epist. Iacobi apostoli quid esse  
duplici animo, aut duplici fide  
apud Pachomium. 4. b & 5. a  
Pauli I. ad Tim. c. 3. qui sicut bi-  
lingues, intelligi ex Ecclesiastic.  
5. a  
Pauli I. ad Tim. c. 4. locus ex-  
plicatus a magnis & antiquissi-  
mis, & multis auctoribus de pro-  
hibentibus nubere, & abstinere  
a cibis. 81. a & b  
Pauli ad Tim. I. c. 4. locus exer-  
citatio corporalis ad modicum  
vtilis est, explicatur. 234. b  
Pauli I. ad Tim. c. 5. locus ex-  
plicatus, vidua eligatur non mi-  
nus sexaginta annorum, & cum  
Synodus Chalc. sanxerit, ne mu-  
lier ante 40. annos eligeretur dia-  
conissa. 63. b  
Pauli I. ad Tim. c. 5. locus de vi-  
duis adolescentioribus explica-  
tus, quæ cum luxuriatæ fuerint  
in Christo nubere volunt. 66. a  
Pauli I. ad Tim. c. 5. locus expli-  
catus, languens circa quæstiones  
etc. & quis sit languor ex Clem.  
Alex. 70. b  
Pauli I. ad Tim. c. 6. locus ex-  
plicatus à Tertull. Maximo, Ath.

†. 2. ad Thesa. 2. statet tenete tradi-  
tionis quæ dicitur siue p. sermonis 17. b.



& Vincentio Lirin. depositum cu  
stodi: 9. a & b

Pauli 2. ad Tim. c. 3. locus expli  
catus, tu autem permane in iis,  
quæ didicisti, & credita sunt ti-  
bi. 9. a

Pauli 2. ad Tim. c. 3. locus colla  
tus cum loco Prou. omnis scri-  
ptura diuinitus inspirata utilis  
est ad docendum, ad arguendum,  
ad corrigendum, ad erudiendū  
in iustitia. 9. a

Pauli 2. ad Timoth. c. 3. locus  
explicatus, omnis scriptura diui-  
nitus inspirata, utilis est: & quæ  
sequuntur. 115. b

Pauli locus ad Titum c. 1. in-  
crepa illos dure, explicatus a Cle-  
mente Rom. 186. a

Pauli ad Titum c. 1. locus ex-  
plicatus, increpa illos dure. 108.

Pauli ad Titum c. 2. locus ex-  
plicatus de duobus ordinibus  
hominum, apparuit gratia dei  
saluatoris nostri omnibus homi-  
nibus vt etc. 67. b

Pauli ad Titum c. 2. locus ex-  
plicatus, senes ut sobrii sint, &  
pudici etc. anus similiter. 67. b

Pauli ad Heb. c. 6. locus im-  
possibile est rursus ad pœniten-  
tiam renouari etc. explicatur au-  
ctore Athan. Alex. & Marco ana-  
choreta. 181. b

Pauli locus Heb. 6. de pœni-  
tentia, & imbri cœlesti, & fructi-  
bus dignis pœnitentia, & mini-  
stris huius mysticæ agriculturæ  
collatus cū loco Iacobi. c. 5. 182. a

Pauli ad Hebræos c. 10. locus  
de Eucharistia explicatus, & cū  
aliis locis scripturæ collatus, ha-  
bentes fidutiā in introitum san-  
ctorum, & quæ sequuntur. 155. b

Pauli Heb. c. 10. locus explica-  
tus auctore Dionys. Areop. vm-  
bram habens lex futurorum bo-  
norum, non ipsam imaginem re-  
rum? 141. a

Pauli ad Hebræos c. 12. locus  
explicatus ab Athanasio depo-  
nentes omne onus & circumstās  
peccatū, quod Græce *ὁνπερισσων*  
appellauit. 97. a

Pauli locus ad Hebræos c. 12.  
& sanguinis asperionem melius  
loquentem quā Abel explica-  
tus. 215. b

Pauli ad Hebræos c. 12. locus  
de Eucharistia explicatus, habe-  
mus gratiam per quā seruamus  
placentes deo cum metu, & reue-  
rentia. 159. a

Pauli ad Hebræos c. 12. locus  
explicatus, & cum Esaia collatus,  
Iesus Christus heri, & hodie, ip-  
se & in sæcula. 121. a

Pauli ad Hebræos c. 12. locus  
à Theophane de vna ecclesia in  
cœlo, & in terra explicatus, acces-  
sistis ad montem Syon. 51. b

Pauli ad Hebræos c. 13. locus  
explicatus, obedite prapofitis  
vestris, & subiaceat eis, ipsi enim  
peruigilant pro ani. vestris tanq̄;  
rat. redd. vt cum gaudio etc.

7. b

Iacobi c. 1. quid sit insitū ver-

bū, quod potest saluare animas. 27. b

Iacobi locus c. 1. de verbo infi-  
to quod potest saluare animas. 196. a

Iacobi locus c. 2. de lege rega-  
li explicatus. 196. a

Iacobi c. 3. locus explicatus, si  
quis potest fræno totum corpus  
circunducere. 34. b

Iacobi c. 2. locus explicatus, sic  
loquimini & sic facite, tanquam  
per legem libertatis iudicandi.  
233. b

Iacobi locus c. 3. quomodo sa-  
pientia, quæ de sursum est non  
iudicatur, id enim significat ver-  
bum Græcum. 290. b

Iacobi c. 3. locus expositus, &  
cum Ecclesiastico collatus, lin-  
gnam autem nullus hominum  
domare potest. 48. b

Iacobi locus c. 5. confitemini  
alterutrum peccata vestra colla-  
tus cum loco Pauli ad Gal. 6. al-  
ter alterius onera portate, id est,  
auferte. 186. b

Iacobi locus de confitendo al-  
terutrum c. 5. explicatus, & colla-  
tus. 181. a

Petri 1. c. 1. locus de Eucharis-  
tia explicatus, sperate in eā, quæ  
offertur vobis gratia. 159. a

Petri locus 1. c. 1. explicatus, di-  
ligite attentius etc. 227. b

Petri 1. c. 3. locus explicatus, et  
cum Paulo collatus infirmiori  
vasculo mulieris honorē impar-  
tientes ne etc. & ille, nolite mira-

ri in feruore, sicut incendio etc.  
62. b. & 63. a

Petri 1. c. 4. locus explicatus,  
estote itaq; casti, & sobrii ad ora-  
tiones. 62. b

Petri 1. c. 4. locus, qui mini-  
strat tanquam ex virtute, expli-  
catus. 190. a

Petri 1. c. 4. locus explanatus,  
& cum Hieremia collatus, si quis  
loquitur, quasi sermones dei.  
26. b

Petri 1. c. 4. si iustus vix solua-  
tur, impius & peccator vbi appa-  
rebit explicatur. 224. b

Petri 1. c. 4. locus si quis loqui-  
tur tanquam sermones dei, ex-  
plicatus, & collatus cum Hiere-  
mia c. 23. 190. a

Petri 1. c. 5. locus de cœlibatu  
explicatus, sobrii estote, & vigi-  
late etc. 61. b

Ioannis 1. cap. 1. si dixerimus,  
quoniā peccatū non habemus, ip-  
si nos seducimus, quomodo in-  
telligendum sit. 99. a

Ioannis 1. c. 1. locus si confitea-  
mur peccata nostra etc. quod nō  
fit accipiendus de confitendo so-  
li deo, ex aliis locis scripturæ col-  
latis intelligitur. 183. a

Ioannis 1. c. 2. locus explicatus,  
& vos vnctionem, quam accepis-  
tis, maneat in vobis etc. 12. b

Ioannis 1. c. 2. locus explica-  
tus, de chrismate Cyrillo Hier.  
auctore, vnctio quam accepistis,  
maneat in vobis, & quæ sequun-  
tur. 146. a

I N D E X I N L I B.

Ioannis 1. c. 5. locus explicatus  
 Dionysio Alexandrino Origenis  
 auditori interprete, tres sunt,  
 qui testimoniū dant in terra spi-  
 ritus, aqua, & sanguis. 142. b

Ioannis 1. c. 5. locus explicatus,  
 & cum euangelio collatus, hic  
 est, qui venit per aquam, & san-  
 guinem Iesus Christus etc. & spi-  
 ritus est, qui testificatur, & quæ  
 sequuntur. 142. a

Ioannis locus 1. c. 5. de abstinē-  
 do a simulachris explicatus. 171. a

Ioannis 1. c. 4. locus a Cyril. ex-  
 plicatus, et à Didymo nolite cre-  
 dere omni spiritui etc. 11. a & b

Ioannis 1. c. 4. timor non est  
 in charitate, perfecta charitas fo-  
 ras expellit timorem, de timore  
 imperfecto, qui est cum mediocri  
 charitate accipiendum esse. 35. a

in Iudæ epist. maculæ conui-  
 nantes quæ sint intelligendæ,  
 Clemente Alexand. interprete.  
 31. a & b

Apocalypsis c. 2. locus de te-  
 nentibus doctrinam Nicolaita-  
 rum explicatus. 68. a

Apocalypsis c. 4. locus expli-  
 catus de quatuor animalibus,  
 quæ erant plena oculis ante, &  
 retro. 53. b

Apocalypsis c. 14. locus inte-  
 ger de statu virginū explicatus  
 & cum scripturis collatus.  
 51. 52. 53. 54. a

Apocalypsis locus c. 6. expli-  
 catus; vsque quo domine vindi-  
 cas sanguinem nostrum? 215. b

F I N I S.

